1. 7. 101

Digitized by Google

JULII POGIANI
SUNENSIS
EPISTOLAE ET ORATIONES

OLIM COLLECTAE

AB ANTONIO MARIA GRATIANO

NUNC

AB HIERONYMO LAGOMARSINIO

E SOCIETATE JESU

ADNOTATIONIBUS ILLUSTRATAE

AC PRIMUM EDITAE.

VOLUMEN III.

CONTINENS SCRIPTAS ANNIS M.D.LXII. M.D.LXIII. M.D.LXIV.

ROMAE M. DCC. LVII.

EXCUDEBAT GENEROSUS SALOMONIUS BIBLIOPOLA

PRAESIDUM FACULTATE.

Digitized by Google

Digitized by Google

PONTIFICIAE AC REGIAE

CERVARIENSI IN CATALAUNIA

ACADEMIAE

SAPIENTISSIMAE

HIERONYMUS LAGOMARSINIUS E S. J.

FELICITATEM.

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας,
Θέλω δὲ Κάδμον ᾄδειν·
Ἡ βάρβιτος δὲ χορδαῖς
Ἔρωτα μοῦνον ἠχεῖ.

QUOD ſuperioribus verſiculis Anacreon accidiſſe ſibi commentus eſt, ut aliud, quam quod ipſe voluiſſet, barbiti ſui chordae, a ſe pulſatae, carmen redderent, id in calamo, quo ad hanc ipſam nuncupatoriam

 epiſto-

Digitized by Google

epiſtolam ſcribendam uſus ſum, expertum me eſſe quodammodo, poteſtis ſane, ſine commento a me dici, CERVARIENSES ACADEMICI Sapientiſſimi, exiſtimare. Statueram tertium hoc ſuſcepti a me operis volumen non privatae fortunae ullis hominibus, ſed iis dumtaxat, qui caeteris praeeſſent, rerumque potirentur, inſcribere: in quibus non minus Pogiano meo, quam mihi, inſigne quoddam cum decus tum praeſidium pararetur, maxime ad ſtudiorum meorum, lucubrationumque, quae non paucae apud me ſunt, edendarum rationes accommodatum. Jamque, non niſi meros Reges, atque unos Sacrorum ſupremos Antiſtites cogitans, verba atque ſententias, tantis nominibus pares, mecum ipſe commentabar. Qua in commentatione, mentiſque in omnem partem volucri atque intenta agitatione, ſic equidem afficiebar, ut mihi me ipſo quodammodo major fieri, & eſſe demum aliquid, ac valde ſapere, multumque vidiſſe, quin providiſſe etiam, viderer. Sed, quum unum eorum aliquem, quem nomina-

minatim compellarem, delegiſſem, arreptoque celeriter calamo inſcribere epiſtolae meae, ambitioſae atque magnificae, praeclara illa ac magna ſive Regia ſive Pontificia nomina inciperem, mentem concidere, manum torpere, calamum denique ipſum ab ejuſmodi compellatione refugere, nec niſi in Cervariensibus Academicis acquieſcere ac recreari, confidens ille certiſſimuſque non niſi Regum aut Pontificum compellator ſentiebam. Ac primo quidem non ita valde mirabar, eorum nomen tam facile animo occurrere atque obverſari meo, & prope nutu ſuo ac pondere ſub acumen calami ſubire atque ſuccedere, quorum mihi Sapientiae ſpecies ac pulcritudo tantos illos amoris aeſtus, de quibus in ſuperioris voluminis mea ad eos ipſos praefatione dixeram, excitaſſet, & a quibus mutuo me diligi atque amari, recentiſſimis eorum ad me litteris, ſuaviſſime atque amantiſſime ſcriptis (*), probe cognoram. Verum, quum * & amori erga illos meo, & illorum erga e m benevolentiae ſatis a me factum prio-

re illa ac proxima ſtudii voluntatiſque meae non obſcura ſignificatione arbitrarer, mihique praeterea de meis illis lucubrationum editionumque reliquarum rationibus ſerio cogitandum viderem, rurſus me ad magna illa nomina revocabam, in quorum opibus ac liberalitate majora inopiae atque indigentiae meae, quam in cujuſquam vel maximis ingenii doctrinaeque facultatibus, praeſidia atque adjumenta conſtituta eſſe, intelligebam: meque objurgabam idemtidem; illamque erga Vos tam impenſe propenſam voluntatem meam, tamquam animi mollitiem quamdam muliebrem, viro indignam, Vobiſque ipſis vix probandam, mihi ipſe objiciebam atque exprobrabam; &, magnis quibuſdam utilitatibus propoſitis, amoris illecebris obſiſtere, ac fortis eſſe conabar. Sed fruſtra tamen conabar. namque iterum & tertio ac ſaepius expertus, quum *Pontificiam Sanctitatem*, ſive *Regiam Majeſtatem* mihi compellare ac ſcribere propoſuiſſem, in *Pontificia* quidem ac *Regia* calamum obſequentiſſimum habebam: reliquum, quod

eſſe

eſſe continuo debebat, non *Sanctitas* neque *Majeſtas*, ſed *Cervarienſis Academia* ille reddebat. Quid facerem? Non calami quidem ſponte, ſed alia quadam, quae ipſum duceret, vi id fieri, perſpicuum erat; & mihi dura admodum ac difficilis conditio proponebatur repugnandi in eo, in quo vinci, valde me cupere ſentiebam. Ceſſi enimvero; mihique ſtatui morem omnino gerendum eſſe ſive calami pertinaciae, ſive perſeverantiae amoris mei. quem quidem ego amorem, non temere, ſed ſumma ratione ſemel ſuſceptum, tanti & facio & faciendum puto, ut non modo magnis utilitatibus anteponam, ſed in eo retinendo ac modis omnibus declarando maximas utilitates ſummaque commoda propoſita mihi ac conſtituta eſſe, exiſtimem. Itaque Vos iterum unos, Academici Cervarienses, intuens, unoſque compellans, rogo, ut, quam amanter ego ad Vos hoc quoque Pogiani epiſtolarum atque orationum volumen mitto, tam Vos amice, quod in altero feciſtis, excipere velitis, & in hoc item munere cum ſummam

mam obſervantiam erga Vos meam, tum incenſum illum atque mirificum, de quo ſaepe teſtatus ſum, Sapientiae Veſtrae amorem agnoſcatis. Confido autem, Vos, non minus quam ſuperioris, hujus ipſius lectione voluminis fore delectandos, in quo reliqua Concilii Tridentini, Pio IV. pontifice maximo celebrati, inſigniora deinceps acta recenſentur. cujus Concilii tanta eſt apud Vos non modo gravitas & auctoritas, verum etiam cura atque obſervantia, tantumque ejus tuendi & illuſtrandi ſtudium, ut, quum ingenuae omnes ac liberales artes & facultates a doctiſſimis hominibus in Gymnaſio iſto Veſtro tradantur, unum praeterea, qui ejuſdem Concilii ſcientiam atque doctrinam ſeparatim profiteatur, jam inde a condito Gymnaſio eximium ac delectum habeatis: quam *Concilii Tridentini Cathedram* in Clementis XII. de Academiae Veſtrae inſtitutione diplomate appellatam videmus. Mihi quidem valde jucundum eſt, ita me amori meo erga Vos ſemper obſequi, ut cum iis officiis, quibus illum declarare ſtudeo,

quae-

Digitized by Google

quaedam etiam rei opportunitas & aequitas, immo vero juris cujuſdam Veſtri legitima uſurpatio ac tamquam vindicatio conjuncta reperiatur: ut, non ullis aut muneribus aut beneficiis meis obſtricti, ſed ſolo officio unoque amore erga Vos meo obligati, nihil Vos mihi, praeter mutuum amorem, debere, exiſtimare aut ſuſpicari poſſitis. in quo tamen exigendo tam me non negligentem aut diſſolutum fore profiteor, quam non remiſſum in Vobis, ut coepi, amandis eumdem me futurum eſſe, confirmo. Valete, Optimi ac Sapientiſſimi ACADEMICI CERVARIENSES mei, valete. Romae. Idibus januariis. M. DCC. LVII.

(*) Datae ſunt eae ad me litterae *Cervaria*. VII. *Kal. decembris* 1756. quas ego litteras integras hoc loco exhiberem, ut Cervarienſium Academicorum ſingularis humanitas & incredibilis erga me benevolentia, qua una glorior atque triumpho, omnibus innoteſceret, niſi iis etiam meis laudibus, quarum ne minimam quidem partem agnoſco, propemodum ſine modo abundarent. Extrema dumtaxat adſcribam, tantum ut intelligatur, quanta cum ratione, *ſuaviſſime atque amantiſſime* eas *ſcriptas* eſſe, dixerim. ſunt autem hujuſmodi. *De noſtro* (amore) *vero, quo ſumus te ſemper complexuri, niſi idem vel humanitate illa ipſa, quae neceſſaria eſt cuivis homini nato, exutos nos eſſe putet, ecquis tandem dubitare jam poſſit? quum beneficio eo nos obſtrinxeris, quod non modo re maximum* (*quod adhuc diximus*) *ſed numero paene infinitum etiam ſit; nam pertinet ad multos mortales, quotquot Hiſpani, quotquot ſtudio-*

ſtudioſi gentis noſtrae; ſed in primis quotquot ſunt eruntque Academici Cervarienſes .... Sed, ut ad te redeamus, ſic habeto, tanto te ſemper ſtudio, tanto te nos amore complexuros, quanto maximo hominem homines poſſunt, futuramque in Academia Cervarienſi memoriam officii tui ſempiternam; neque ullo nos umquam tempore tuis aut honoribus, aut commodis, aut vero voluntati, hoc eſt officio noſtro, defuturos. Cujus amiciſſimi animi ſi, uti verbis oſtendimus, ſic re etiam quam ſaepiſſime teſtificandi opportunitatem nacti fuerimus, ſane nihil aberit, quin fortunatiſſimi nobis ipſi videamur &c. Ego vero tantam tantorum Virorum benevolentiam, tanta cum ipſius benevolentiae teſtificatione conjunctam, fortunatiſſime nactus ac conſequutus, ſi perpetuis meis erga eos officiis perpetuam (quod certe enitar, omnique ratione contendam) retinere & conſervare potuero, nihil mihi ad ſummam voluptatem, dignitatem, felicitatem umquam deeſſe poſſe, arbitrabor.

HIERO-

HIERONYMUS RIDOLFI

SOCIETATIS JESU

In Provincia Romana Praepoſitus Provincialis.

CUM Volumen III. Operis, cui titulus *Julii Pogiani Sunenſis epiſtolae, & orationes*, a P. Hieronymo Lagomarſinio noſtrae Societatis Sacerdote adnotationibus illuſtratae, aliquot ejuſdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint, poteſtate nobis a R. P. N. Aloyſio Centurioni Praepoſito Generali ad id tradita, facultatem concedimus, ut typis mandetur, ſi ita iis, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Romae Kalendis Auguſti 1756.

Hieronymus Ridolfi.

IM-

Digitized by Google

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

F. M. de Rubeis Patriarcha Conſtantinop. Viceſg.

JUlii Pogiani Epiſtolas & Orationes, quas hiſtoricis philologiciſque notis auxit Cl. V. Hieronymus Lagomarſinius S. J. juſſu Rm̃i P. Orſi S. P. A. Magiſtri attente perlegi. Nihil in eis irreligioſum, nihil inhoneſtum deprehendi; quin imo latinum orationis nitorem cum facili quadam ſimplicitate conjunctum, improbumque laborem, atque incredibilem diligentiam in adnotationibus ad ſeverioris Critices regulas exigendis, non ſine magna animi admiratione percepi. Eas itaque typis publico Literatorum commodo vulgandas cenſeo; cum praeſertim ad S. Tridentini Concilii, ejuſque aetatis hiſtoriam illuſtrandam poſſint plurimum conducere. Romae. 4. Aug. 1756.

Antonius Baldanus.

IMPRIMATUR.

Fr. Vincentius Elena Ordinis Praedicatorum, Rm̃i Patris Magiſtri Sac. Palatii Apoſtolici Socius.

JULII

Digitized by Google

JULII POGIANI
EPISTOLAE

ANNO M. D. LXII. SCRIPTAE.

I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

Caniſium non poſſe ad concilium tridentinum evocari ſine magno rei catholicae in Germania incommodo. 3. jan. 1562.

DELIBERATIO veſtra de accerſendo Caniſio (*a*) non parvam dubitationem habet; pieque ac ſapienter veriti eſtis, ne, ſi Tridentum is evocetur, magnam in ejus diſceſſu jacturam faciat non ſolum auguſtana civitas, ſed & illae jeſuitarum ſodalitates, quae ſunt in Germania, quibus is operam dat pro magiſtro ſocieta- a

(*a*) Ipſemet Ven.Petrus Caniſius litteris ad Hoſium 29. dec. 1561. Auguſta datis, *Miror*, inquit, *de me evocando curam ullam eſſe viris maximis; cum ſatis intelligam, me, ſi iſthic adeſſem, idem futurum, quod anſer inter olores. & judicabit amplitudo tua, expediat ne hunc, quamvis exiguum, operarium auguſtano agro ſubtrahi per quadrageſimam: quod ſane tempus eſt in vinea domini cum fructu laborandi. Statuat interim illuſtriſs. card. Auguſtanus, quod ex re fore cenſuerit. divinae bonitati & obedientiae ſanctae me totum permittam, & eccleſiae commodis inſerviam, ubicunque vivam, domino cooperante, qui ſuam nobis gratiam augere dignetur.* Labores autem aliquos ſuos ac ſociorum, ex iiſque perceptos proxime fructus, idem in ſuperiore earumdem litterarum parte his verbis commemorat: *Scribo tardius ob publicatas hic Jubilaei indulgentias; quae magnos in auguſtana meſſe labores operariis nobis attulerunt: quod frequenter divini verbi ſemen ſpargendum fuerit,*

II.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

Bona ſpe Hoſii de eccleſiae catholicae rebus ad bene de iiſdem ſperandum excitari ſe. De Germanorum ad concilium tridentinum profectione. De Hoſii litteris ad principes viros. 10. jan 1562.

PLuris eſt apud me tua ſpes, quam reliquorum deſperatio; quorum prudentiam ut non antepono tuae, ſic te, iſta virtute & religione virum (*a*), bene ſperare, ad explorandam Dei in nos voluntatem multum arbitror pertinere. non enim temere bono animo eſſe ſolent homines fide ac pietate praeſtantes, quorum mentes divinitus imbuuntur ſignificationibus futurarum rerum. quod ſi incredibili vi & gravitate peccatorum, quibus

(*a*) Vides, verſum pentametrum excidiſſe Pogiano, *iſta virtute & religione virum*. Id ſaepe accidere ſcribentibus animadvertit Cicero in *Oratore* cap. 189. non ſemel ipſe expertus. *Verſus, inquit, ſaepe in oratione per imprudentiam dicimus: quod vehementer eſt vitioſum. ſed non attendimus, neque exaudimus noſmetipſos.... Elegit ex multis Iſocratis libris triginta fortaſſe verſus Hieronymus, peripateticus in primis nobilis, pleroſque ſenarios, ſed etiam anapaeſticos. quo quid turpius? .... Sed tamen hic corrector in eo ipſo loco, quo reprehendit (ut a me animadverſum eſt, ſtudioſe inquirente in eum) immittit imprudens ipſe ſenarium*. Atqui, ſi in Ciceronis locum hunc ipſum, qui eſt a me modo prolatus, *ſtudioſe* nos quoque *inquiramus*, ſeſquiverſum ab eo *imprudente immiſſum* deprehendemus. hexametro enim integro & tribus prioribus alterius hexametri pedibus illa certe conſtant *Quo reprehendit, ut a me animadverſum eſt, ſtudioſe inquirente in eum immittit &c.* Exciderunt itaque Iſocrati verſus, exciderant Hieronymo, Iſocratem corrigenti, exciderunt denique Ciceroni, in Hieronymum inquirenti. Quid dixi *denique*? alteri Hieronymo, mihi, mihi, inquam, ipſi, in Ciceronem inquirenti, modo exciderunt. haec enim ipſa cum ſcripſiſſem, ex iiſque intelligerem, quam facile eſſet, ſoluta oratione ſcribentes in verſus per imprudentiam incurrere, coepi, quae ſcripſeram, diligenter recognoſcere, & numerorum omnium menſuras expendere, ne forte aliquid mihi ipſi in eodem genere imprudenti excidiſſet. atqui, excidiſſe hexametrum mihi quoque, de Ciceronis hexametro, qui illi, in Hieronymi verſus inquirenti, exciderat, commemoranti, animadverti in illis, *Si in Ciceronis locum hunc* IPSUM, QUI EST A ME MODO PROLATUS, STUDIOSE *nos quoque inquiramus &c.* Sed nolui quidquam mutare, atque ita, uti calamo primum exciderat, verſiculum eſſe, ſivi: quo facilius non modo Pogiano, ſed Iſocrati, ſed Hieronymo peripatetico, ſed Ciceroni, ſed omnibus, qui verſus in oratione per imprudentiam dicunt, venia ab aequis lectoribus detur.

gumento, miſiſti. Ineuntem annum, & multos praeterea, tibi jucundos & ſalutares precor. Vale. Roma. IIII. idus januarii. M. D. LXII.

noſtro litterarum exempla, quae dominatio veſtra reverendiſs. ad me miſit XXIX. decembris; ejuſque ſanctitas, ut antea ſemper, ita hoc tempore, pium hoc ejus ſtudium & charitatem vehementer commendavit; & ſperat futurum, ut praeclarae ſuae adhortationes sereniſs. Bohemiae regi, ac Pruſſiae duci, & reip. item chriſtianae magnum ſint fructum allaturae. &c.

III.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Gherardo Grosbechio (*a*) Decano Leodienſi. *a*

Reditum gratulatur. De periculoſo leodienſium epiſcopi morbo dolet. 17. jan. 1562.

SAlvum te Leodium veniſſe, valde gaudeo. utinam ſalvum, vel certe valentem, epiſcopum (*b*) reperiſſes! cujus ex in- *b*
commoda valetudine nemini concedo, qui majorem, quam ego, dolorem acceperit. debet enim multis de cauſis praecipuus eſſe ſenſus doloris mei in ejus viri morbo, & quem ipſe unice diligo & obſervo, & à quo me valde amari, intelligo, & cui nihil paene ſimile, vel in maxima provincia, eſſe, video. ſed ſpero, Deum non ita averſum eſſe a ſalute iſtorum hominum, ut optimo & principe & parente illos, tam neceſſario eorum tempore, orbatos velit. quod equidem a Deo precibus aſſidue peto. tu ornatiſſimum principem meo nomine ſalutabis. ego vero tibi pro iſta humanitate (*c*), quae facit, tibi ut meum meorum- *c*
que in te officium benignitas aliqua videatur, tantum debeo, ut verear, ne ea in re aliquam vel meam vel meorum partem deſideraris. Vale, & Torrentium (*d*) noſtrum ſalvere jube. Ro- *d*
ma. XVI. Kal. februarii. M. D. LXII.

IV.

(*a*) *Grosbrechio* exempl. Emendavi. De Grosbechio vide epiſt. *Decano* d. 29. oct. 1561.

(*b*) Robertum a Berges: de quo vide epiſt. *Ut excellens* d. 19. maj. 1560. & *Magno me* d. 12. ſept. 1561.

(*c*) Cardinali auguſtano gratias egiſſe per litteras Grosbechius videtur de hoſpitio, aut alio aliquo officii genere, quo in ſuo ex urbe Roma Leodium itinere exceptus, ejus commendatione, Auguſtae fortaſſe fuerat.

(*d*) Laevinum Torrentium, archidiaconum leodienſem. De eo vide epiſtolas *Ut excellens* d. 19. maj. 1560. & *Video te* d. 25. jan. 1561. Ejus autem epiſtolam ad Sirletum, in qua extrema de hoc ipſo leodienſis epiſcopi morbo agitur, ex cod. vaticano 6189. pag. 89. a me deſcriptam, dignamque non uno nomi-

nomine, quae cum eruditis communicetur, habeto.

Reverendo Domino Guilielmo Sirleto S. R. E. Protonotario viro optimo & doctiſſimo.

Romae.

Cum Roma diſceſſurus vale dicendi cauſa ad te veniſſem, facta librorum veterum mentione, quos hic in antiquiſſimis monaſteriis noſtris latere ſciebam, nec in Italia me vidiſſe memineram, de Ivonis tandem decreto locuti ſumus; cujus quidem [illegible] tibi notam dicebas. ſed ego univerſum opus duobus in locis a me viſum, & brevi, opera cujuſdam amici mei, in lucem proditurum affirmabam; &, quum primum prodiiſſet exemplar, me tibi ac Faërno miſſurum pollicebar. atque utinam quidem optimus & doctiſſimus ille vir nobis ſupereſſet, ut ejuſcemodi munuſculo mei apud ipſum memoriam renovare poſſem. ſed, quia Deo omnipotenti aliter viſum eſt, tibi ſaltem, quod eram pollicitus, praeſtare volui. accipies igitur a Joanne Vonchio volumen illud; quod certo ſcio tibi probatum iri. mihi ſane mirifice placet, & Gratiano, qui in ſcholis teritur, tenebras ſic offundere videtur, ut vix operepretium ſit bonas horas in eo legendo inſumere. adjunxi libellum, qui inſcribitur Ordo romanus de officio miſſae; quem nobis edidit Georgius Caſſander, vir omnis antiquitatis eccleſiaſticae ſtudioſiſſimus, & qui bibliothecam habet ejus generis valde inſtructam. rogo te igitur, ut munuſculum iſtud benigne accipias, & de mea in te obſervantia nihil non tibi perſuadeas. Quod ſi, ut diſcedenti dicebas, loca aliqua in bibliis occurrerint, quae cum vetuſtis horum regionum codicibus conferri velis, ſenties, me diligentem eſſe, quamvis epiſcopi leodienſis adverſa valetudo tantum mihi moleſtiae & moeroris adfert, ut vix queam vivere. quod ſane ni ita eſſet, jam in Faërni mortem meditatus eſſem aliquid, quo tanti viri memoriam poſteris commendari poſſe judicares. Vale. nonis febr. 1562. Leodio.

Scribentem acceſſit Joannes Metellus & te ſalvere juſſit.

Tui obſervantiſſimus
Laevinus Torrentius.

I V.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Udalrico Baroni a Rungſeck.

27. jan. 1562.

Canonicatum auguſtanum defert, & ad virtutem colendam cohortatur.

CUM primum me de tuo ſtudio ſuſcipiendae eccleſiaſticae perſonae certiorem feciſti, maxima ſum laetitia affectus. ſperavi enim, id quod etiam cognoveram ex literis & ſermone aliorum, te animo eſſe & ingenio praeſtanti, qui Dei partibus, id eſt clericis, adſcribi cuperes. in quo etiam ſum magnopere gaviſus, imitari te exempla parentis tui, viri optimi, ac majorum tuorum; quorum pietas ac religio bonorum teſtimonio celebratur. ſed tibi nihil de cupiditate illa tua prius reſpondendum putavi, quam te, ita & animatum & paratum, aliquo etiam munere proſequerer, quod ab inſtituto tuo non eſſet

Digitized by Google

eſſet alienum. eſt igitur id (*a*) canonicatus auguſtanus. quod certe munus longe minus eſt, quam quantum nos tua cauſa cupiamus. ſed tamen interea tu (*b*) eo fruéris, dum nobis, Deo approbante, major facultas dabitur de te bene promerendi. coles vero maxime, ut inſtituiſti, virtutem ac religionem, nihilque committes, quod Chriſti militia indignum eſſe videatur. nam iſtis ſenſibus & itineribus eunti tibi in dies majora dabuntur ſigna divinae benignitatis. ego, niſi te ſcirem per te ſatis incitatum eſſe, ad iſtum verae dignitatis & ſalutis curſum cohortarer vehementius. ſed erit tibi laus, quam tribuo maximam, pro omni cohortatione. perge igitur, ut coepiſti; & omnia tibi ex ſententia ſuccedent: a nobis vero expectabis ea, quae propinquo adoleſcenti ſpectatae indolis & ſummae ſpei deberi intelligimus. Vale, ac tuos omnes meo nomine ſalvere jube. Roma. XVI. Kal. febr. M. D. LXII. (*c*)

(*a*) *is* exempl. & cod.vat. Sed, quum ad *munus* referatur, corrigendum putavi.

(*b*) *tum* exempl. Emendavi ex cod. vatic.

(*c*) 1566.cod.vat. cui non auſcultandum putavi.ſiquidem jam inde ab ineunte ſextili anni 1563. cardinali auguſtano, urbem Romam relinquenti, operam dare Pogianus deſtiterat. Si quis tamen contenderet, potuiſſe hanc epiſtolam eo ipſo anno 1566. a Pogiano ſcribi, valde difficile eſſet contrarium demonſtrare. Romam enim card.auguſtanus, illius ipſius anni initio, eorum comitiorum, quibus Pius V. pontifex max. die 7. jan. renunciatus eſt, cauſa venerat: quamquam, iis opinione celerius confectis, ipſe intereſſe non potuit. Vide in *Tabul. eccl.rom.* pag.404. epiſtolam Polanci ad Hoſium,die 2.feb. 1566. & pag.405. epiſtolam ipſius auguſtani ad eumdem Hoſium,die 16.ejuſdem menſis datam: in qua ipſam Pogiani manum mihi videor agnoſcere. Potuit igitur Pogianus cardinalis auguſtani, veteris patroni ſui, Romae commorantis, rogatu ac nomine has ipſas ad Uldaricum litteras anno 1566. ſcribere.

V.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Georgio Vicelio.

Laborantem rei familiaris anguſtiis non poſſe a ſe ſublevari dolet. Calvino & Calvinianis male ominatur. De Merſburgenſium epiſcopi morte. 17. jan. 1562.

EGO vero, mi Viceli, tuis difficultatibus ita moveor, ut & tua excellens pietas atque doctrina (*a*), & meum in te ſtudium & ſingularis benevolentia poſtulant. quod ſi is eſſet ſtatus

(*a*) Pietatis hujus atque doctrinae ſpecimen in quattuor Wicelii opuſculis, in Germania editis, habemus; quorum titulos ſubjicio: I. *Idiomata quaedam linguae*

tus rerum mearum, quem in primis unam ob eam cauſam cuperem, ut de viris eruditione & religione praeſtantibus bene mererer, neque mea tu, neque praeterea cujuſquam deprecatione ad id impetrandum, quod tibi opus eſt, indigeres. ſed invidit fortuna huic cupiditati meae, vel potius ita Deo viſum eſt: quod in optimam partem, ut omnia, quae divinitus eveniunt, eſt accipiendum. quare fit, ut tibi tuique ſimilibus mea ſit paratior voluntas & opera, quam res. ſed ne opera quidem, vel diligenti & aſſidua, tantum proficio, quantum deberem: cujus incommodi magna ex parte culpam ſuſtinent tempora.
b urgetur variis & maximis ſumptibus (b) fiſcus pontificis max. quo minus optimus princeps poſſit interdum benigne facere, quibus optaret. quod ſi levabitur nonnullis, quibus premitur, oneribus, tum quidvis ſibi poterunt de ejus benignitate polliceri & docti & probi viri, in primis certe tu; cujus egregiam virtutem & religionem per ſe cognitam, per me commendatam
c habet. Calvinus & calviniana peſtis, quo volitat & furit (c) audacius

linguae ſanctae in ſcripturis veteris teſtamenti obſervata per Georgium Wicelium. *Moguntiae* 1542. II. *Sylva dictorum eccleſiaſticorum, e SS. Patribus promiſcue collectorum*. *Moguntiae* 1544. III. *Catechiſticum examen chriſtiani pueri ad pedes catholici praeſulis, denuo, ſed emendatius, excuſum*. *Acceſſit imago vitae humanae ex S. Aur. Auguſtino*. *Authore Georgio Wicelio*. *Moguntiae* 1545. Subduntur *Quaeſtiones catechiſticae*; iiſque Wicelii epiſtola ad lectorem praefigitur, Urſinae ſive Berlini an. 1539. data. IV. *Georgii Wicelii commentariolus de arbore bona, Antichriſto, interceſſione divorum, deque jejunio, & mortis dominicae die*. *Coloniae* 1548.

(b) Pius IV. mittendis, concilii tridentini cauſa, legationibus, epiſcopis tenuioribus, qui Tridentum convenerant, viatico commeatuque juvandis, denique publicis operibus conſtruendis tantos ſumtus fecit, ut pontificium aerarium paene exhauſerit, ita, ut in eo poſt ejus mortem non niſi ducenta & tredecim aureorum millia reperta fuerint. Vide Staniſlai Clodinii epiſtolam ad Hoſium, die 15. dec. 1565. Roma datam, in *Tabul. eccl. rom.* pag. 400.

(c) Huc pertinent Caniſii illa ad Hoſium in litteris, die 29. dec. 1561. Auguſta datis: *Audimus, in Galliis longe lateque zizania ſuccreviſſe; ut magnum ſit tritico periculum metuendum, niſi ſuccurrat paterfamilias, cujus agrum inimicus ille paſſim vitiare contendit injecto lolio, quod magis nunc, quam triticum, placere coepit*. Eodem autem decembris anno, & viceſimo ejuſdem anni die haec de calviniana haereſi, longius in dies latiuſque ſerpente, ad card. Borromaeum Jo. Franciſcus Commendonus, pontificius nuncius, Sindiſiſio ſcribebat: *Non ſi potendo paſſar di Fiandra in Lorena per la via di Lucemburg, per riſpetto de l'acque, preſi la ſtrada di Piccardia & di Campagna: dove anchora per le continue pioggie ho hovuto molte difficultà, ma molto più diſpiacere di haver veduto in effetto in quale ſtato circa la religione ſieno queſte provincie, ch'erano le più nette & incontaminate di tutta Francia. Primamente in Piccardia paſſai per la dioceſi Laudunenſe; il veſcovo de la quale è figliuo-*

cius & impudentius, eo celerius ſperandum eſt, aliquod illis hominibus, nefario eorum ſcelere dignum, ſupplicium impendére. aguntur enim ſuis furiis; quibus ruant neceſſe eſt, vel hominum nemine impellente. Grave omnino vulnus acceptum eſt in mor-

gliuolo del conte di Brienna de la caſa di Lucemburg, & parente del rè di Navarra, molto giovane, & nominato già alcuni anni, ma, come intendo, non confermato anchora. Ivi ſi predica publicamente da gli heretici. la città è quaſi tutta infetta con gran parte del clero & de' canonici; & v'è anchora un concorſo grande de gli luoghi vicini, che ivi vanno a le prediche. Similmente in Soiſſon, dov'è abbadeſſa una ſorella del rè di Navarra, molto catholica, dicono, che il principe di Condè, ſuo fratello, fa predicare contra la volontà di lei, & che ne la città di Noyon un fratello del veſcovo ha fatto battezzare queſti dì un ſuo figliuolo publicamente ſecondo il rito calviniano: & che molti quì d'intorno fanno già profeſſione aperta di calviniſta, & ſpecialmente gli nobili, i quali habitando, ſecondo il coſtume di Francia, ne' loro villaggi cercano tuttavia di corrompere i loro miſeri ſudditi, cacciano i preti, admettono & chiamano miniſtri calviniani, & gli mandano anchora ne' luoghi de' Signori catholici a ſpargere il loro veneno: & gli detti ſignori catholici parte non curano, parte non poſſono cacciarli.... Del veſcovo di Troys, città de la medeſima provincia di Campagna, m'hanno detto in Rhens per coſa certa, come già pochi giorni egli ha ſolennemente renuntiata il veſcovado & l'ordine, & preſa manuum impoſitionem da gli miniſtri calviniani con queſte ſolenni parole: Abrenuntio manuum impoſitioni papiſticae ſathanicae: & che haveva voluto predicare ne la chieſa di S.Giovanni di Troys, come miniſtro calviniano: ma che gli fu prohibito dal conte d'Hù, governatore de la provincia, per paura, che non ſi levaſſe tumulto ne la città. Queſto veſcovo, hora miniſtro del demonio, fu figliuolo del principe di Melfi, foruſcito di Napoli, di caſa Caracciola, ſtato ſoldato, frate, abbate, veſcovo; & nel LVI. fu a Roma: dove fu accuſato d'hereſia, & che haveſſe, come veramente haveva, contaminato lui ſteſſo gran parte de la ſua dioceſi. Hora dicono, ch'egli è in Parigi con gli altri miniſtri; dove vivono con ſomma licentia: poichè già ſi predica, come coſtoro affermano di veduta, in più caſe dentro de la città..... & con tanta inſolentia, che s'intende già pochi dì eſſere avvenuto, che ſonandoſi le campane di S.Medardo, dove vicino habita il Beza, egli mandò a comandare, che non ſi ſonaſſe, & non volendo colui, che ſonova, obbedire, fu ammazzato inſieme con alcuni altri preti. Da Rhens andai a noſtra dama de la Spina, tre miglia italiani diſcoſto da Scialon: & la ſera il padrone de l'hoſteria, ritornato da quelle città, riferì, come quei giorno, ch'era il dì di S.Giovanni, gli hugonotti ſi erano levoti in arme al numero di 200. & havevano aſſaltata l'abbatia di S.Pietro, la quale è del veſcovo de la città, che con gran fatica ſi tenne, che non v'entraſſero; non havendo li catholici animo d'adoperare l'armi contra l'eſpreſſa prohibitione del rè; a la quale però gli hugonotti non obbediſcono, anzi vanno coll'armi ſcoperte in ordinanza: & non ne ſono puniti. & pare quaſi un tale editto eſſere fatto ſolo contra i catholici. & ſi teme molto, che ſieno acerbamente caſtigati quelli di Amiens, i quali, come V.S. illuſtriſs. haverà inteſo, oltraggiati da gli hugonotti, & quaſi conſtretti preſero l'armi: ma per queſto editto & per l'eſſortationi del veſcovo, le depoſero ſubito; nè ſono reſtati morti, ſe non quattro o cinque de

gli

d te mersburgenſium epiſcopi (*d*). quid enim illo religioſius? quid ſanctius? ut maximum paene ſuum ornamentum amiſerit Germania noſtra, illo ſublato. ſed cum eo eſt actum praeclare, male nobiſcum: etſi bonorum mors indigne ferenda non eſt. De ſufficiendo in illius locum epiſcopo, minime verendum eſt, e ne (*e*) ſint libera ſuffragia. vehementer enim ea de re literas f Ferdinandus caeſar ſcripſit ad Saxoniae ducem (*f*). quamobrem quiete omnia tranquilleque agentur. Vale, optime Viceli, tibique perſuade, te a me valde amari merito tuo. Roma. XVI. Kal. februarii. M. D. LXII.

gli heretici. nondimeno dicono, che ſe ne fa un gran rumore a la corte. onde gli catholici di Scialon non ſono ſtati arditi di pigliar l'armi & d'offendere eſſi hugonotti. ſolo hanno diffeſo le porte de l'abbatia. Di là gli heretici ſe n'andarono a due parrocchie di S. Nicaſio & S. Giovanni, & entrati ne le chieſe ruppero le imagini, & ardirono di ſpezzare il tabernacolo de l'euchariſtia, gettando per terra il ſantiſſimo ſacramento. & tanto grande è l'ira di Dio, che lo tolera & non gli fa degni di vederne miraculo: poichè ſono così oſtinati, che ancho di molti miraculi non hanno tenuto alcun conto. &c.

(*d*) Inter editas card. Hoſii litteras viceſima octava ad hunc eumdem epiſcopum data die XIX. jan. 1561. ſic inſcribitur: *D. Michaëli epiſcopo Merſburgenſi.* De eo Gratianus in ſuo *Itinerario* apud me ms. de Miſniae epiſcopis iiſdemque romani imperii principibus agens, *Michel*, inquit, *Sidonio, veſcovo di Merſpurg, huomo molto dotto & catholico. &c.*

(*e*) Nolui immutare noſtri exemplaris, & codicum vat. & barber. lectionem. ſed omnino *ne non ſint* ſcripſiſſe Pogianum, puto.

(*f*) Commendonus litteris, ad Borromaeum die 30. nov. 1561. Bruxellis datis, *Di Germania*, inquit, *non è anchora gionta la poſta. ma per via di Cleve ſi è inteſo, che l'elettor di Saſſonia ha occupata la chieſa di Merſpurg in Miſnia con la città, & gli altri beni del veſcovado, ſubito inteſa la morte del veſcovo, ch'era preſidente de la camera imperiale in Spira.*

V I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Gebhardo & Chriſtophoro fratris filiis.

Ad virtutem cohortatur.

24. jan. 1562.

ET itineris veſtri rationem, & initium commorationis tuae, Gebharde, in canonicalis iſtius muneris functione libentiſſime cognovi ex tuis literis. laudo ingreſſionem tuam, & hortor te, ut iſtius perſonae, quam modo ſuſcepiſti, aſſidue recordere, eâque & actione & oratione utaris, quae Jeſu Chriſti ſacris initiatum adoleſcentem, & iſto loco natum deceat. non enim tibi ſatis eſt, te quemcunque praeſtare. quid non modo cano-

canonicali honori, ſed etiam nobilitati conveniat, cogitare debes. quae non eo commemoro, ut te admoneam officii tui, quo fungendo mihi cumulatiſſime ſatisfacis, ſed ut id, quod facis, cum a me intelligi & magnopere laudari videas, laetere, & alacrior ſis ad curſum inſtitutae laudis. pergite igitur ambo, ut coepiſtis, una ſaluti veſtrae conſulere, & gloriae communi. ſperate vero, non defuturos vobis vel ampliſſimos honoris gradus, ad quos, Deo duce, virtute comite, mihi credite, pervenietis (*a*).

(*a*) Fuit in hac honorum, quos Gebhardus conſequuturus erat, divinatione ſane felix card. auguſtanus. ſed eos Gebhardus deinde conſequutus infeliciſſimus fuit. quod ſi patruus praevidere potuiſſet, ne ullos ille umquam conſequeretur, optaſſet. Rem novitatis, ſceleris, dedecoris horroriſque plenam Famianus Strada lib. v. decadis II. *de bello belgico* his verbis commemorat: *Gebhardus Truchſeſius, Othonis cardinalis auguſtani fratre genitus, vix archiepiſcopatum colonienſem & imperii ſeptemviratum adiit, quum Agnetis Mansfeldiae amore miſere captus (erat haec una ex virginibus, quas in Girreſemio gynecaeo canonicas appellant) de poteſtate mentis abiiſſe viſus eſt. Amoris initium hoc commemorant aliqui. Tranſtulerat ſeſe Coloniam e Bonna Truchſeſius, componendae paci inter catholicum regem atque ordinum provincias a Caeſare deſignatus, ut in loco narravi: atque in magna mortalium frequentia, ad ſupplicationem Coloniae indictam confluentium, Agnes advenerat. Forte per eos dies Scotinus, notum malas per artes nomen, Coloniae agebat. is, in Truchſeſii familiaritatem adſcitus, dum hominem ad inania facilem, ſpectris ac praeſtigiis oblectat, quodam die ab epulis ac vino incaleſcenti, remotis arbitris, pollicetur, ſe in ſpeculo, quod illic erat, imaginem formoſiſſimae puellae, Coloniam tunc profectae, repraeſentaturum. ſtatimque Agnetis facies, ſed, quam ipſa, venuſtior, Truchſeſii oculos everberavit. Scilicet exarſit ipſe ad eum aſpectum; iiſdemque flammis, ſibi ac Germaniae feralibus, ex incendiario ſpeculo conceptis, nimis quam multos involvit. Exinde Agnetem praeſul inviſere, apud ſe invitare, Colonia in Turingiam abeuntem Bruliae, in oppido Coloniae proximo, excipere, ac longe familiarius, quam epiſcopum ac puellam deceat, ſolus ſolam adhibere: donec, evulgato flagitio, fratribuſque, nobilibus viris, maculam familiae illatam ſanguine deleturis, Truchſeſius promittit, ſe, repudiata colonienſi eccleſia, ac remiſſo imperii ſemptemviratu, Agnetem ſibi conjugem aſſumpturum. Viſa haereſum magiſtris opportuna occaſio novi euangelii per epiſcopi nuptias propagandi, certatimque Truchſeſium adorti facile ſuaſere homini, ducturo libenter uxorem, & colonienſis eccleſiae praefecturam aegre depoſituro, ſacras ut infulas maritali vincula colligaret … Ac ſtatim, firmato in epiſcopatum & conjugium animo, atque (ut ſcelus ſceleri viam emollit) ejurata palam catholica religione, per quam ſacrilegum ſibi eſſe non liceret, infulatus Coloniae antiſtes, jampridem inter initiamenta ſacrorum Deo votus dedicatuſque, magno luxu pompaque nuptias, calviniano parario, cum Agnete Mansfeldia celebravit, nuptamque in ſacram archiepiſcopatus aulam maritus praeſul induxit … At vero ſenatus populuſque colonienſis, atque in primis archiepiſcopalis collegii ſodales,* FIDELES, *ut in ſignatorio annulo praeſeferunt,* ECCLESIAE ROMANAE FILII, *saeplus cum archiepiſcopo de ſuſpicione mutandae ab eo religionis (mutatam*

a me vero uterque expectabitis omnia, quae a patruo veſtri

*tatam nandum audieraut) queſtl jam erant. Idem Rodulphus caeſar, rem in imperio novam minime paſſurus, idem ſummus pontifex (*Gregorius XIII.*), properata nuncia Joanni Franciſco Bonhomio, epiſcopo vercellenſi, ex interioribus alumnis divi Caroli Borromaei, accurate praeſtiterant. Sed praepotuere opud illum, praeter impotentem amorem, ſuaſorum omnium potentiſſimum, Palatinus ſeptemvir, Comes Nivernarius, Caſimirus, alliqne confeſſionis auguſtanae proceres: quorum multi per legatos, plerique coram, ne de ſuſcepto conſilio quidquam mutaret, arma ei ac pecuniam abunde promiſere. Namque, ubi ille andiit, ſententia a Gregorio pontifice per epiſcopum vercellenſem Coloniam tranſmiſſa pronunciataque, ſe a fidelium communione ſcjunctum, atque archiepiſcopali ſede motum, adeoque imperii ſeptemviratu exutum, ac, indictis inde comitiis a ſacri collegii ſodalibus, colonienſem archiepiſcopum, magna populoram gratulatione, creatum Erneſtum bavarum, friſingenſem ac leodienſem epiſcopum, illico expedivit, quae jam arma comparaverat. Expedivere cum eo Joannes Palatinus, bipontinus dux, & Adolphus, ſolmenſis comes, & Joannes Caſimirus, & Carolus Truchſeſius, Gebhardi frater, auxiliis non e Germania modo, ac per Joannem Noſſavium, Orangii fratrem, e Belgia, ſed etiam e Gallia, atque ex Alenconii reliquiis, ductore Carolo Mansfeldio, Agnetis fratre, qui in Alenconii caſtris militaverat, evocatis. Nec ſegnius ex altera parte colonienſes ac novus antiſtes, delecto militiae duce ſalentino comite Iſemburgio, cum Friderico e Saxoniae ducibus, bellum adornabant.... commiſſiſque ſaepenumero praeliis, ac praetentatis utrinque arcibus, ſucceſſu diu vario productum eſt bellum. Poſtremo... Truchſeſiani paulatim ceſſere: ac pleriſque oppidis arcibuſque in colonienſi praefectura ſpoliati, intra Bonnam, vetus ad Rhenum oppidum, praeliis olim romanarum legionum nobile, compulſi ſunt .... Bonnam, partim a bavaris, partim ab auxiliaribus farneſianis obſeſſam, Carolus Truchſeſius, Gebhardi frater, ſpe majore quam viribus defendebat... Sed certius multo ac triſtius ei portentum fuit tumultus bonnenſium praeſidiariorum; ad quos quum, Manriquii opera, penetraſſet edictum Caeſaris, quo duces juxta ac milites, qui a Gebhardi ſignis non diſcederent, hoſtes imperii pronunciabantur, non ultra Gebhardo fidi, in fratrem inſurgunt; ipſum ac centuriones e primariis duos vinculis adſtringunt, petitoque ad dedendam urbem colloquia, miſſiſque decem e ſuis ad ſeptemvirum, ipſi e moenibus conſpicui, ratum ſe habituros quidquid allegati milites decreviſſent, elata omnes dextera manu ſignificant.... Ac ſecuto die ſeptemvir Erneſtus triumphanti ſimilis, ductis ſecum captivis Carolo Truchſeſio ac centurionibus, Bonnam ingreſſus eſt. At vero Gebhardus, magis belli cauſa, quam dux, reparato utcunque per Cliviam exercitu, a Verdugi copiis, obviam factis, atque ab inſequentibus bavaris noviſſima clade affectus, Veſaliam ad amicum Holachium primum confugit; mox, amiſſa in praeſens retinendae ditionis ſpe, Delphos ad Orangium in Hollandiam ſe recepit, ſacro colonienſis eccleſiae epiſcopatu ejectus, e ſeptemvirum numero expunctus, oppidis, arcibus, exercitu ſpoliatus, a religione catholica, a Chriſtifidelium conſortio exul, unam ſecum Agnetem trahens, deinde damnatus ad funeſtam malorum ſuorum originem ante oculos ſemper habendam, ſemper averſandam.* En, quo cohortationes illae, tam diligenter, tam amanter, tam prope paterne ad Gebhardum ab optimo patruo adhibitae, quo ſpes, de illius honoribus ac dignitate conceptae, reciderunt! *Hortor te*, inquiebat in ſuperiore epiſtolae par-

ſtri amantiſſimo vobis debentur. Valete. Roma. xi. Kal. februarii. M. D. LXII.

VII.

parte noſter Truchſeſius, *ut iſtius perſonae, quom modo ſuſcepiſti, aſſidue recordere, eaque & actione & oratione utore, quae Jeſu Chriſti ſacris initiatum odoleſcentem, & iſto loco natum deceat &c.* Gregorii XIII. ad eumdem Gebhardum litteras, d. 17. dec. an. 1582. datas, quibus hominem, deſipere incipientem, ad reſipiſcendum ſane graviter atque amanter cohortatur, ubi ad epiſtolam *Selo te*, die 19. jun. 1563. datam, venerimus, proferemus. nunc Chriſtophori Truchſeſii, cui etiam inſcripta eſt haec Othonis patrui, in qua verſamur, epiſtola, ad cardinalium collegium litteras, die 22. febr. 1583. datas, exhibebimus, e codice vaticano 6416. ubi pag. 86. autographae adſervantur, depromtas; quibus & Gebhardi fratris impium facinus, ac Caroli, item fratris, cum Gebhardo ſceleris ſocietatem deteſtatur, & ſe romanae eccleſiae fuiſſe ſemper, eſſe, ac fore addictiſſimum, profitetur.

All'illuſtriſſimo & reverendiſſimo collegio de' ſignori cardinali, & tutti ſignori miei clementiſſimi.

Illuſtriſſimi & reverendiſſimi ſignori miei. Per eſſere già ſparſa l'oſcura & tenebroſa opinione delli duo miei fratelli, monſignore illuſtriſſimo di Colonio & Carlo, non poſſo moncare (& ſono tenuto) come vero profeſſore della ſanta chieſa romana cattolica & apoſtolica, & come quello, che in eſſa è nato & nudrito, parimente per quella confeſſo di patire & morire, ſiccome ſin'hora han fatto tutti gli miei anteceſſori, & ſpecialmente la felice memoria di monſignore illuſtriſſimo cardinale di Auguſta, mio zio, al quale favorito in generale doll'illuſtriſſimo & prudentiſſimo collegio della ſede apoſtolica dobbiamo noi tutti della caſa noſtra eſſer perpetuamente obligati, & in particolare conoſcendomi tale, vengo con la preſente in generale, & a ciaſcheduno in particolare all' illuſtriſſime & reverendiſſime preſenze di quelle, ſupplicandole dal canto mio a tenermi nella conſideratione de' miei anteceſſori; non riſguardando però al graviſſimo fallo de i detti miei fratelli, quali vinti da vani deſiderii ſi ſono laſciati leggiermente ingannare: & io, conoſcendo l'error loro, non mancai con amorevoli lettere eſſortarli alla vera cognitione della ſanta madre chieſa romana, da' quali per li miei peccati non fui degno d'eſſer eſſaudito: onde ultimamente ſdegnato contro di eſſi, vedendoli di voler perſeverare nella proditione loro, diſcoſtatomi da ogni loro corriſpondenza, & rivoltatomi alla ſomma miſericordia del Salvatore, che per la ſua benignità gli haveſſe per raccomandati, & che toccandogli il core del vero ripentimento li riduceſſe alla loro nata profeſſione. & ciò ho dimoſtrato manifeſtamente a ſua ſantità, & a ſua maeſtà ceſarea, dando ad ambo in pegno ſpontoneamente le facultà mie, la vita, l' honor mio, in evento che ſi trovi, ch'io ſia ſtato in ninna coſa conſapevole o conſentiente della loro religione. il che replico di nuovo all'illuſtriſſime & reverendiſſime ſignorie loro con le ſopradette obligationi, quali confeſſerò in perpetuo, ſupplicandole ad havere detti miei frotelli per raccomandati nelle loro cotidiane & ſante orationi. &, come devo, con tutto il core ſinceramente le bacio le ſacrate moni. Da Seera li XXII. di febraro 1583.

Delle voſtre ſignorie illuſtriſſ. & reverendiſſ.

Affettionatiſſimo & obedientiſſ. ſervitore

Chriſtoforo Truchſes Baron di Walpurg.

Digitized by Google

VII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

28. jan. 1562. *Ad ſuas litteras non reſcriptum eſſe, miratur. Concilii tridentini actionibus initium eſſe datum, gratulatur. De Quinqueccleſienſis epiſcopi Tridentum, & Cithardi junioris Romam adventu.*

SAtis equidem mirari non poſſum, te neque nefarium illum
a Judicis (*a*) librum, neque literas meas, jampridem legatis
b una cum libro, & germanice & latine ſcripto, miſſas, non (*b*) vidiſſe. illud etiam per mihi mirum accidit, nihil ea de re ad literas meas reſcriptum eſſe: cum tamen certo ſciam, illa ſcripta eſſe perlata. quae mea ſententia eſſet de confutandis illius furiae impudentiſſimis maledictis, illis ipſis literis oſtendi; quam tamen rationem meam veſtro ſapientiſſimorum legatorum judicio ſubjiciebam. nec vero peſtiferam illam belluam a quoquam facilius jugulari poſſe crediderim, quam a te, cujus felicitatem in ejuſmodi portentis conficiendis illuſtrem videmus: cui te officio, ſi tibi licuerit, non defuturum confido, ut autem liceat, in primis opto. ſed & illa interea ſunt etiam adhibenda reme-

dĩa

(*a*) Matthaei Judicis peſtilentem librum ſignificat: de quo vide epiſtolam *Cum hic* d. 19 nov. 1561. illam ipſam, cui Truchſeſius miratur nihil adhuc a concilii legatis, ad quos ſcilicet eam cum libro miſerat, eſſe reſcriptum. Librum autem perlatum ad Hoſium fuiſſe, ab eoque lectum, ex ejus ad Pflugium litteris, die 22. febr. 1562. datis, intelligimus; in quibus illa ſunt: *Vidimus & Flacci ... & Matthaei cujuſdam iniquiſſimi ſeditioſiſſimique Judicis, quem ſceptro magiſtratus potius, quam ſtilo refutatum oporteret, convicia & maledicta, quibus non miniſtros tantum, verum & ipſos principes electores omnes, quamvis ſuppreſſis eorum nominibus, graviſſimis afficiunt, nec minus illos, quam nos condemnatos habent, & eorum conſuetudine ſuis interdicunt.*

(*b*) Voculam *non* removendam omnino cenſeo. nam, quoties in oratione *neque* aut *nec* iterantur, negans alia particula praecedere quidem, at non ſubſequi ulla poteſt. itaque Ciceronis eſt ad Atticum libro IX. epiſt. 12. illud, *Non medius fidius prae lacrymis poſſum reliqua nec cogitare, nec ſcribere*: itemque illud ad Sextium lib. V. ep. 17. *Nullo loco deero neque ad conſolandum, neque ad levandum fortunam tuam*. Pro quibus ſi quis ita diceret *Reliqua nec cogitare, nec ſcribere prae lacrymis non poſſum*, & *Loco ullo neque ad conſolandum neque ad levandum fortunam tuam non deero*, non bene latine diceret.

dia per pontificem max. per caeſarem, per quoſcunque: omnes denique animandi & incitandi ſunt ad opus egregium, qui perditam illam audaciam aliquo modo retundere queant: in quo partes meae non deſiderabuntur. Ego ſalutari iſta ſacri concilii inſtitutione (*c*) ita exortus (*d*) ſum, ut mihi jam videar videre *c d*
ſpeciem quandam ubique terrarum reviviſcentis & exurgentis religionis ac pietatis. illuxit enim aliquando dies ille laetiſſimus ac feliciſſimus eccleſiae Dei, cum iſtic aliquid agi publice coeptum eſt. qua de re tam multi antea dubitabant, vix ut reperiri poſſet, qui ſerio quicquam agi arbitraretur (*e*). ego in tri- *e*
denti-

(*c*) Publicarum actionum in concilio tridentino initium ſignificatur, quod die 18. hujus ejuſdem januarii menſis factum fuiſſe docuerat Truchſeſium. Hoſius hiſce litteris die inſequenti datis: *Mea vero ſpes in Chriſto magis aucta eſt, poſteaquam venit huc orator caeſareae majeſtatis dominus quinqueccleſienſis epiſcopus, & in aedes meas recta divertit: vir certe, qui fungatur hoc munere, prae caeteris idoneus, cujus & pietas & eruditio & prudentia ſatis illuſtriſſimae dominationi veſtrae perſpecta eſt procul dubio. venit autem illo ipſo die, quo concilium eſt apertum; qui fuit ita clarus, tantamque nobis laetitiam exhibuit, ut & caelum & omnia, quae ſunt in caelis, favere concilio viderentur. quod ſi portae inferi, pro eo uti ſolent, adverſari voluerint, habemus expreſſum Dei verbum, quod non praevalebunt adverſus petram hanc. quod quidem in ejuſdem diei evangelio (fuit enim cathedrae Petri feſtus dies) lectum eſt. deinde eodem die nuptiarum quoque memoria celebrata eſt, quae factae ſunt in Cana Galileae, tum & miraculi illius, quo converſa eſt aqua in vinum; ita ut, quicquid eſt frigiditatis in cordibus multorum, id omne calore quodam commutatum iri ſpes ſit, poſteaquam ignis in illis ſpiritus ſancti fuerit accenſus. huc accedit, quod idem dies divae quoque Priſcae ſacer fuit, cujus titulum ſanctiſſ. dominus noſter habebat, cum eſſet cardinalis. ex quo in ſpem venio, minime dubium futurum, quod, cum initio pontificatus illi gratularer, ſum ominatus, ut ſub hoc paſtore priſca fides, priſca redeat religio. cujus rei tanto majorem ſpem concipio, quod pontifex hic & medicum agit, & pium medicum; ut, Chriſti virtute, ipſius autem miniſterio, facile ſedatum iri morbos omnes perſuaſum habeam, quibus graviſſime nunc laborat eccleſia. quod ut videre nobis liceat, & quidem celeriter, communibus votis ſedulo Deus precandus eſt, in fide nihil haeſitando; cujus cum erga genus humanum immenſa ſit charitas, non committet procul dubio, ut eccleſiae pias preces non exaudiat: ac poſt graves iſtas procellas & tempeſtates, quibus Petri navicula vehementer jactata eſt atque agitata, tandem aliquando ad optatum tranquillitatis portum illam reducet. Amen. Datum Tridenti die 19. januarii 1562.*

(*d*) Quid hoc loco *exortus ſum* ſignificet, non intelligo. ſi pro eo Pogianus *affectus ſum* ſcripſiſſet, nemo non intelligeret.

(*e*) Cauſam hujus in agendo morae non Pius pont. max. neque Pii ad concilium legati, nec denique itali aut hiſpani epiſcopi, qui jampridem magno numero convenerant, ſed germanorum gallorumque tum oratorum tum antiſtitum in veniendo tarditas atque exſpectatio attulerat. de qua re ſunt hae cardinalium Gonzagae, Seripandi atque Hoſii ad card. Borromaeum

dentinis actionibus tantam ſpem poſui ſemper communis omnium utilitatis ac ſalutis, ut unum illud remedium laborantis languentiſque reip. eſſe ſtatuerem. quare felix illud initium conveniendi de rep. optimis ominibus ac ſummis precibus ſum
f proſecutus. qui dies (*f*) cum inciderit in ſacram memoriam tanto-

maeum litterae, XI. dec. 1561. datae: *Havendo noi per lettere di monſignor Delfino inteſa la riſolutione, che ha preſa l'imperatore di mandare gli ſuoi ambaſciatori al concilio, & di voler, che ſieno quì per li 15. di gennaro, ci ſiamo parimente riſoluti di riſpondergli ſubito nella maniera, che V.S. illuſtriſs. vederà per la copia della lettera, che ne ſarà quì alligata, differenda l'aprir del concilio fin' in quel tempo. Noi, con tutto che ſapeſſimo, che la volontà di noſtro ſignore foſſe, che l'apriſſimo adeſſo, ſenza più indugiare, conſiderando nondimeno, che a reſtringerci quanto più foſſe ſtato poſſibile per ubedir' alla ſantità ſua, non haveremmo potuto aprirlo più toſto, che il primo dì dell' anno, convanendoci proveder di molte coſe neceſſarie a quell' effetto, per le quali, come ſi ſcriſſe poco fà, ſi era mandato il depoſitario a Vinegia, havemo giudicato, che l'aſpettare XV. giorni appreſſo non poſſa, quanto alla coſa in ſè, eſſere di nocumento alcuno, ma, quanto alla riputatione, che ſia per importar' aſſaiſſimo, che il concilio s'apra & ſi cominci con l'aſſiſtenza de gli ambaſciatori della maeſtà ceſarea: la quale poichè ha promeſſo di mandarli & di farli eſſer quì alli XV. del meſe, che viene, ci rendono ſicuri, che vedendo il riſpetto, che ſi hà alla dignità ſua, & che le ſi dà quel tempo a punto, ch' ella ſi hà preſiſſo da ſe ſteſſa, non mancherà della promeſſa ſua; & che havendo l'ambaſciator di Francia a quella corte detto a ſua maeſtà, per quella, che ha ſcritto il Delfino, che il rè ſuo manderebbe ambaſciatori & prelati al concilio, qualora vedeſſe, ſua maeſtà mandarvi li ſuoi, ſarà cagione, che i franceſi ſimilmente ci verranno: ſiamo adunque venuti in queſta riſolutione, parte per neceſſità, non havendo ancora le coſe, che biſognano, & parte per obligare più l'imperatore a mandare gli ambaſciatori ſuoi al giorno predetto, non ſenza ſperanza, che a tal tempo ſimilmente con l'eſempio di ſua maeſtà ci ſi poſſano trovare i franceſi, che moſtrano anch'eſſi di non poter venire ſin dopo le feſte di natale. frattanto arriveranno anco gli altri prelati ſpagnuoli, che s'intende eſſere in viaggio, & per avventura l'ambaſciatore del rè catholico già diſſegnato, per gli avviſi, che ſi hanno di là. ſichè il principio del concilio ſarà più univerſale, & conſequentemente di maggior ſperanza. &c.*

(*f*) Is dies fuerat decimusoctavus hujus menſis januarii, romanae S. Petri cathedrae memoria conſecratus: de cujus conſecrationis inſtitutione cardinalis Simoneta, quartus concilii pontificius legatus, Guilhelmum Sirletum his litteris, Tridento die 5. ejuſdem menſis Romam datis, conſuluerat: *Al molto reverendo ſignore, come fratello honorando, il ſignor prothonotario Sirleti. A Roma. In palazzo apoſtolico.*

I C. X C.

Reverendo ſignor come fratello. Eſſendoſi contentato N. ſignore, che queſto ſanto concilio ſi differiſca d'aprire ſin' alli 18. del preſente, per honorare tal' atto con la feſtività inſtituita in quel giorno dalla ſanta memoria di Papa Paulo quarto della Cathedra di San Pietro, &, come che ben ho ſaputo dire a queſti illuſtriſſimi & reverendiſſimi ſignori miei colleghi, che ſua ſantità ſi moſſe a far ciò in buona parte per il conſiglio

tantorum myſteriorum, id etiam ad explorandam Dei propenſam in nos voluntatem puto multum pertinere. Eodem vero die Tridentum veniſſe quinquecclesienſem epiſcopum (*g*), ad animi mei laetitiam tantum eſt (*b*), ut in illius optimi ac doctiſſimi viri adventu magnum fore momentum ſperem ad rem ex pio-

ſiglio & avvertimenta datogli da V.S. reverenda per memoria del giorno, che eſſa cathedra fu traſſerita a Roma, coſì non ho ſaputo lor allegare altra ragione, nè fargli ſede de gli autori, come haverlano voluto le loro illuſtriſſime & reverendiſſime ſignorie; ma ben ho detto, che ne haverei ſcritto a V.S.R. acciochè ella me n'avviſaſſe, ſicome la prego che faccia con le prime ſue, & con che fondamenta & autorità s'inſtituiſſe queſta feſta, acciochè volendoſene forſe far mention alcuna o in voce o in ſcritto, ſi poſſa fare tanto più liberamente & ſicuramente. Nè queſta eſſenda per altro, a V.S.R. con tutto l'animo m'offro & raccomando. Di Trento a' 5. di Gennaro del 1562.

Di V.S. Rever.

Da menore fratello
Il Card. Simoneta.

Caeterum, etiam ante Paulli IV. tempora, romanae S. Petri cathedrae memoria die 22. febr. non ſeparatim quidem ac proprie, ſed conjuncte cum antiochena atque communiter celebatur. In *Breviario romano*, quod Franciſcus Quignonius tituli S. Crucis in Jeruſalem presbyter cardinalis, *hortatu*, quemadmodum ipſe ait in epiſtola ad Paullum III. pont. max. nuncupatoria, *Clementis VII. confecit, ac potius in ampliorem ſacrarum ſcripturarum lectionem ad veterem ſanctorum patrum & conciliorum antiquorum formam revocavit, & Paulli ipſius voluntate edidit*, iterumque auctius atque emendatius anno 1546. Lugduni vulgavit, haec in matutino ejuſdem diei 22. febr. legenda proponuntur: *Cathedra ſummi pontificatus, cujus hodie feſtum celebramus, promiſſa eſt Petro, cum Chriſtus ei dixit, ut habetur Matthaei ſextodecimo capite; Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram aedificabo eccleſiam meam: & portae inferi non praevalebunt adverſus eam: & tibi dabo claves regni coelorum, &, quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in coelis, &, quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in coelis. Hic igitur verbis Chriſtus cathedram ſummi ſacerdotii Petro pollicitus antequam pateretur, eandem tradidit poſt reſurrectionem, cum ter ipſi ſuum gregem paſcendum commendaret ... Petrus igitur, poſt aſcenſionem Chriſti ad patrem, cum Pontum, Galatiam, Bithyniam & Cappodociam peragraſſet, fidem Chriſti praedicando, & ſermonem miraculis confirmando, Antiochiam reverſus eſt; ibique cathedram, hoc eſt, ſedem apoſtolicam fixit, tenuitque ſeptem annos, donec juſſu Dei (ut verbis utar Marcelli papae & martyris) eam tranſtulit Romam, immobilemque locavit: ut, ad commoditatem chriſtianorum, & religionis augmentum, ſedes ſummi ſacerdotii & eccleſiae caput eſſet in ea potiſſimum urbe, quae principatum orbis obtinebat.*

(*g*) Georgium Draſcovicium: de quo vide epiſtolam *Qui tibi* die 2. jun. 1560.

(*b*) Mendi notam contra hunc locum adſcripſit in exemplaris margine Gratianus. in eo quid ſit mendoſum, non video. *Tridentum* enim *veniſſe quinquecclesienſem epiſcopum ad animi mei laetitiam tantum eſt, ut &c.* admodum latine dici conſtat, pro *Quinquecclesienſis epiſcopi Tridentum adventus tanta laetitia animum meum afficit, ut &c.*

piorum ſententia peragendam. mihi enim ejus virtus, pietas ac prudentia notiſſima eſt; cui quando ea nunc adjuncta eſt auctoritas (*i*), nihil eſt, quod ab illo heroë expectare non debeamus. Cytardi (*k*) nepos eſt apud me; quem, cum primum, id eſt, ut ſpero, biduo domo exire coepero (laboravi enim ex calculo) mecum ad pontificem ducam, & ad Borromaeum cardinalem; eumque omni ope & opera mea tuebor & adjuvabo. Deum tibi propitium precor. Vale. Romae. v. Kal. februarii. M. D. LXII.

(*i*) Ad concilium enim venerat, Ferdinandi caeſaris, tamquam Hungariae regis, orator.

(*k*) Henricum Hartzmannum ſignificat, Matthiae Cithardi, hominis ex dominicana familia praeſtantiſſimi, fratris filium. de utroque vide epiſtolam *Vere tu quidem* d. 28. ſept. 1560. *Nepotem* vocat, italorum recentium, non veterum latinorum, conſuetudinem ſequutus.

VIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Epiſcopo Quinqueccleſienſi. (*a*)

28. jan. 1562.

Quod Tridentum ſalvus pervenerit, tum privata tum publica cauſa gratulatur.

Mirabiliter laetor, te ſalvum Tridentum aliquando perveniſſe; tibique, mihi, piis ac bonis omnibus gratulor, quibus tantum tuo adventu & ſpei & animi acceſſiſſe intelligo, quantum ex alterius praeſentia cujuſquam. dabitur vero tibi ſumma occaſio expromendae pietatis ac religionis, caeteraſque virtutes explicandi, quibus ſemper excelluiſti: in quo confido, te tui ſimillimum fore: qua ſpe jam nunc gaudeo ac triumpho. mihi certe major erit facultas & ſcribendi ad te, & accipiendi tuas literas, quibus nihil eſſe poteſt jucundius. nam ſuperioribus menſibus cum ad te ſemel & iterum (*b*) ſcripſiſſem, neque mihi reſcriptum eſſet, veritus ſum, ne meae non eſſent redditae. Tibi incolumitatem & ſalutem precor. Vale. Roma. v. Kal. februarii. M. D. LXII.

IX.

(*a*) De eo vide ſuperiorem epiſtolam, & eas litteras, quas in adnotatione ſeptima indicavimus.

(*b*) Superioris anni non exſtant card. auguſtani ad Quinqueccleſienſem niſi unae litterae *Avebam*, quas habes ſupra die 9. aug. datas.

IX.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

De ſuis litteris, ad quas nihil a concilii legatis pontificiis reſcriptum ſit. De propenſa pontificis erga Matthiae Cithardi fratris filium voluntate. De proxima concilii tridentini ſeſſione. 11.febr. 1562.

MAxime velim, ut iniqui illius ac nefarii Judicis (*a*) me- *a*
moria pereat: ac confido, fore, ut ruat ipſe per ſe, vel
nemine impellente. de quo certe vererer (*b*) interdum, ne il- *b*
lae, quas communiter ad vos legatos ampliſſimos literas dede-
ram, interiiſſent, niſi certo ſcirem, redditas eſſe. nihildum ad
illas ipſas literas a quoquam accepi: quod tamen aſſigno ſum-
mis concilii occupationibus, niſi forte (*c*) ea cauſa eſt, nemi- *c*
nem curaſſe, mihi ut ad illas reſcriberetur, quod privatim ſcri-
pſiſſem ad neminem; ut, cum omnes legatos unis literis com-
prehenderim, nemo ad ſe proprie putarit id reſpondendi offi-
cium pertinere. ſed hoc facile patior. De Cytardi nepote (*d*) *d*
nihil promptius eſſe poteſt ſtudio & voluntate pontificis, Borro-
maeique cardinalis, quibus illud moleſtum eſt, non poſſe ſe ho-
mini gratificari de beneficiis in illis locis, in quibus is cupe-
ret, propter indulti (*e*) jus, quod eſt aliorum. veruntamen ei *e*
optionem dederunt, ut vel Vormatiae (*f*), vel Trajecti, vel *f*
Spirae aliquid ejus generis aſſequatur, quod concupiſcit. ne-
que, ſi rei facultas erit (*g*), deerit ei principum horum beni- *g*
gnitas. quod vero mei officii ſit, nihil a me requiretur. Con-
cilii primam iſtam actionem (*h*), atque adeo praerogativam *h*

C 2 quan-

(*a*) Vide epiſt. *Satis equidem* d.28. jan. 1562.

(*b*) *vereor* exempl. Gratianus emendavit.

(*c*) *fortaſſe* exempl. emendavi. Cauſam attuii ad epiſt. *Georgii* d. 3. maji 1560.

(*d*) Iterum heic adhibetur vox *nepos* pro *fratris filius*, praeter veterum latinorum conſuetudinem. Vide epiſt. *Satis equidem* d.28. jan. 1562.

(*e*) Jus indulgendi, hoc eſt conferendi eccleſiaſtica beneficia, ſive ad ea idoneos homines nominandi, *indulti jus* dixit.

(*f*) *Vormaticae* exempl. Emendavi.

(*g*) Fuit haec facultas ineunte aeſtate hujus anni. itaque canonicatu trajectenſi auctus eſt hic Henricus, Matthiae Cithardi fratris filius. Vide epiſtolas *Quo propenſiore* & *Dedit pontifex*, datas 16. jun. 1562.

(*h*) Significatur conciiii tridentini ſeſſio XVIII. quae fuit ſecunda ſub Pio IV.

Digitized by Google

quandam rerum omnium, quae deinceps agenda ſunt, ppto & ſpero talem fore, qualem & temporum ratio, & eorum, qui concilio præſunt, poſtulat ſapientia. ut ſe dant initia, ſic reliqua fere conſequi ſolent. Cupio, te valentem & incolumem eſſe. Roma. IX. Kal. martii. M. D. LXII.

Pio IV. celebranda die 26. hujus februarii menſis, in qua conditum eſt decretum de librorum delectu, & omnibus ad concilium fide publica invitandis.

X.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Epiſcopo Quinqueccleſienſi.

21. febr. 1562.

Laudes ſibi tributas non agnoſcit. De futura litterarum crebritate gaudet. Ad navandam eximiam eccleſiae operam cohortatur. De concilii continuationis mentione.

UBerrimae fuit tuae literae omni humanitatis ac diligentiae genere, pleniſſimae vero etiam ſingularis cujuſdam in me amoris; quo provectus mihi eas tribuis laudes, quarum ne minimam quidem partem agnoſco. verum illud aſſequor tuis literis, ut, qui eſſe debeam, facile intelligam. qua in re multum me movet cogitatio tuae eximiae virtutis, cujus in (a) judicio dignitatis meae moniti etiam & exempli vim mihi videre videor. excuſatio autem accurata, qua uti voluiſti, tota a tua in me ſingulari benevolentia & quadam naturae ſuavitate profecta eſt. caeteroqui (b) non opus fuit. quid enim eſt, quod tu mecum, & in hac & in omnibus rebus, & intermittere & omittere tuo jure non poſſis? unam igitur tantum cauſam valetudinis obſtitiſſe doleo, quo minus ad me jucundiſſimas tuas literas citius dederis. omnis eſt ſupervacanea purgatio reliquarum. nec vero quicquam me magis ad ſcribendum impulit, quam eximium quoddam ſtudium, quo tenebar cognoſcendi quomodo te haberes. nunc, quoniam, Dei benignitate, & vales, & iſtic (c) es, ubi & ad me ſcribere, & meas ſaepius legere literas poteris, valde gaudeo. quanquam etiam gratulor Dei eccleſiae,

(a) Hoc dicit: Judicium, quod de me meaque dignitate habere te, oſtendis, eſt mihi ad virtutem admonitionis atque exempli inſtar.

(b) *caeteroque* exempl. Gratianus emendavit.

(c) Tridenti.

Digitized by Google

cleſiae; quod & adſis & iſti praeſis muneri legationis (*d*). non d
enim ignoro, quantum & velis & poſſis Jeſu Chriſti cauſae prod-
eſſe: quod tibi officium & ſtudium ſemper antiquiſſimum fuiſ-
ſe, ſcio. Quod ſcribis, vereri te, ne continuationis (*e*) concilii e
men-

(*d*) Legatione fungebatur Georgius hic Draſcovicius Ferdinandi caeſaris, tamquam regis Hungariæ.

(*e*) Hiſpani epiſcopi declarari volebant, concilii tridentini actiones, quae ſub Pio IV. jamjam inſtituendae erant, earum actionum *continuationem* fore, quae ſub pontificibus Paullo III. & Julio III. in eodem concilio, temporum iniquitate interrupto atque ſuſpenſo, peractae fuerant: ne, ſi ea declaratio praetermiſſa eſſet, novumque de integro concilium inſtaurari videretur, minime ratae priores actiones illae, ac quodammodo abrogatae videri poſſent. pugnabant contra germani; qui, quum actionibus illis pleraque proteſtantium doctrinae capita proſcripta ac condemnata intelligerent, valde verebantur, ne, ſi continuandarum concilii actionum mentio hoc tempore facta eſſet, ea res ipſorum proteſtantium animos debilitaret, & ab eodem concilio adeundo, quo invitati a Pio IV. publicis legationibus fuerant, avocaret. pontificii legati, quibus erat Pii ea de re ſententia ac voluntas cognita, ab ejuſmodi declaratione, concilii hoc initio, omnino abſtinendum cenſebant: plurimumque negocii in eo habuerunt, ut hiſpanis epiſcopis, ita fieri convenire, perſuaderent. rem Pallavicinius libro XV. cap.15. n.4. & ſeqq. narrat. in qua tamen narratione *Simonetae* nomen pro *Seripandi* bis illi excidiſſe animadvertet, quicumque legatorum litteras, ad card. Borromaeum die 12. jan. 1562. eadem de re datas, legerit: quas ego, ut & error ille, etſi minimi momenti, corrigi, reſque ipſa planius intelligi poſſit, deſcribam. *Penſavamo quaſi di non haver a ſcrivere con queſto ordinario alcuna coſa a V.S. illuſtriſs. ma l'arciveſcovo di Granata ci ha dato materia non pur di ſcriverle, ma di ſcriverla lungamente. A queſti giorni, cioè la vigilia dell'epifania, egli venne dopo il veſpro a caſa di me Seripando, & moſtrando di volermi parlar confidentemente, cominciò a dirmi, che, avvicinandoſi il tempo d'aprir il concilio, non haverla voluto eſſer colto al punto inſieme con gli altri prelati della ſua natione; & che perciò gli pareva di dover anticipar, & farmi ſaper, che noi altri legati penſavamo di trovar parole nell' aprir del detto concilio, per le quali non ſi poteſſe diſcerner, ſe foſſe indittione o proſecutione. &, perchè egli ſi era trovato in Spagna, & ſapeva quanta difficoltà foſſe ſtata in farlo accettare per queſta ambiguità, deſiderava & pregava, che ſenza invogli di parole ſi diceſſe liberamente & apertamente, che foſſe proſecutione. perchè, ancora che noſtro ſignore haveſſe ſcritto al rè cattolico, che voleva, che così foſſe, & egli haveva nel conſiglio di ſua maeſtà ajutata l'intentione di ſua beatitudine, ſe non ſi dichiarava nell' aprirlo queſto punto, non poteva nè eſſo nè gli altri ſpagnuoli ſtarne con l'animo quieto. Gli fu riſpoſto convenientemente, & moſtrato, che noſtro ſignore haveva i decreti di Trento per rati & fermi, & intendeva di proſeguir innanzi, & finir una volta queſto benedetto concilio; ma ch'era ſtato neceſſario, che nella bolla parlaſſe ambiguamente, per non levar l' ardir agli altri di venirci, che non danno i detti decreti per tali; concludendo, che, ſe la coſa per buono & ſanto fine era ſtata ſotto queſta ambiguità un' anno & più, poteva ben ſtarvi un pajo di meſi ancora, o tanto, che ſi foſſe fatta la prima ſeſſione. & come che molte altre coſe ſi diceſ-*

mentio concilium dirimat, me quidem certe perturbat hoc initio actionum. ſed tamen confido, omne ejuſmodi incommodum averſurum Deum; & ſimul in ea ſententia ſum, a qua te

non

ſi diceſſero dall' uno & dall'altro di noi in queſto ſoggetto, parve, che all'ultimo egli reſtaſſe aſſai quieto: eſſendoſi maſſimamente aſſicurato, che ſi fariano delle congregationi, & tutto ſi tratterebbe con ſaputa di lui & degli altri. Tuttavia, sì come è ſtato poi da alcuni prelati riferito a me Varmienſe, ha parlato del medeſimo con altri, & più gagliardamente, laſciandoſi dire, che, ſe prima non ſi faceva queſta dichiaratione, non era per conſentire a coſa ninna. All'ultimo venne hieri da noi, ch'eravamo tutti quattro congregati, & inſieme con noi monſignor illuſtriſs. Madruzza, &, ripetendoci quel che haveva già detto, & sforzandoſi di moſtrarne, che le operationi di Dio, com'era queſta, non ſi dovevano fare copertamente, & con queſte ambiguità, le quali davano altrui ſoſpetto di fittione, toccò diffuſamente quel, che intorno alla bolla s'era trattato nel conſiglio del rè, & come i prelati non volevano venire, quantunque vi foſſe quella lettera di noſtro ſignore a ſua maeſtà, che prometteva la proſecutione, ſe non ſi dichiarava per un' altra bolla, & che adherendo egli alla mente di ſua beatitudine con ferma opinione, che s'haveſſe da proſequir alla libera, fu in gran parte cagione, che il conſiglio ſi riſolveſſe, che i prelati veniſſero al concilio, ancora che a lui non mancaſſero di dire in viſo: Et ſe giunti in Trento non trovate, che ſi voglia proſequir, che volete andarvi, per haver a tornar ſubito in quà? *In ſomma diſſe aſſai, & da noi gli fu riſpoſto quel che conveniva. Ma molto più ha detto queſta mattina a noi due Seripando & Simoneta ritoccando di nuovo quella difficoltà di Spagna, ma aſſignando altra ragione alla riſolutione, che ſi preſe di mandarli in quà, & moſtrando, che nè la dichiaratione di noſtro ſignore, nè altra mediation ſua operò, che ſi mandaſſero i prelati al concilio, ma ſolo il maneggio, che il rè haveva con ſua ſantità di quella ſoventione per le galere. che ſe ciò non foſſe ſtato, diſſe, che il conſiglio non haverla mai conſentito, che foſſero venuti; & tanto meno, quanto che l'imperatore pregava, che non ſi veniſſe a quella dichiaratione della proſecutione, per non moſtrar, che ſi voleſſe ſerrare di fuori la Germania. Il che fu cagione, ch'eſſi furono trattenuti di là tanti meſi, ſenza laſciarli venire. & per concluſione diſſe, che, ſe non ſi faceva queſta dichiaratione, proteſterebbe, come giudicaſſe convenirſi. Noi, dopo havergli laſciato dir ciò, che ha voluto, gli havemo riſpoſto, che, quanto al fatto ſiamo d'accordo, & non è fra noi una differenza al mondo, perchè eſſi vogliono la proſecutione, & noi non volemo, nè poſſiamo voler'altro, che proſecutione, perchè così è il voler & commandamento di noſtro ſignore, come conſta chiaramente non ſolo per quella lettera ſcritta da ſua beatitudine al rè, ch'egli ha veduta & letta, ma per quella ancora, che ſcriſſe a noi di ſua mano per me Simoneta, quando venni quà, & che ſi vederebbe con effetto alla prima ſeſſione, nella quale ſi chiarirebbe queſto punto da tutto il concilio unitamente: ma che noi non lo potevamo fare prima di quel tempo, per non moſtrar di curar poco la ſalute di tutti coloro, ch'erano ſtati da ſua ſantità con modi & diligenze ſtraordinarie & inuſitate chiamati & invitati al concilio, tanto heretici, quanto cattolici: & che a queſto ci perſuadeva oltre di ciò il pio & ſanto deſiderio dell'imperatore, cotanto benemerito della Chieſa, a cui non è honeſto.*

Digitized by Google

non abhorrere, mihi perſuadeo, ſpe boni nihil mali committendum eſſe. Vale, & me ac mea omnia tua eſſe, ſcito. Roma. IX. Kal. Martii. M. D. LXII.

XI.

neſto, che contradiciamo in coſa, della quale può naſcere tanto male & tanto bene, facendoſi, & laſciandoſi di fare. & di più, che eſſenda il rè cattolico nipote di ſua maeſtà, & non men zelaſo della ſalute di tutti, non poſſiamo creder giamai, che non ſi contenti, che ſia compiacinta in una coſa, com'è queſta, di pochiſſimi giorni; & gli havemo poſto inanzi, che, ſe ſi faceſſe queſto, che eſſi ſpagnuoli domandano, & veniſſero fra tanta i franceſi, che hanno pur promeſſo di venire, come potreſſimo noi ſcuſarci nè con loro, nè col mondo di non gli haver voluta aſpettare per 25. o 30. giorni? Non è ſtata mai poſſibile a ſmoverlo: anzi alteratoſi è uſcito a dire di quelle coſe, che altre volte ſi ſono dette, ciò è, che ſi sà, che i veſcovi italiani per lo giuramento, che hanno, non faranno mai, ſe non quello, che vorrà noſtro ſignore. Al che havemo replicata, che non ſi troverà mai, che i veſcovi giurino di dire la bugia, & far contra la conſcienza loro: & che queſta era una delle coſe de' luterani. & tornando al parlar del proteſto, gli dicemmo, che, ſe intendeva di valer proteſtar in nome del regno, biſognava, che moſtraſſe la procura; & ſe in nome di lui, gli ſi riſponderebbe, come foſſe conveniente, & tanto più, che non credevamo, che tutti gli ſpagnuoli, che ſon quì, faſſero dell'opinione, ch'egli ſi moſtrava. A queſto egli ſubito ſaltò, & intendenda del veſcovo di Lerida, diſſe, che non l'havevano per veſcovo ſpagnuolo. A che fu per noi riſpoſto, ch'era veſcovo, & ſpagnuolo, & dotto, & tanto da bene & virtuoſo, quanto ne ſia, a ſia ſtato mai in Spagna. Così dopo molte coſe paſſate fra noi, non ſenza qualche riſentimento talhora, ci acquetammo, & reſtavamo amici, ma egli più oſtinato & più duro, che un marmo. Noi pertanto non reſteremo di paſſar innanzi nel concilio con l'ajuto di Dio, & speramo, che ci habbia da ſucceder bene. &, ſe l'arciveſcovo nella congregatione generale, che faremo giovedì che viene, vorrà dire tutto a parte di quella, che ha detto, primamente ſi laſſerà dir a ſua poſta, & la riſolutione ſarà rimeſſa alla detta congregatione per lo giorno ſeguente. onde havendo la ſentenza contra, come credemo, per eſſer l'opinione ſua ſenza alcuna ſorte di ragione, non haverà da dolerſi di noi, ma di ſe ſteſſo, che haverà propoſto coſa, la quale ſarà ſtata reprobata dalla maggior parte de' padri del concilio. Di tutto queſto havemo voluto dar conto a V.S. illuſtriſs. la quale ci perdonerà, ſe ſaremo ſtati troppo lunghi: che volendola informar d'ogni coſa, non ſi è potuto far di meno. Mandamo a V.S. illuſtriſs. la lettera, che l'arciveſcovo di Braga ha ſcritta all' ambaſciatore di Portogallo. & baciandole le mani humilmente ce le raccommandamo. Di Trento il 12. di gennaro 1562.

Di V.S. illuſtriſs. & reverendiſs.

Humiliſs. ſervitori.

Her. card. di Mantua.
Hier. card. Seripando.
Stan. card. Varmienſe.
Lud. card. Simoneta.

Digitized by Google

X I.

o

Ad (a) clariſſimum Principem Othonem Truchſes de Valdburg , Auguſtanorum Vindelicorum Epiſcopum , S.R.E. Presbyterum Cardinalem ampliſſimum , Julius Pogianus .

extr.feb. 1562. *Libri de Virginitate , auctore S. Joanne Chryſoſtomo , e graeco in latinum ſermonem a ſe converſi , dedicatio .*

VIrginitatem , Otho ampliſſime , ſi chriſtiana fide & charitate fulta ſit , tanto caeteris arbitror excellere virtutibus , quanto generi hominum antecedunt beatae mentes : quarum praeſtantiam mihi conſecuti eſſe illi videri ſolent , qui , reſtincto naturalis ardore voluptatis , eam caſtitatis laudem pie ſancteque coluerunt . quanquam haud ſcio , an ſit hominibus ad dignitatem glorioſius , repugnante natura innatam immortalium vim aſſequi potuiſſe . magnus locus , & chriſtiani hominis proprius , nobilitatus ex illo fonte & capite Chriſto , unde haec in ſummum honorem adducta virtus ad hominum imitationem latiſſime dimanavit . is enim , praeter ortus & vitae ſuae gloriam virginitatis ſingularem , tantum praeterea tribuit iis , qui caſtimonia floruerunt , ut ad imaginem caeleſtium miniſtrorum lectiſſimum ex virginibus comitatum ſibi deligeret : in quibus Joannem , Zebedei filium , unice dilexit . etenim illi praeſtans divinae virtutis habitus eam peperit & Jeſu Chriſti gratiam , & cae-

(a) Retinui inſcriptionem hujus epiſtolae , libro S. Joannis Chryſoſtomi *de virginitate* , primum Romae apud Paullum Manutium, Aldi F. deinde Dilingae in officina Sebaldi Mayer anno 1562. edito , praefixae : cujus libri titulus hic eſt : *Sancti Joannis Chryſoſtomi de virginitate liber a Julio Pogiano converſus* . Quo autem menſe romana per Paullum Manutium editio curari coepta fuerit , didici ex card. Amulii apud me litteris , ad card. Seripandum Roma Tridentum datis die 18. febr. an. 1562. in quibus *Si ſtampa* , inquit , *de virginitate di S. Giovanni Criſoſtomo , tradotto dal Poggiano , & ſi traduce un trattato ſopra di ciò di Gregorio Niſſeno* . Hujus gregoriani *tractatus* interpres latinus fuit Petrus Galeſinius , qui illum edidit hoc titulo : *Gregorii Nyſſeni liber de virginitate a Petro Galeſinio converſus* . *Romae* 1562. *Apud Paulum Manutium Aldi F.* Jam vero , quum ex illis Amulii litteris S. Joannis Chryſoſtomi editionem februario menſe eſſe inſtitutam cognoſſem , eodem menſe ſcriptam etiam epiſtolam , eidem editioni praefixam , exiſtimavi ; eamque propterea in hunc extremi februarii locum conjeci .

& caeleſtis vim ſapientiae, quam deinceps admirata eſt omnium memoria ſaeculorum. quae cum divinis literis conſignata ſint, cum ſanctiſſimorum virorum, & illorum temporum partim aequalium, partim ab ea aetate recentium, auctoritate comprobata; quid eſt, quod, tantis propoſitis & praemiis & adjumentis, non conantur homines corporis incommodum animi contentione ſuperare? Quod ſi uſque eo tardi atque hebetes ſumus, ut ne explorata quidem ſpe ampliſſimae mercedis incitemur, quae virginali pietati reſervatur in caelum (*b*), at excitemur b
praeſenti theologiae fructu, quem illi inde capiunt uberrimum, qui ſe puros integroſque ad id veritatis ſtudium contulerunt. nam datur ipſis tanquam in manus pretium glorioſi laboris, quod indicium ac ſpecimen quoddam ſit reliquae ac ſperatae beatitudinis. vivi enim & praeſentes Deo fruuntur, quem quaſi per tranſennam aſpiciunt aſſidue, dum tota mente omnique animo contueri liceat. eſt ergo ulla ſpecies delectationis tanti, falſa praeſertim, ut & hujus exiguae, & illius perpetuae vitae ſolidam expreſſamque voluptatem amittamus? ſed fit neſcio quo modo, ut maximam partem in vitiorum luto demerſi defixique ſimus ſic, ut nihil altum, nihil magnificum neque mente ſuſpicere, neque actione ſuſcipere poſſimus. ut enim nocturnae aves ſi in ſolem inciderint, inſolentia diurni luminis obcaecantur: ſic nos flagitiorum quibuſdam aſſueti tenebris, in rebus illuſtribus nihil videmus. quinetiam, ſi dexterae caeleſtis adminiculo nonnunquam excitati ſublevemur, tamen, mala conſuetudine depravati, & oculos & mentem identidem revocamus ad turpitudinem, ut, quae nobis divino munere lux veritatis oblata fuerat, ea rurſus vitae ſordibus obruatur. perdita nequitia multorum, ſed intolerabilis arrogantia! qui ſe in officina obſcoenitatis divinae ſapientiae magiſtros profiteri audeant. hinc falſi theologi, hinc peſtiferi ſalutarium rerum interpretes, qui, in illa caecitate libidinis, literis lucem, auditoribus animi atque ingenii lumen eripiunt. nam puriſſimos fontes ſic inceſto ore corrumpunt, ut, quicquid per eos hauſeris, totum id turbidum inquinatumque ſit. pium, humilem, innocentem hominem, inprimiſque purum & caſtum quaerunt divinae literae: impium, ſuperbum, facinoroſum, maxime vero impurum & impudicum a ſua (*c*) cognitio- c

(*b*) Haec plane eſt lectio utriuſque editionis, tum romanae, tum dilinganae. equidem exiſtimo, Pogianum crediſiſſe, ita recte *reſervari in caelum* dici, quemadmodum dictum a Cicerone eſt lib.1.*ad Att.* epiſt.17.*Hoc autem in congreſſum noſtrum reſervabo*. quod tamen mihi valde diſſimile videtur.

(*c*) Malim *ſui*, contra utramque editionem.

Digitized by Google

gnitione ac ſcientia repellunt. non longe abieris. Joannes ille, Chriſti diſcipulus, idem euangelii ſcriptor, idem vates, nonne harum virtutum, atque adeo hujus excellentiſſimae virtutis virginitatis gradibus aſcendens, vel potius evolans in altiſſimum caeli locum, incomprehenſam & inexplicabilem Dei naturam & animo comprehendit, & oratione explicavit? quid? Paulus, alter plane Joannes (ut hoc oratio mea definiatur exemplo, quod propoſitam rationem attingit), is igitur, cum ſe totum ad eam convertiſſet curam, ut Chriſti mores exprimeret imitando, nonne tantum illa tum voluntate tum imitatione eſt conſecutus, ut, cujus vitam ſtuderet effingere, ejus mentem aſſequeretur non modo cogitatione, ſed etiam facultate? quod cum ipſius omnes declarant epiſtolae, tum ſapientiſſima fideliſſimi conſilii de virginitate expoſita ratio maxime teſtatur. tanta eſt enim huic conſilio ſimilitudo cum iis, quae apud Matthaeum de virginali virtute diſputantur, tanta verborum, ſententiarum, ordinis convenientia, ut ea Chriſtum Pauli ore diſſeruiſſe, nemo niſi turpiter ignorare, aut impie negare poſſe videatur. eadem eſt utrobique divinae rationis index indulgentia, & eam habet vim utriuſque oratio, ut, in ſumma rei difficultate propter inſixum naturae conjunctionis appetitum, nullam jam hominibus neceſſitatem virginitatis imponat; veruntamen, virginum officio celebrando & illuſtrando, quibus, tanquam jure hoſpitii deprecantibus, ſaepe Deus non ſingulorum modo hominum, ſed civitatum ac provinciarum ſcelera ſuppliciaque condonet, omnes ad hujus amorem ſtudiumque virtutis adhortetur. ſed profecto ſe altus animus, Dei ſpe fiduciaque munitus, a cupiditatum illecebris invictum facile praeſtat. quare ad eam laudem omnis generis erecti multi mortales & naturalem domuerunt libidinem, & caeleſtium vitae ſimillimam in terris vitam egerunt. plenum eſt caelum noſtrorum hominum, quorum, propter eximia verae caſtitatis ornamenta, & conſecratas veneramur imagines, & ampliſſimis honoribus anniverſaria ſacra conficimus. ſapientes vero, & beatos illos, qui humana ſpecie & figura divinam & plane caeleſtem vim conſecuti ſunt! inſanos, & miſeros reliquos, qui, cum dignitate ad beatas mentes proxime accederent, ſe in impuram belluarum intemperantiam abjecerunt! quorum alii, palam virginitate ſimulanda, conjugio acerrime vituperando, clam, ut moribus etiam oratio refellatur, in omni flagitiorum genere volutati ſunt. alii, corporis voluptatibus dediti praeceptoreſque libidinum, foediſſimam vitae turpitudinem cumulaverunt ſcelere orationis. ex

qui-

quibus partim caſtitatem ab hominum arbitrio & libera voluntate removentes, praecipuo quodam Dei munere nonnullis inſitam & ingenitam volunt: partim, quaſi naturae neceſſitatem, uſum amplexantes ac tuentes libidinis, virginitatem rejiciunt, & tanquam triſtitiam ac vitae peſtem deteſtantur. contra quos omnes, qui unquam in hanc tranquillitatis & innocentiae parentem, atque adeo in Jeſu Chriſti ſponſam & comitem nefarie invecti ſunt, patrocinium caeleſtis cauſae divinitus a plurimis ſuſceptum eſt. extiterunt enim & illis ipſis temporibus, quibus haec oppugnari coepta ſunt, neque poſtea defuerunt, qui, cum debitum nuptiis legitimis gradum honoremque tuerentur, tum admirabili vitae integritate, ſcientiaque divinarum literarum, virginitatis & maximam, juvante Deo, facultatem probarent, & amplitudinem praeſtantiamque defenderent. quare monimentis compluribus & graecis & latinis celebrata rês eſt; quibus ſummi homines Jeſu Chriſti mentem, Paulique cum illo conjunctam ſententiam explicaverunt uberius, & ad virginalem palmam vehementius ſunt cohortati. atque, ut omittam de aliis, ea de re ad intelligentium prudens ſubtileque judicium eleganter, nedum abundanter, & ad popularem ſenſum accommodate diſſeruit hoc libro, ſui ſimillimus, Joannes Chryſoſtomus. de quo minus mihi multa dicenda duxi, quod is, bene de eccleſiae Dei nomine ac dignitate meritus, & chriſtianam diſciplinam in primis illuſtravit, & ex aureo quodam eloquentiae flumine nomen invenit, &, quod caput eſt, eam vitam vixit, ut in ſanctorum numerum ſit relatus, Deo hominibuſque approbantibus. utinam modo liber non intercidiſſet, ſed, ex quo primum eſt editus, deinceps verſatus inter hominum manus ad noſtram perveniſſet memoriam! multorum enim compreſſis voluptatibus, mirabiles virginitatis amores excitaſſet. quare dolendum eſt in tanta jactura ſuperiorum temporum: nobis vero ſummopere laetandum divino hoc & immortali beneficio. quod quoniam munus ampliſſimum habemus a Marcello, ejus nominis II. pont. max. cum caeterarum illius virtutum, quae reip. fructuoſae fuerunt, tum hujus beneficentiae laudem, qua facile excelluit, & memoria & vocis teſtimonio conſervare debemus. nam ille, quod acceperat a Gulielmo Sirleto (*d*), Chryſoſtomum de Virginitate ſcripſiſſe librum, quo *d*

(*d*) Sirletum Marcellus, etiamtum cardinalis, paedagogum ac praeceptorem Ricciardo & Herennio, Alexandri Cervinii, fratris ſui, filiis, praefecerat, eoque potiſſimum adminiſtro ad vetuſtos tum graecos tum latinos codices inquirendos arceſſendoſque, quorum erat ſtudioſiſſimus, utebatur.

libro Chryſoſtomus ipſe in illa nobili explanatione Pauli epiſto-
e lae (*e*) ad Corinthios eum locum, quantum in ſe fuit, per-
f purgatum teſtaretur (*f*), egit cum homine, ut id monimen-
tum, ſicunde poſſet, erueret. quare Sirletus, is vir, cujus
g multiplicem exquiſitamque doctrinam admiramur (*g*), ſingulari
probitati ac beneficae voluntati parem, undique conquiſitum;
& aliquando Florentia Venetiiſque accerſitum opus Marcello
h curavit. quid multa? conſideravit ille (*h*) rem: vidit, quan-
tum eſſet in ea chriſtianae perfectionis inſtrumentum: ſtatim
cum omnibus communicandam putavit. atque, ut bonum id
latius pateret, ad pluresque pertineret, latinum Chryſoſtomum
fieri juſſit. quod quando mihi negotium datum eſt, ut librum
i converterem (*i*), mea quidem ingreſſio fuit ejuſmodi, ut me
ſatisfa-

(*e*) Primae ſcilicet.

(*f*) In fine homiliae 19. his verbis: *Si autem praeteriimus ea, quae dicenda eſſent de virginitate, nemo nos negligentiae damnet. integer enim liber in hunc locum a nobis eſt editus, &, quoniam omnia quam potuimus accuratiſſime diligentiſſimeque ibi perſecuti ſumus, ſupervacaneum duximus ea hic rurſus exponere.*

(*g*) Paria de Sirleti praeſtantia apud pleroſque illius aetatis praeſtantes viros, quorum quidem ſcripta exſtent, invenies. Latinus Latinius, litteris ad Andream Maſium 4. non. mart. 1560. datis, *De Sirleto*, inquit, *tantum tibi habeo dicere, quod ad eccleſiae rituum praeceptorumque cognitionem attinet, neminem me exiſtimare cum illo conferri poſſe. ita omnia vidit, & meminit, itaque diſerte, & cum ſuavi quadam ſermonis vehementia, cum uſus locuſque poſtulat*, *dicit*. & litteris ad eumdem 3. non. ſept. ejuſdem anni datis, *Sirletum*, inquit, *quanto magis admirer ſuſpiciamque neceſſe eſt, hominem nunquam ſatis laudatum, iiſque cum probitatis cum eruditionis ornamentis praeditum, ut nihil aut certe minimum ſit, quod in eo deſiderari poſſit*. Eſt in codice vaticanae bibliothecae 6189. autographa Petri Victorii ad Sirletum epiſtola, die 6. mart. an. 1556. Romam Florentia data, ex qua unum hoc tanti viri de eodem Sirleto teſtimonium proferam: *Io ho inteſo per una di meſſer Tommaſo de'Bardi coſa, che m'è piaciuta grandemente, come voi ſiete venuto in molta gratia di noſtro ſignore Paulo quarto, & che ſua ſantità ha in animo di tirarvi a maggior gradi; che Dio voglia: & mi rallegro tutto, pure a penſarlo. nè me ne maraviglio; ſapendo quanto quella ama le perſone dotte & di honeſta vita: il numero de' quali huomini è raro, & metterei voi fra' primi, ſe parlaſſi con altri. Piaccia a noſtro ſignor Dio di mantener ſua ſantità in queſto buon propoſito, acciò ch'ella faccia chiaro a tutto il mondo, ch'ella cerca la virtù innanzi a ogni altra coſa, & che queſta la muove più, che i beni della fortuna.*

(*h*) Marcellus videlicet.

(*i*) Fuit igitur Pogianus primus, qui S. Joannis Chryſoſtomi *de virginitate* librum e graeco ſermone in latinum converterit. Miror, Joannem Livinejum, gandavenſem, Laevini Torrentii ſororis filium, virum illum quidem probum & non illitteratum (ſed nihil ad Pogianum) minime hujus noſtri interpretatione deterritum, ſuam ipſum ſuſcepiſſe, confectamque vulgaſſe: atqui Pogiani illam non modo viderat,

ſatisfacere poſſe huic muneri magis optarem, quam ullo modo ſperarem. nam, cum duplex mihi interpretandi ratio, eaque inter ſe contraria proponeretur, cumque hac aetate neutri viderem contigiſſe, ut omnem haberet laudem, illud etiam intelligebam, utrumcunque, praeſertim in hoc ſcribendi genere parum exercitatus, inſtitutum tenuiſſem, fore, ut propoſitum meum in alteram reprehenſionem incurreret. ſunt enim, qui ſimplici veritatis ratione contenti eam interpretationem poſtulent, qua verbum e verbo exprimatur, omni praeterea ornamento, omni latinae linguae concinnitate in graeco ſcriptore abhorreant. illos hoc, alios longe diverſa delectant. res enim modo ſententiaque permaneat, ad rationem moremque romani ſermonis ejus explicationem dirigi volunt; & tanquam graecum hominem in noſtram civitatem adſcitum, noſtrum etiam veſtitum & ornatum imitari debere, contendunt. praeclara ſane ratio, & quam, licet difficillimam ad aſſequendum, in Demoſthene tamen, aut Aeſchine (*k*), quorum ars nititur eloquentia, libenter eſſem ſecutus; in Chryſoſtomo, qui ſalutis praecepta tradit, quae rerum pondere, non verborum ſplendore definiuntur, periculoſam & lubricam exiſtimavi. illam vero alteram ad verbum convertendi viam eatenus ſum perſecutus, quoad latini ſermonis conſuetudo ferre videbatur. nam omnino, cum ineptum negotium, tum injucundum putavi. ac medium quoddam meum conſilium fuit, ut ea, quorum Chryſoſtomus eſſet auctor, iis dumtaxat exceptis vocabulis, quae noſtrae ſunt propria religionis, ſi modo fui tanti, operam darem, uti latine redderem: quae vero ex veteri, & utique ex novo teſtamento pro-

derat, ſed paene totidem verbis exſcripſerat, in ſuamque tranſtulerat. Miror deinde, Aubertum Miraeum in *elogiis belgicis*, Antuerpiae an. 1609. editis, pag. 135. hanc cauſam livincjani conſilii, ne dicam audaciae, attuliſſe, quod illum Chryſoſtomi librum Pogianus *elegantius, quam fidelius antea convertiſſet*. atqui liber ille graece latineque ſcientibus, non minus *fideliter*, quam *eleganter* eſſe a Pogiano converſus, videatur neceſſe eſt. niſi forte eam in Pogiano *fidem* Miraeus deſideravit, quam ille certe non adhibuit, neque vero adhibendam, bonos auctores ſequutus, exiſtimavit, ut nimirum *verbo verbum fidus interpres* reddere curaret. hoc ipſum Miraei iniquum de Pogiani interpretatione judicium, A. Bailletius, nullum ſuum interponens, retulit in Vol. III. operis ſui, *Jugemens des Sçavans* inſcripti, Pariſiis an. 1695. editi, pag. 435. Miror denique, Bernardum Montfauconium, inſignem illum omnium S. Joannis Chryſoſtomi operum Pariſiis an. 1718. editorem, Pogiani luculentam hanc interpretationem aut ignoraſſe, aut non ignorantem praeteriiſſe, & livincjanam in primum totius editionis tomum intuliſſe, quam praeſertim *multis in locis* mendoſam & *a ſe emendatam* pag. 268. fateatur.

(*k*) Aeſchinis quaedam in latinum a Pogiano eſſe converſa, alibi diximus.

l protuliſſet, in illis fidem ejus (*l*) ſequerer, quem tot annos ſanctiſſima parens probavit eccleſia. haec mea ratio eſt. in qua mihi non ſumo, ut omnem offenſionem effugerim. cujus enim impudentiae eſt, id de ſe polliceri? illud affirmo, tantum ſpectaſſe me, ut aliquid chriſtianis hominibus, qui graece neſcirent, utilitatis afferrem; nullam praeterea hac in re laudem quaerere, aut etiam vituperationem recuſare. Nunc, ſi ſit optandi locus, vellem, Marcellus pontifex hunc, quicunque eſt, laboris mei ex ſuo munere fructum capere potuiſſet, ut, cum ad eum, qui & praeclarum opus in commune contulerat, & mihi convertendum dederat, & erat ipſe exemplum continentiae, de virginitate librum miſiſſem, propter illam tum perſonae opportunitatem, tum gratam animi mei ſignificationem, aequioribus uterer iis, qui in Chryſoſtomo vertendo majus ingenium, acrius etiam judicium requirerent. accedit eo perſpecta ſemper quidem omnibus eximia viri voluntas in ſtudia virtutis & artium optimarum, mihi vero, in ſummo ejus honore, multo perſpectiſſima. nam, cum, in maximo primi
m illius vel potius ultimi (*m*) temporis rerum hominumque concurſu, pontificem maximum ſalutatum veniſſem, memini, cum me de Chryſoſtomo eſſet hortatus, ut laborem ſuſciperem, gratulari bonis ac ſtudioſis, quibus tantum acceſſiſſe diceret ad praeſidium & ornamentum, quantum ſibi ad honorem & ad promerendi poteſtatem eſſet adjunctum; ut omnis propterea mea de virtute cogitatio, poſita prope in conſpectu meo Marcelli imagine, tantae benignitatis gratiam a me flagitare videatur. quibus & communibus & privatis de cauſis, haerebit perpetuo quidem in mente & oratione mea memoria divini hominis; ſed tamen hoc ejus beneficio, quando ineſt in eo aliqua remunerandi vis, ad referendam illam, quam ad ineundam aliam gratiam uti maluiſſem. quae quoniam Dei judicio ſublata facultas fuit, proximum erat, in Chryſoſtomo pervulgando, & rei dignitatis & quodammodo Marcelli voluntatis habere rationem. nec vero difficilis fuit ea deliberatio. nam mihi, de virginali laude cogitanti, verſabatur ante oculos, vel
n potius feriebat oculos, Reginaldus Polus (*n*) cardinalis, quod & reli-

(*l*) S.Hieronymum ſignificat.

(*m*) Ingenioſe ac vere, quod Anchiſes apud Virgilium lib.VI. Aeneidos v. 869. de Marcello, Octaviae filio, dixit, ad Marcellum pont. max. tranſlatum a Panvinio fuit: *Oſtendent terris hunc tantum fata, nec ultra eſſe ſinent.* creatus enim pontifex quinto idus apr. an.1555.poſt ſolis occaſum, Kalendis inſequentis maji ante lucem exſtinctus eſt.

(*n*) De eo vide Ciacconium, ſive Oldoinium potius in Ciacconii opere, *de Vitis*

reliquarum virtutum ſpecimen, & illuſtre exemplum caſtitatis habuit haec aetas. illud ego excellens illius animi & corporis bonum, in ſumma caeterorum excellentia bonorum, cum ex conſtanti hominum fama atque ſermone, tum ex ipſius ore Marcelli, ſic admirabar, ut me & illi, cujus mihi vivit auctoritas, & cauſae officioque meo defuturum intelligerem, niſi, quod Marcello debebam, Polo potiſſimum redderem. quanquam Chryſoſtomi, viri ſanctiſſimi, gratiam mihi per hanc cauſam facile conciliari putabam poſſe. ad quem enim is, aut omnino per quem, ſua haec ad alios pervenire mallet, quam per eum, in quo expreſſam videret effigiem animi, ingenii, temporum ſuorum? qui eiſdem itineribus contendebat in caelum: qui virtutis doctrinaeque ſtudia, aetati ſuae fere aequalia, ita conjunxerat, ut ei probitas & innocentia prudentiae ac ſapientiae quaſi fores aperuiſſet, ſcientia praeſtantiſſimarum artium virtutem confirmaſſet, utraque ſic adjunxiſſet Deum, ut per ipſum ſuorum operum opus omnium maximum maximeque admirabile effecerit? Ille enim chriſtianam veritatem, jandiu in Anglia extinctam, excitarat (o): ille memoriam pietatis intermor-

Vitis pontificum ac cardinalium, ubi de cardinalium creatione agit, quam Paullus tertius die 20. dec. an. 1536. celebravit.

(o) *Poſt Julii* (III.) *electionem*, inquit Oldoinius, *Polus cardinalis, annuente pontifice, Roma diſcedens, ad coenobium quoddam ſeceſſit agri veronenſis, quod Maguzanum dicitur ..... Ibi cum ſemet abdere, & reliquam vitam tranſigere ſtatuiſſet, fama, quae increbuerat de morte Henrici & Eduardi regum, &, quae proxime ſecuta eſt, ſucceſſione Mariae, intra clauſtri latebras deliteſcentem excitavit, ac Romam iterum pertraxit non invitum, quod ſpem illuceſcere videret aeternae ſalutis contribulibus ſuis* (Anglis) *procurandae, reſtituendique in integrum ſanctae eccleſiae ſtatum in Anglia ... Nam Maria, defuncti regis Henrici ex Catharina hiſpana filia, religionis catholicae cultrix eximia, ſceptro anglicano, quod ad eam jure ex teſtamento patris pertinebat, potita, poſtquam in arcem & urbem londinenſem triumphantis more ingreſſa eſt, nihil habuit antiquius, quam ut veterem religionis cultum reſtitueret ..... Reginaldum quoque Polum accerſivit, quem & Julius III. legatum de latere ad caeſarem, & regem chriſtianiſſ. tranſmiſit ... Caeſar Bruxellas ad ſe Polum venire, ibique ſubſiſtere, quouſque Philippus filius in Angliam appuliſſet, & nuptias cum Maria contraxiſſet ac celebraſſet, permiſit .... Maria duos aulae ſuae primarios viros ... Bruxellas miſit, qui legatum honorifice evocatum deducerent. igitur, petita a caeſare venia, Polus biſce viae comitibus, die 23. ſeptembris anni 1554. ad iter ſe accinxit .... Nono Kal. dec. Londinum ſe contulit, tunc primum, regum permiſſu, argentea cruce, quae legationis apoſtolicae inſigne eſt, prolata, & in prora cymbae, qua vehebatur, conſtituta. Præmiſſus Vvintonienſis epiſcopus, regni cancellarius, cum pleriſque proceribus, qui navigio egredientem exciperent. Philippus ipſe, qui cum Maria adhuc ad menſam ſedebat, ſurgens obviam proceſſit ... Tri-*

duo

termortuam revocarat: illius ſacrorum, illius civilis, illius erat omnium domeſtica diſciplina. quae quanquam ejus adventu, planeque aſpectu, tanquam caeleſtis alicujus hominis praeſentia, revixerant, tamen is, niſi perfecta re, non conquieſcebat, ſed mirificam cognitionem uſumque divinarum & humanarum rerum ad eam referebat cogitationem, quo modo nationi ſuae di-
p gnitas ſaluſque pareretur. quare hic (p) opportunus illi veniebat adjutor, quo bene factorum beneque dictorum nobiliſſimo doctore legendo & audiendo, praeceptis Anglia ſalutaribus inſtitueretur. ſed mecum hic etiam, non ſolum cum anglis, actum eſt incommodius. nam, dum ſuſtineo me, veritus ne parum periti interpretis ſermone non delectetur vir tum graece
q tum latine doctiſſimus, moritur (q) interea Polus; ut jam quaſi quodam omine a proferendo libro deterreri viderer. quem in perpetuum facile compreſſiſſem. ſed inſtiterunt aliquando poſcere libri editionem ii, quibus negare non potui; praeſertim cum
r me publici chriſtianae eccleſiae concilii opportunitate, cum (r) hac commoditate ac nobilitate romanae librorum impreſſio-
ſ nis (ſ) urgerent; cum denique, admirabili ſalutarique exemplo, divinitus hoc incumbente Pio pontifice maximo ad reſtituendam veterem eccleſiae diſciplinam, ſimul & ad certiſſima diſciplinae ſubſidia excitanda, ac pervulganda literarum ac ſtudiorum commoda, religioni habendum dicerent, virginitatis patronum

duo poſt, regem adiit Polus, ut de iis, quorum cauſa a romano pontifice miſſus fuerat, cum ipſo ageret. rex obviam ei rurſus extra cubiculum proceſſit ... Poſtridie rex ipſum officii cauſa viciſſim adiit, tuncque ſimul de rationibus egerunt, quibus regnum ad eccleſiae unitatem revocaretur: quae res ſolemni ritu peracta eſt .... Haec reconciliatio regni poſt vigeſimum annum, ex quo infauſtum illud ab Henrico VIII. coeptum eſſet ſchiſma, incidit in feſtum S. Andreae .... Ad hunc autem modum reſtituto a card. Polo antiquae religionis cultu, ad ſanctum ſacrificium, confeſſionem, communionem, publicas preces & conciones plebs alacri ſtudio concurrebat. &c.

(p) Joannes Chryſoſtomus.

(q) *Anno Chriſti*, inquit Oldoinius, 1558. *aetatis vero ſuae duodeſeptuageſimo, ſeu melius, ut alii referunt, duodeſexageſimo, menſe novembri, quartana febre correpens .... & ad ſummam corporis extenuationem redactus, accedente inſuper mortis reginae Mariae nuncio, quo, quaſi telo mortifero, confixus eſt, horis ab ipſa circiter ſexdecim, ſeu, ut alii volunt, eodem die 15. vel 17. novembris expiravit.*

(r) Malim & aut *atque*, quam hoc *cum*.

(ſ) Paulli Manutii typographia, Romae haud ita pridem inſtituta, ſignificatur. Vide epiſt. *Amo Gratiane* d.22. jul. 1559. & epiſt. *Abſtulimus* d. 20. maji 1561. de qua inſtitutione Oldoinius non cogitavit, cum in *Vita* card. Poli duos ejuſdem Poli libellos, alterum *de concilio*, alterum *de Angliae reformatione*, a Manutio Romae an. 1562. editos, non Romae, ſed *Venetiis* editos ſcripſit.

num non opponere petulantiae plurimorum. ceſſi igitur, ſed ita, ſi, ut (t) inſtitueram, rei gravitati conſulerem, levemque t operam meam aliena auctoritate roborarem. Ergo mihi utrunque ſuppeditat ex te, Otho ornatiſſime; qui ſi, quae video, tantum in te eſſe audirem, moverer fama laudum tuarum. nunc, quae tua eſt liberalitas, vivo apud te, & ſaepe interſum ſermonibus & actionibus tuis; ut tibi, viventi conſtantem iſtam & probatam vitam, & ſacris diviniſque rebus mirifice dedito, Chryſoſtomi librum de virginitate debere non poſſim. quod item a me tuum poſtulat flagrans atque perpetuum ſtudium tuendae propagandaeque religionis: quo cum & curas & facultates conferas tuas, praeclare (u) hoc ejus & animi ſimulacrum, & monimentum ingenii tibi, qui Chryſoſtomum imitari u ſtudes, ducem communis officii, convenire ſum arbitratus. & vero gratius erit etiam illorum nomine, quibus (x) deſponderam; quorum alter bonus pontifex, alter pontificatu dignus, x uterque & tui amantiſſimus, & a te cultus diligentiſſime, ſibi a me receptum, tibi perſolutum officium probabit. itaque habebis ab illis, me interprete, librum, iſta perſona, ſtudiis, moribus dignum: habebit vero a te Germania tua, cui non ceſſas quotidie aliquod offerre ſalutis inſtrumentum, quid chriſtianae ſapientiae doctor egregius contra novos libidinis miniſtros, ac perditae opinionis auctores de caſtitate ſenſerit. cujus ut nec explicandae ſententiae commodior ſcriptor optari poſſit, quam Chryſoſtomus, nec divulgandae magis idoneum tempus, quam hoc, ſic velim, meae partes ne deſiderentur. quod ſi quid de operis pondere mea infirmitate detractum eſt, tamen aliquam mihi excuſationis veniam datum iri, ſpero, quod, in hoc interpretando divini ſpiritus interprete, facultatem fortaſſe pio conatu atque egregia voluntate compenſem. (y) y

(t) Vocula *ut* omiſſa eſt in editione dilingana. addidi ex romana.

(u) Mallem *praeclarum*. ſed neque romana, neque dilingana editio ſuffragatur.

(x) Marcello II. & Reginaldo Polo.

(y) Nunc extremo hoc loco variantes lectiones utriuſque editionis, romanae nimirum & dilinganae, quam in noſtra ſequuti ſumus, ex univerſa epiſtola collectas, ſubjiciemus, cauſam facti hujus continuo allaturi. I. *tanto rebus humanis anteire exiſtima, quanto* Edit. Rom. *tanto ceteris arbitror excellere virtutibus, quanto* Edit. Diling. II. *illi conſecuti eſſe mihi* Rom. *mihi conſecuti eſſe illi* Diling. III. *naturae incommodum* Rom. *corporis incomm.*. Diling. IV. *ſi caeleſtis dexterae beneficio* Rom. *ſi dexterae caeleſtis adminiculo* Diling. V. *aſcendens in altiſſimum* Rom. *aſcendens vel potius evolans in alt.*. Diling. VI. *contra quos omnes patrocinium* Rom. *contra quos omnes, quicunquam in hanc tranquillitatis & innocentiae parentem, atque adeo*

Digitized by Google

adeo in Jeſu Chriſti ſponſam & comitem nefarie invecti ſunt, patrocinium Diling. VII. *monumentis compluribus* Rom. *monimentis compl.*. Diling. (ſed infra in utraque editione bis eſt *moniment.*. non *monument.*.) VIII. *hac in re aut laudem quaerere aut vituperationem recuſare* Rom. *hac in re laudem quaerere aut etiam vitup.*. *recuſ.*. Diling. IX. *egregio doctore* Rom. *nobiliſſimo doctore* Diling. *ſi, ut inſtitueram* Rom. *ſi inſtit.*. Diling. X. *moribus dignum, cujus nec explicandae* Rom. *moribus dignum: habebit vero a te Germania tua, cui non ceſſas quotidie aliquod offerre ſolutis inſtrumentum, quid chriſtianae ſapientiae doctor egregius contra novos libidinis miniſtros, ac perditae opinionis auctores de caſtitate ſenſerit: cujus ut nec explicandae* Diling. XI. *quam hoc. utinam meae partes* Rom. *quam hoc, ſic velim, meae partes* Diling.

Ideo autem non putavimus haſce utriuſque editionis lectionum varietates, invicem comparatas, praetermittendas, quod eae, non caſu aliquo, aut excudentium licentia, ſed non una eademque Pogiani atque operis cenſoeum de iiſdem locis opinione ac ſententia, ſi non omnes, at aliquae certe, contigerunt. de qua re exſtant Pogiani ipſius autographae ad card. Hieronymum Seſipandum litterae in neapolitana perilluſtris atque ſanctiſſimae Congregationis S. Joannis ad Carbonariam bibliotheca: quam (ut hoc quoque non praetermittam) ipſummet Seripandum anno 1550. condidiſſe, & multis iiſdemque ſelectiſſimis libris locupletaſſe, auctoe eſt in ejus *Vita* Felix Milenſius, ejuſdem Congregationis vicarius generalis. earum litterarum exemplum debeo ſingulari Viti Mariae Giovenazzii S. J. humanitati. in quo homine, etiamnum adoleſcente, praetee humanitatem, uti dicebam, ſingularem, ita ſummum ingenium, ac potiſſimum memoriae vis incredibilis, cum mirifica diſcendi cupiditate, & acerrima ſtudendi contentione certat, tantumque jam multiplicis doctrinae atque eruditionis inſtrumentum appáret, ut, uiſi qua foete res (quod omen ſuperi avertant) ejus ſtudiorum inſtitutos curſus retardarit, nihil in ullo praeclarae litteraturae genere tantum ſit, quod non eum brevi aſſequutueum putent, qui ſunt ipſi praeclare ac cumulate litterati. Eſt autem earum Pogiani litterarum exemplum hujuſmodi.

Illuſtriſſima & reverendiſs. ſignor mio colendiſs.

Mando a V. S. illuſtriſs. il Chriſoſtomo „ de Virginitate „ ſupplicandola a derivare parte de la colpa, che conoſcerà meritare il traduttore, nel rigore, per non dire altrimente, di coloro, i quali vogliono, che „ numerentur verba, non appendantur „: & inſieme a farmi gratia di dire il ſuo parere intorno a queſto, s' io potevo dire „ Virginitatem, chriſtiana fide & charitate conjunctam, tanto caeteris arbitror excellere virtutibus, quanta generi hominum &c. „ perchè mi pareva più a propoſito, & era miglior compoſitione & numero, che non è „ tanto rebus humanis anteire exiſtimo „. & quel mio primo concetto è anche di Leone I. papa, il quale non havevo viſto, quando il NN. mi diſſe, che lo „ excellere caeteris virtutibus „ era pericoloſo. Queſto anchora è ſtato cauſa, ch'io habbi levate certe laudi, ch'io devo alla Verginità: le quali forſe aggiognerò un'altra volta. A queſto N. N. non è baſtata havermi tenuto il libro, ch'io havevo emendato, un'anno, & poi dettomi, che gli era ſtato rubato, che di più mi ha coſtretto a condeſcendere a la intelligenza ſua de la lingua latina, „ ut omnia tanquam minima manſa in ejus os insererem „. in modo che è difficile coſa piacere a lui, & non diſpiacere a molti altri in queſte impreſe. Pure ſia come ſi voglia. ſpero, che V. S. illuſtriſs. per la ſua benignità mi condonerà parte di quanto harò mancato di mio debito in voltare queſto libro: nel quale queſto poſſo promettergli, ſe non altro,

di

di eſſert ſtato fedele. il reſto ſupplirà V. S. illuſtriſs. con la memoria di quel buono & prudente papa (Marcello II.) *il quale con tanti altri fece queſto bene al publico, & a lei per le ſue eccellenti virtù fu affettionatiſſimo. di me poi crederà fermamente, ch'io non ceda a perſona alcuna in amarla; riverirla & oſſervarla. & così priego Dio, che la conſervi ſana ne la ſua gratia. Di Roma a li IIII. di aprile* 1562.

Di V.S. illuſtriſs. & reverendiſs.

Humilliſſimo ſervitore
Giulio Poggiano.

XII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Staniſlao Hoſio Card. Varmienſi.

Hoſii litteris inflammatum ſe dicit ad Auguſtanorum ſalutem procurandam. De Concilii actionibus certior fieri cupit. 7. mart. 1562.

OPportune, cum mihi tuae literae redditae ſunt, quibus in illa commendatione precationum (*a*) ſapienter me admones officii mei, adfuit tridentinus cardinalis, qui & literas legit, & tibi tribuit, quae tua ſunt, id eſt ſummam praeſtantium virtutum & religionis laudem, cum magna declaratione ſingularis ſtudii erga te ſui. Cupiditatem hanc meam & conatus deducendi in viam chriſtianae rationis eos, qui mihi a domino commiſſi ſunt (*b*), adjuvet ipſe, & ad exitum perducat Deus; mihique pro ſua admirabili benignitate det hoc, prius quam ex hac vita migrem, ut verum & ſenſum & cultum reſtitutum videam hominibus noſtris. cujus rei, cum maximam in ejus miſericordia, tum non parvam in veſtra tot tantorumque

(*a*) Inter Hoſii epiſtolas editas quinta & quadrageſima inſcripta eſt *Petro Caniſio S. J. ſacerdoti concionatori*; cujus epiſtolae hoc eſt initium: *Synodum jam tandem apertam quod piis votis proſequeris, non poteſt non eſſe piis omnibus valde gratum, atque, ut id facere pergas una cum ſocietate tua, hortarer te, niſi ſcirem, currenti, quod ajunt, calcar addere non eſſe neceſſarium: cum praeſertim legerim ſelectas preces, quas edi curaſti, cum primis pias, quibus vehementer ſum delectatus; ac exemplum unum illuſtriſſimis dominis & collegis meis legatis protuli: a quibus decretum eſt, ut nonnulla ex his excerpta in publicis litaniis, quae habebuntur hac inſtante quadrageſima, inſerantur.* De his iiſdem precibus, a Caniſio Tridentum miſſis, aliquid fortaſſe ad ad Truchſeſium Hoſius ſcripſerat, eaſque ut admodum pias, & catholicae eccleſiae temporibus accommodatas commendaverat. in qua ipſa *commendatione* viſus eſt ſibi Truchſeſius *officii ſui* ab Hoſio *ſapienter admoneri*. Tridentinus cardinalis, qui infra appellatur, eſt Chriſtophorus Madruccius, Ludovici, item cardinalis, tridentinorum epiſcopi, patruus.

(*b*) Auguſtanos, quorum erat epiſcopus, ſignificat.

Digitized by Google

que patrum ſapientia ſpem poſitam habeo. ſpero etiam, fore,
c ut, *qui nobis mala (c) cogitabat, deſcendat in verticem ejus ini-*
d *quitas, & incidat in foveam, quam fecit (d)*. quanquam illud
magis opto & precor, ut aliquando reſipiſcat & ſalvus ſit. Quae
e mecum communicatum iri toties (e) ſcribis a cardinale Borro-
maeo, quominus id & adhuc factum ſit, & poſthac fiat, credo
illum impediri magnitudine negotiorum, & mole moleſtia-
f rum (f), quas habere ſolet illa rerum gubernatio. quare, ſi
quid interdum fuerit, quod mihi ſcire liceat, oro te, ut me
pro tua humanitate de eo facias certiorem. & quidem iſtarum
g exemplum literarum naumburgenſium (g) epiſcopi libenter le-
gerem.

(c) *male* exempl. Emendavi.

(d) Quis potiſſimum hoc loco deſignetur, ignotum mihi eſt. Fortaſſe aliquis eorum ſignificatur, de quibus Caniſius ad Hoſium die 29. jan. 1562. Auguſta Tridentum his verbis ſcripſerat: *Ut autem catholicos recreat, meritoque confirmat hoc auſpicium, ita non parum offendit ac perturbat hoc loca, quod archiepiſcopus madeburgenſis una cum primario clero ſuo recens defecerit ad factionem confeſſioniſtarum; quodque mersburgenſis eccleſia venerit in poteſtatem ſaxonici electoris: quemadmodum haud dubie celſitudo tua jam ante ſatis intellexit. mittent ad ſynodum ſuos oratores, ut audio, idem ſaxonicus & brandeburgenſis electores, unaque forte dictus archiepiſcopus; ſi hoc nomen meretur. ſed nunc gloriari coeperunt adverſarii, ſe per hos oratores ea propoſituros, quae papiſtas eorumque morbos depingant expreſſiſſime; nimirum ut inſuavem prorſus cantilenam epiſcopis occinant maledicentiſſimo ſcripto ... Vulgo nunc adverſarii perſuaſerunt, pontificem & magni nominis principes catholicos in ſynodum ita conſpiraſſe, ac novis foederibus conglutinatos eſſe, ut igne & ferro perſequi velint lutheranos, qui decreta ſynodi noluerint recipere atque approbare. imo circumferuntur nomina non modo principum, ſed etiam cardinalium, qui certam pecuniae ſummam ad hujuſmodi bellicam expeditionem obtulerint promiſerintque. primas vero hujus tyrannidis, quam appellant, pontifici deferunt: ut adverſus eum vulgares animi magis concitentur. & audent lutherani principes palam affirmare, de hujuſmodi catholicorum conſpiratione certum ſibi nuncium allatum eſſe. nec diſſimulabo, quod amicus fide dignus mihi narravit de nobili gallo, qui ad principes lutheranos orator miſſus eſt ... Adhaeret is partibus regis Navarrae, & hoc meditari putatur, ut horum principum accipiat conſilia, quibus videlicet conditionibus & exceptionibus utendum ſit in concilio tridentino epiſcopis illis, qui cum auctoritate publica ex Gallia brevi mittentur. deinde confoederatio quaedam ſpectatur & quaeritur, ut adverſus catholicos, qui concilii decreta non ſine vi defendere velle putantur, ſua conſilia & praeſidia inſtruant. &c.*

(e) *totiens* exempl. Retinuiſſem, ſi ita ſcribere Pogianus ſolitus eſſet.

(f) Eſt a Cicerone libro I. *de Oratore* cap. 2. *Nam, qui locus quietis & tranquillitatis pleniſſimus fore videbatur, in eo maximae moles moleſtiarum, & turbulentiſſimae tempeſtates exſtiterunt*. Neque aliter legendum eſt. Vide Victorium *Var. lect.* libro 16. c. 19.

(g) *numburgenſium* exempl. Erat autem naumburgenſium epiſcopus Julius Pflugius (non, ut Thuanus appellare eum

gerem. quare & eas, & ſi quid praeterea ſit, quod ad me ejus generis mittendum putes, poteris id dare montalcinenſium epiſcopo (*b*), qui illa deſcribenda curabit. Deum precor, ut amplitudinem tuam eccleſiae ſuae ſervet incolumem. Romae. nonis martii. M. D. LXII. b

eum ſolet, *Flugius*; quae vox apud germanos a *volatu* deducitur, quum *Pflugius* ab aratro derivetur): de quo vide Cyprianum in adnotatione ad epiſtolam primam partis tertiae *Tabularii eccl. rom.* Quae Pflugii litterae a Truchſeſio ſignificentur, neſcio. ad Pflugium ſcripſiſſe Hoſium die 22. febr. 1562. ſcio: quarum litterarum hoc argumentum eſt: *Religionis negotia in oecumenico concilio potius, quam in aliquibus Germaniae angulis, & privatis conventibus tractari debere.* Initium hoc eſt: *Perlatum jam ad vos eſſe non dubito, ſanctum concilium, in hac civitate tridentina congregatum, ad XV. calendas februarii (quod eccleſiae ſuae felix, fauſtum & fortunatum Deus eſſe velit) apertum fuiſſe. convenit autem ad illud frequentior & celebrior patrum numerus opinione multorum; ut etiam eorum numerum prope exaequare videatur, qui ad primum conſtantinopolitanum concilium convenerant; quemadmodum ex catalogo, quem tibi mitto, cognoſces &c.*

(*b*) Franciſco Mariae Piccolhomineo. Vide epiſt. *Deliberatio veſtra* d. 3. jan. 1562.

XIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Cardinali Atrebatenſi. (*a*) a

Canonicorum Camplenſium cauſam commendat. 7. mart. 1562.

QUam cauſam agit apud praeſtantiſſimam faeminam Margaritam auſtriacam (*b*), Campli (*c*) dominam, collegium ſacerdotum camplenſium, eam tibi ſic commendo, ut ſi eſſet b c

(*a*) Card. Antonius Perenottus Granvellanus, archiepiſcopus mechlinienſiū, etſi epiſcopatum atrebatenſem Franciſco Richardotio conceſſerat, tamen *cardinalis atrebatenſis* appellari non deſiit. Vide epiſt. *Quem ad te* d. 21. jul. 1561.

(*b*) Tertium tomum *Annalium de belgicis tumultibus* his verbis inchoat Franciſcus Haraeus: *Diſcedens in Hiſpaniam e Belgio (inquit Florentius Vander Haër in libro De initiis tumultuum belgicorum) potentiſſimus Hiſpaniarum rex Philippus, ejus nominis ſecundus, ſexto Kal. ſept. anno virginei partus 1559. gubernaculum ſupremum belgicarum provinciarum, & ſpeciatim Brabantiae ducatus primarii curam commiſerat ſorori ſuae Margaretae auſtriacae, uxori ducis parmenſis, prudenti feminae, in Belgio natae & educatae; provincias caeteras ſingulis aurei velleris equitibus, ſimiliter Belgarum moribus diu aſſuetis. Qui proximi gubernatrici a conſiliis eſſent (ſenatores ſtatus vocantur) conſtituti a rege erant Granvellanus, epiſcopus atrebatenſis &c.*

(*c*) Camplum (italis *Campoli*) urbs eſt in tranſmontana Brutiorum Italiae regione, Siciliam contra.

Digitized by Google

ſi eſſet res mea, a teque vehementer peto, ut horum ſacerdotum petitioni faveas & opitulere. pertinet illud poſtulatum ad Dei cultum, valet ad ſalutem animarum, magnum affert momentum ad pacem concordiamque illorum hominum. quid velis in rebus honeſtis ac ſalutaribus, omnibus notum eſt, quid poſſis, neminem arbitror ignorare. quare illud, te dignum, mihique gratiſſimum feceris, ſi gratiam & auctoritatem tuam, quibus plurimum potes, ad hujus rei confectionem contuleris. Ego ſtudium & obſervantiam meam tibi ex animo profiteor ac defero: cui ſalutem & incolumitatem precor. Roma. nonis martii. M. D. LXII.

X I V.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

14.mar. 1562. *Impetraſſe ſe a ſummo pontifice, ut Hoſii opera Romae a novis impreſſoribus edantur.*

a CUM ſaepius egiſſem cum novis (*a*) impreſſoribus, ut libros tuos edendos ſuſciperent, mihique iidem illi ſemper reſpondiſſent, ſibi non licere, quod tantummodo veterum ſcriptorum voluminibus addicta eſſet impreſſio, cepi conſilium de re ad pontificem referenda. quod cum facerem, opportune
b Moronus, Tranenſis (*b*), & Amulius cardinales, qui illi muneri praeſident, affuerunt. ſic igitur egi, eam eſſe virtutem & doctrinam tuam, eos eſſe libros, ita pios illorum lectione ad religionem inflammari, ita perturbari & de gradu dejici haereticos, ut tu inter antiquos illos patres, tua ſcripta inter illorum monimenta jure numerari poſſint. quid quaeris? impetravi rem, libentiſſimo pontifice; certatim negotium adjuvantibus, teque laudibus in caelum efferentibus illis cardinalibus; quibus ſi gratias ageres per literas, faceres, mea quidem ſententia, rem tua humanitate dignam. quanquam enim illi in te laudan-
c do teſtimonium veritati (*c*) dederunt, tamen ita dederunt, ut in

(*a*) Significatur nova imprimendorum librorum officina, Romae nuper inſtituta, ad quam adminiſtrandam Paullus Manutius conductus fuerat. qua de tota re vide, quae adnotavimus ad epiſt. *Ams* d. 22. jul. 1559. & ad epiſt. *Abſtulimus* d.20.maji 1561.

(*b*) Joannes Bernardinus Scottus, Cl.Reg. cardinalis, ab archiepiſcopatu tranenſi in Apulia, quo eum Paullus IV. ornarat, *Tranenſis* dictus.

(*c*) Exemplaris noſtri lectio haec eſt *veritati dederunt, ut in eorum officio ſumma &c.* quam Gratianus, mutato ut

in eorum officio ſumma in te etiam amoris & ſtudii ſignificatio viſa ſit elucere. poteris ergo, cum tibi commodum fuerit, librorum partes emendatas Romam mittere, ut illis etiam animi atque ingenii tui imaginibus illuſtretur romana librorum impreſſio (*d*). non dubito, quin a Ticinio noſtro de tota re cer-

at in tamen, ſatis ſe emendaſſe, exiſtimavit; codicis autem vaticani haec, *veritati dederunt, tamen ita dederunt ſumma &c.* neutra certe ſeorſum probanda. ex utraque tertiam quamdam, probam, ut opinor, conflavi, quam edi juſſi.

(*d*) At vero Hoſii operibus imprimendis non niſi poſt abſolutum concilium tridentiuum manus admoveri Romae ſunt coeptae. exſtant in *Tabul. eccl. rom.* Joannis Franciſci Lombardii, hominis neapolitani (qui in eodem concilio, inter ſaeculares theologos & canonici juris doctores recenſitus, cardinali Seripando operam ſuam addixerat) aliquot ad Hoſium de ea re epiſtolae. in ea, quae Romae data eſt dominica prima adventus (hoc eſt, die 3. dec.) anni 1564. *Menſis eſt*, inquit, *jam elapſus, quod miſi litteras cardinalis mei* (M. Antonii Amulii, veneti, reatinorum epiſcopi, ejus, qui primus inter epiſcopos ſeminarium, ex decreto tridentinae ſynodi ſeſſ.23. c.18. Reate inſtituit, in illudque ſex & viginti adoleſcentes adſcivit) *ſimul & meas illuſtriſſimae dominationi veſtrae; quibus ingentes gratias agebat cardinalis, agebam & ego, pro aureo dono tuae Confeſſionis catholicae. Nunc ſeſe mihi offert occaſio ſignificandi illuſtriſſimae dominationi veſtrae, cardinalem meum adeo delectari lectione tuae confeſſionis, ut non ſolum illi ſufficiat ſinguliis noctibus (negotia enim diurna impediunt) recreari hac lectione, ſed nervis omnibus tentavit cum cardinali camerario, hoc eſt Vitellio, ut Romae cuderetur typis Manutii. Perſuaſit etiam crebro hoc reverendiſſimus protonotarius Syrletus, qui apertiſſime confeſſus eſt, nullum librum his temporibus contra haereſes legiſſe, quod vere eſſet ἀντίδοτον τῶν αἱρετικῶν, niſi hunc librum dominationis veſtrae illuſtriſſimae. Ego vero pro obſervantia & ſervitute, quae mihi magna eſt apud illuſtriſſimam dominationem veſtram, non deſi die ac nocte extimulare, ut imprimeretur Romae hic liber. Certe ignominia eſſet Italiae, & privatim collegii reverendiſs. cardinalium, ſi paterentur, librum hunc ſub modio hic latere, qui Germaniae, Galliis &c. in candelabro ſupra montem poſitus lucet. Itaque die S. Catharinae* (25. novembr.) *deliberatum eſt de ejus typographia. Jam coeptum eſt opus eleganti charactere Manutii, forma quarti folii. Exemplar ut corrigatur a mendis typographiae, locisque ſcripturarum reponendis aut mutandis, mihi traditum eſt. Ego libentiſſime ſuſcepi laborem, nec majorem recuſarem pro dominatione veſtra illuſtriſſimo; cui multum debeo. ſperamus, quod in quadrageſima abſolvetur opus &c.* Die vero 21. jan. inſequentis anni has alteras litteras dedit. *Scripſi diebus ſuperioribus illuſtriſſimae dominationi veſtrae litteras, quibus ſignificabam, opus ſuum de chriſtiana confeſſione, cura illuſtriſſimi cardinalis mei, Romae imprimi typis domini Pauli Manutii. & uſque modo impreſſi ſunt quinterniones octo. Verum, quia cogor ego ob catarrhi febriſque moleſtiam (jam annus eſt) relinquere ad horam hunc aërem, ſtatui ex medicorum conſiliis ad neapolitanum aërem me conferre: quod hoc menſe faciam: ubi, Dei gratia, ſpero, me ſanitatem recuperaturum, quo potero redire Romam, & ſervire illuſtriſſima card.*

certior factus fueris, quicum ſemper omnia communicavi: veruntamen

card. Amulio, viro religione & eruditione ornatiſſimo, tuique amantiſſimo. nec deero illic ſollicitare dominum Paulum (Manutium), *ut quam citius abſolvat opus, illudque tranſmittat ad illuſtriſſimam dominationem veſtram &c.* Denique ex urbe Neapoli tertiam de eadem re hanc epiſtolam dedit die 22. jul. an. 1565. *Duodecimo Kal. auguſti accepi litteras dominationis veſtrae illuſtriſſimae, datas V. junii .... Quod vero attinet ad locum Nyſſeni, certe gaviſus ſum, cum audivi recenſeri pugnas illas de oblatione dominica, quae menſe auguſto & ſeptembri anni 1562. Tridenti audiebantur per vicos & plateas (ut interim taceam Torrenſem, qui volebat cum ſuo Dionyſio, apoſtolos ordinatos in ſacerdotium die pentecoſtes). ſcripſi ad card. Amulium quaecumque dominatio veſtra illuſtriſs. hac de re ad me ſcripſit, & explicavi ſententiam cardinalis Seripandi, domini mei, hac de re, quam ſcripſit ad reverendiſs. card. Sirletum. Scripſi etiam ad eundem card. Sirletum de eadem re. Expectabo eorum ſententias. Tranſmiſi ad dominum card. Amulium illas additiones, quas credo poſſe commode adjici, & rejici in calcem libri; cum liber nondum ſit abſolutus, ut ſciam. Qua de re proxima futura hebdomada, cum ſiam certior, ad te ſcribam. &c.* Addam initium Hoſii ad Amulium epiſtolae, Heilſperga, cum hæc Romae agerentur, datae; quo valde quaedam proximarum Lombardii litterarum obſcuriora loca illuſtrantur: *Pauli Manutii typis excudi lucubratiunculas noſtras & quidem Romae, diligenter etiam in id opus incumbi, jubem admodum ex litteris illuſtriſs. dominationis veſtrae cognovi: cui magnam hoc nomine debeo gratiam; quandoquidem id illius opera potiſſimum eſt effectum, ut labores noſtri tanti fierent. De ſententia quadam Gregorii Nyſſeni, ubi de oblatione in coena agitur, magnam audio fuiſſe diſceptationem, ferenda ne eſſet, an auferenda ex libro. Video, quod medium quiddam eſtis ſecuti: nam nec ferre, nec auferre voluiſtis integram; ſed, priore particula poſita, reliquum omne, quod ſequebatur, & quod ad rem faciebat maxime, ſuſtuliſtis. Ego vero nihil dubito, quin magno judicio factum id ſit, cui cedo non invitus. Sed, quod bona cum venia ſcriptum velim, vehementer metuo, ne plus nimio ſuis affectibus quiſquam indulſerit. Nec enim defuerunt in ſacro concilio tridentino, qui graviter oblationem in noviſſima coena factam oppugnarent. quod haud ſcio an unquam antea pari contentione factum ſit, atque hoc infelici noſtro* (ſaeculo) *primum a Luthero, deinde a reliquis ſectatoribus illius: quamvis & Petrobruſiani & Henriciani, Bernardi ſaeculo, non diſſimile quiddam tentaſſe videntur, & qui poſt hos miſſæ ſacrificium oppugnarunt. Quibus itaque viſum non fuerat, ut aliquid in concilio tridentino ſtatueretur de oblatione, per Chriſtum in coena facta, quos non ita multos fuiſſe conſtat, ſententiam hanc Gregorii Nyſſeni, cujus auctoritate ſe valde premi videbant, graviter oppugnarunt. Verum ex altera parte fuerunt multo plures patres, excellenti doctrina pietateque praediti, qui fortiter eam defenderunt; quorum etiam tandem obtinuit ſententia: quam ego tanto veriorem eſſe perſuaſum habeo, quod ſynodi totius conſenſu fuit approbata. Sed nec illud ambigo, ſi nullum affectum, ſed ſanum aliquis intellectum afferat horum Gregorii Nyſſeni verborum, nihil in eis reprehendi recte poſſe, cum nullus in eis error ab his deprehenſus fuerit, qui doctrinam de oblatione in coena factam tuebantur. &c.* Gregorii autem Nyſſeni eum puto locum ſignificari, qui legitur in hujus editionis romanae, qua de heic agitur, pagina 138. eſtque hujuſmodi: *Qui pro dominica poteſtate & auctoritate adminiſtrat omnia, non expe-*

Digitized by Google

runtamen mei officii eſſe duxi, quomodo haec ſe haberent,

expectat vel ex proditione neceſſitatem, vel judaeos groſſantes, vel iniquum Pilati judicium, ut illorum ſcelus ac malitia principium & cauſa communis hominum ſalutis eſſet. verum praeoccupat oeconomia quadam violentum impetum, & juxta quendam ineffabilem ſacrificii modum, & qui ab hominibus cerni nequit, ſe ipſum offert oblationem & hoſtiam pro nobis, idem ſimul & ſacerdos & agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Hunc locum in iis, quas vidi, editionibus (nempe viennenſi anni 1560. antuerpienſi an. 1561. pariſienſi an 1562.) fruſtra quaeras. eum, quemadmodum credibile eſt, cum multis aliis additamentis, de quibus infra dicendum erit, Romam Hoſius ſive Tridento ſive ex Polonia miſerat, huic noviſſimae operis editioni inſerendum. ex quo quidem loco quam poſteriorem partem, *quae ad rem faceret*, ſublatam queratur, non intelligo. nam certe Nyſſeni verba de Chriſti in coena oblatione non ſunt praetermiſſa. fortaſſe fuerant illa quidem prius praetermiſſa; idque Hoſio aut a Lombardio, aut ab Amulio, aut ab alio aliquo ſignificatum eſt: quumque deinde, tanto auctori retinenda eſſe omnino videri, intellectum eſſet, eorum reſtituendorum ratio, iterata typorum compoſitione, noviſque pagellis ſubditis (quod fieri ſolet, ſi quando aliquid, jam impreſſum, diſplicuit) inita eſt. fortaſſe etiam, praetermittenda fore, Hoſio, antequam ad editionem ejus loci ventum eſſet, ſignificatum fuerat: poſt autem, hominis ſententia de iis ac voluntate Romae cognita, ubi ad eum ipſum locum edendum ventum eſt, non ſunt praetermiſſa.

Romanae hujus editionis titulus hic eſt: *Confeſſio catholicae fidei chriſtiana, vel potius explicatio quaedam confeſſionis, in ſynodo petricovienſi a patribus provinciarum gneſnenſis & leopolienſis in regno Poloniae factae anno domini 1551. auctore D.D. Staniſlao Hoſio cardinale, epiſcopo Varmienſi. Opus in primis pium & eruditum. Salvo per omnia judicio S.Sedis apoſtolicae. Romae 1565. Apud Paulum Manutium, Aldi F. In aedibus populi romani.* Quid vero in hac editione ad ſuperiores acceſſerit, docetur, abſoluto opere, lector hac admonitione pag. 487. *Ecce illa chriſtianae & apoſtolicae fidei, ſpei, caritatis & religionis confeſſio, firmum contra omnes ſectarios pro catholicis munimentum. in ea namque & Chriſti, & apoſtolorum, & antiquiſſimorum patrum continuata ſerie ad noſtra iſta tempora concordem, qua careat ſectarii omnes, doctrinam brevi quidem tempore & parvo labore cognoſcere poteris. Hic catholici, quo in religione confirmentur, & ſectarii, quo ad veritatis viam reducantur, ſolidam & antiquiſſimam invenire doctrinam poterunt. Hanc autem editionem, quae ab ipſo auctore reverendiſs. cardinale, varmienſi epiſcopo, Staniſlao Hoſio, domini noſtri papae in tridentino ſacro concilio legato, copioſiſſime pluſquam octodecim papyri foliis ex antiquiſſimis patribus (qualis ille Clemens romanus pontifex, D. Petri ſucceſſor, & Cyrillus Hieroſolymitanus, qui ante in manibus nondum erant) aucta fuit, cum iis omnibus additionibus impreſſimus. eas vero, quae tardius miſſae ſunt, in libri calce cum earum ad ſua loca remiſſione & erratis apprimere placuit: ut vel ſic plene & auctori & lectori, quod maxime quidem cupremus, ſatisfieret. Hac igitur admodum aucta & noviſſima editione, obſervande lector, utere, & pro auctore Deum comprecare.* Continuo ſequuntur *Additamenta*, quae progrediuntur ad paginam uſque 507. in qua totius operis finis eſt. Allatum autem in Poloniam anno 1566. Hoſio fuerat, alteram operis hujus ſui editionem Paullum Manutium meditari. is igitur novas quaſdam additiones ad card. Amulium, cum card. Sirleto communi-

municandas, & operi, iterum, quemadmodum quidem putabat, edendo, ſuis locis inſerendas, miſit. ſed falſus, ut mihi quidem perſuaſum eſt, is rumor fuit; ac non modo de nova ulla editione Manutius numquam cogitarat, ſed ne priorem quidem tum prorſus abſolverat, aut certe vulgarat. nec dubito, quin poſteriores has additiones, illo ipſo anno 1566. ab Hoſio tranſmiſſas, ipſe Manutius in ſua illa editione, quam anno 1565. inchoarat, verbis illis, proxime recitatis, ſignificarit: *eas vero, quae tardius miſſae ſunt, in libri calce cum earum ad ſua loca remiſſione .... apprimere placuit*. Hoſii quidem epiſtola ad card. Sirletum, qua & de rumore illo novae editionis commemorat, & novas additiones ad card. Amulium ſe miſiſſe ſignificat, necdum de illo Gregorii Nyſſeni loco, quem a Manutio prætermiſſum credebat, ſe acquieviſſe oſtendit, exſtat in codice vaticano 6189. data die 9.jun. 1566. eſtque hujuſmodi.

Illuſtriſſime & reverendiſſ. domine. Accepi literas tuas, quibus noſtrae gratulationi reſpondes; quae quod ſerius a te ſcriptae mihique redditae fuerunt, mihi minime moleſtum accidit. nec enim talis eſt inter nos amicitia mutua, ut ex levioribus iſtis officiis aeſtimari debeat, aut, ſi ea fortaſſis intermiſſa fuerint, aliquid ex amore mutuo remitti poſſit. ſed, illud quin mihi moleſtum fuerit, obſcure ferre non poſſum, quod gratulationem noſtram, ſalutarem admonitionem vocas. egone partes monitoris mihi ſumerem apud eum, a quo multo rectius ipſe moneri poſſum? cujus vita nihil eſt aliud, quam communis quaedam omnium admonitio, quales praeſtare ſe debeant, ſi volunt ad illam non temporariam, ſed ſempiternam gloriam pervenire. quamobrem inſigni me abs te injuria affectum judico, cum tacite me tantae reum facis arrogantiae, a qua longiſſime abſum. ſed, cum omnia ferat charitas, hanc quoque injuriam tibi facile condono: dummodo ne quid ſimile tibi deinceps de me cogitare in mentem veniat. Caeterum viſum fuit ante ſeſquiannum illuſtriſſimo card. Amulio, pro eo amore, quo me complectitur, ut operâ Pauli Manutii typis excudendum curaret Confeſſionis meae librum, acceſſionibus quibuſdam locupletatum. quoniam vero non infeliciter Manutio labor is ceſſerat, ſtatim, ut audio, diſtractis exemplaribus, deliberatum habere ſcribitur, eum denuo praelo tradere. quamobrem admonitus a quibuſdam ſum, ſi quid aut addi vellem aut emendari, ut id primo quoque tempore facerem. quae ſunt notata & addita per me, miſi cardinali Amulio, atque, ut ea tecum communicaret, petivi. ſcis illud, quod dies diem docet, liber librum aperit. quicunque libri, praeſertim veterum orthodoxorum, in manus meas veniunt, quos antea non viderim, tenere me non poſſum, quin ſtatim legam, ac, ſi quid reperio, quod ad rem, de qua tractatur in hoc libro noſtro, faciat, aſcribendum e veſtigio curo. ita fit, ut in dies liber augeatur. quod ſi mihi, qui laborem hunc patienter fero, moleſtum non eſt, nec iis moleſtum eſſe debet, quibus aliena frui licebit inſania (fort. *induſtria*). *nec me tamen quicquam ea res offendet, ſi quid ex acceſſionibus iſtis imminutum, vel ſi prorſus etiam omiſſae fuerint omnes. tuo id judicio prudentiſſimo permitto, cui curam hanc examinandi, quae typis mandanda ſunt, ſanctiſſimus dominus noſter magno conſilio judicioque commiſit. nec enim alii digniori potuit. tenet procul dubio memoria, quanta contentione fuerit certatum a patribus in ſacro concilio tridentino de eo, num ſe Chriſtus obtulerit in coena. legi, quae tu miſeras ea de re cardinali Mantuano* (fort. *Serlpando*. nam ad hunc, non ad Mantuanum, mittere ejuſmodi veterum ſanctorum patrum auctoritates ſolitum eſſe Sirletum, Seripandi ad eum epiſtolae, in codice illo vaticano 6189. collectae, binae praeſertim die 24. aug. 1562. & die 3. ſept. ejuſdem anni datae, in quibus de hoc ipſo Gregorii Nyſſeni loco agitur, docent)

ex ve-

ipſe (e) etiam ad te ſcribere. Vale tibi & eccleſiae Dei; quod ut tibi diutiſſime facere liceat, Deum precor. Romae. pridie idus martii. M. D. LXII.

ex vetuſtiſſimis & iiſdem graviſſimis auctoribus collecta. inter alia produxeras etiam locum Gregorii Nyſſeni, quem antea non legeram. itaque ſtatim eum in librum noſtrae Confeſſionis inſerendum curavi. non defuere tum etiam inter concilii patres, qui duriorem de hoc Gregorii Nyſſeni loco ſententiam ferebant, quam cani illius (cum ſit unus ex antiquiſſimis ſcriptoribus) vel ſanctitas vel doctrina ſingularis merebatur. iidem illi, quoniam efficere non potuerunt, ut verba tollerentur omnia, hoc tamen perfecerunt, ut mutila ſententia produceretur, quae tamen in duobus exemplaribus, Antverpiae bis editis, integra profertur. ego vero non difficulter in eo, quod factum eſt, acquieſco. ſed mihi tamen Gregorii ſententiam eccleſiae romanae ritus approbare videtur; quae, ſicut Gregorius hic noſter loquitur, non expectat vel Judae proditionem, vel judaeos graſſantes, vel iniquum Pilati juditium, ſed ſtatim ut coenae commemoratio facta eſt, priuſquam ille dies adveniat, quo Chriſti crucifixi & mortui pro nobis memoria celebratur, Chriſti corpus ad ſepulcrum defert. quiſquis igitur Gregorii ſententiam hanc damnat, an ſimul hunc eccleſiae quoque romanae ritum damnare non videtur? fateor, quod, cum & Romae & Tridenti ritum hunc obſervari vidiſſem, non parva ſum affectus admiratione. nam apud nos & alias gentes, quas vocant ultramontanas, non ſunt haec, niſi ipſo die Paraſceves, poſteaquam omnia, quae ad Chriſti mortem & paſſionem pertinent, repraeſentata ſunt. qua de re ſemel & iterum cum illuſtriſſ. cardinale Symonetta Tridenti ſermonem contuli. ſed, cum Gregorii Nyſſeni locum hunc vidiſſem, non temere factum eſſe, poſtea cognovi; quod Paraſceves eccleſia romana diem oeconomia quadam (libet enim uti verbis Gregorii) in ſepeliendo Chriſto praeoccupat. Haec ego tibi brevibus eſſe perſcribenda putavi, non quod magnopere locum hunc integrum adſcribi contendam, ſed ut, qua ratione fuerim impulſus, ut eum ſcriptis meis infererem, non ignorares. per me vero licebit, ut, quidquid vobis viſum fuerit, de loco Gregorii Nyſſeni ſtatuatis. Verum ego ſum longior, quam initio ſtatueram, & in publica commoda peccare videor, dum tuas graviſſimas & eaſdem ſanctiſſimas occupationes ſcriptis hiſce meis interpello. Opto, illuſtriſſimam & reverendiſſ. D. V. diu & bene valere incolumem; cujus gratiae ac benevolentiae me etiam atque etiam diligenter commendo. Dat. ex caſtro noſtro Heilſpergh 9. junii anno 1566.

Illuſtriſſimae D. V.

Servitor humillimus

Stan. Card. Varm.

(e) Valde hoc mihi durum atque inſolens, minimeque latinum videtur. omnino, aut *me etiam ipſum ad te ſcribere*, aut *ut ipſe etiam ad te ſcriberem*, reſcribendum cenſeo.

X V.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Epiſcopo Quinquecclesienſi. (a)

14. mar. 1562. *Mirifice ſe hominis litteris delectari. De concilii tridentini actionibus bene ſperare, de iiſque certiorem interdum fieri ab eo cupere.*

QUam ex tuis literis capio voluptatem, quae ſane maxima eſt, ea tamen facit, ut praeſentem tuam humanitatem & prudentiam ſermonis & conſuetudinis, quae (b) cumulatiſſima eſſet, interdum requiram. quod quoniam vix hoc tempore, aut ne vix quidem, licere intelligo, ut aliquando id liceat, opto, &, dum id datur, fruor hoc bono literarum; quas ita lego libenter, ut nihil mihi eo in genere gratius afferri poſſit. eveniat modo id, quod cupimus & ſperamus in concilii actionibus; & caetera non deſiderabuntur. id ut conſequi poſſimus, qui facultatem habent, conſulendo, agendo, omnibus & opibus & viribus eniti debent; quibus illa deſunt, hi precibus & votis rem adjuvent. cui officio ego minime deſum. utinam preces meae habeant aliquid ponderis! Hungaricas res eo ſtatu eſſe, quo ſcribis, gaudeo ac triumpho. Deum precor, ut in dies meliore loco ſint; quod magna in ſpe habeo, fretus & Dei benignitate, & pietate ac religione caeſaris. De iſtis rebus etſi certior ab aliis fio, mihi tamen aliquid interdum cognoſcere ex literis tuis, ſi tibi fuerit commodum, jucundiſſimum erit: cui incolumitatem opto & precor. Roma. pridie idus martii. M. D. LXII.

XVI.

(a) Georgio Draſcovicio; Ferdinandi caeſaris, tamquam Hungariae regis, in concilio tridentino oratori.

(b) Non caret fortaſſe mendo hic locus tum in noſtro exemplari, tum in codice vaticano.

Digitized by Google

XVI.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Roberto a Berges (*a*) Epiſcopo Leodienſi. *a*

De morbo periculoſo depulſo gratulatur. De munere gratias agit. 28.mar. 1562.

NON arbitror, mihi magnopere elaborandum eſſe, tibi ut
probem, nihil mihi optatius aut jucundius afferri po-
tuiſſe hoc nuncio de explorata ſpe ſalutis tuae (*b*). eſt enim *b*
ſpectatus ſummus meus in te amor, perſpectumque ſtudium
eximium, ſingularibus tuis laudibus & mirificae in me bene-
volentiae jandiu debitum. quare quantas potui maximas gra-
tias egi Deo; a quo precibus aſſiduis peto, ut cumulet benefi-
cium ſuum certa & firma rei laetitia: quod non dubito, pro
admirabili ſua benignitate, facturum eſſe; praeſertim cum in
vita & incolumitate tua nitatur ſalus plurimorum, quos dili-
gentiſſima cura, & illuſtri officii tui munere tuendo, ſalvos
& integros ſervas, difficillimo reip. tempore. quare (*c*), etſi *c*
ſic comparatus es, ut libentiſſime praeſto futurus ſis ad nutum
vocantis ad ſe Dei (quod egregia voce, & plane inſigni tua
pietate digna, declaraſti), tamen tam multorum cauſa, qui a
te pendent, & conſulere tuae valetudini debes, & confidere,
te brevi confirmatum iri. Munus tuum accepi; quo ſic dele-
ctor, ut nihil mihi ad animi mei fructum & voluptatem majus
afferri (*d*) potuerit: in quo non tam gratum tuum animum, *d*
nullo meo beneficio mihi devinctum, quam beneficum agno-
ſco. ſed tua eſt tanta benignitas, ut dona debita etiam videri
velis. Res tuae & privatae & publicae ita mihi ſemper curae
erunt, ut debent, id eſt ut meae. Dominus noſter Jeſus Chri-
ſtus, in cujus anniverſariam (*e*) memoriam ſalutaris paſſionis *e*
inciderunt literae tuae, integrum te & incolumem ſervet.
Romae. v. Kal. aprilis, M. D. LXII.. (*f*) *f*

XVII.

(*a*) De eo vide epiſt. *Ut excellens* d. 19. maj. 1560.

(*b*) De gravi periculoſoque ejus morbo vide epiſt. *Salvum te* d. 17. jan. 1562.

(*c*) *quam ſi ſic &c.* exempl. *quod ſi ſic &c.* cod. vatic. Emendavi ex conjectura.

(*d*) *offerri* exempl. & cod. vat. Sed ita ſcripſiſſe Pogianum, ut edidi, mihi perſuaſi.

(*e*) Dominica palmarum incidit hoc anno 1562. in diem 22. martii.

(*f*) 1560. cod. vat.

Digitized by Google

XVII.

a Otho Truchſes Card. Auguſtanus Laevino Torrentio. (*a*)

28.mar. 1562. *De Leodienſium epiſcopi valetudine reſtituta gratulatur. De muneribus ſibi miſſis gratias agit.*

DUplicem verbo, re multiplicem atque adeo incredibilem
laetitiam cepi ex tuis & ex leodienſium epiſcopi literis;
b ex quibus, illum & (*b*) jam bene habere, & brevi optime ſe
habiturum, cognovi; pro quo preces & vota facere, quod poſ-
ſum & debeo, non deſinam. Miſit ad me princeps & epiſco-
pus lectiſſimus munera, quae plena ipſius & beneficentiae &
elegantiae fuerunt. ea mihi gratiſſima ſunt, & re ipſa, & ma-
gis ejus, a quo ſunt, nomine, quem ego multis nominibus
plurimi facio. illius liberalitatem ſubſecutus tu es dono, mea
certe ſententia, maximo. nihil enim mihi gratius eſt hoc ge-
nere ſcriptorum, quorum vi & pondere haereticorum impietas
refutetur. habeo tibi gratiam, ſed ita, ſi a nulla memoria ullius
mei in te beneficii profectam muneris cauſam, verum a tua
humanitate ortam, fateri voles. ſum quidem tam cupidus gra-
tificandi tibi, quam qui maxime: verum, quoniam, ut id re
efficerem, vix contigit (niſi rem ex animo interpretaris), to-
tum id neceſſario tribuam bonitati tuae; quae cum quaſi condi-
mentum quoddam accedat multis & praeclaris aliis tuis laudibus,
c in te amore & ſtudio ſingulari ſim, neceſſe eſt. Molinaeum (*c*),
d civem tuum (*d*), doctumque hominem, ſi Romam vene-
rit, tua etiam cauſa complectar diligentius. Tu vale, &
optimo viro ac praeſtanti epiſcopo & principi, patrono tuo,
ſalutem dicito meis verbis plurimam. Romae. v. Kal. apri-
lis. M.D.LXII.

XVIII.

(*a*) Archidiacono leodienſi; de quo vide epiſt. *Ut excellens* d.19.maj. 1560. & epiſt. *Video te* d.25.jan. 1561.

(*b*) *etiam bene &c.* exempl. Emendavi ex cod. vat.

(*c*) Joannes Molinaeus, vulgo *Vander Meulene*, gandavenſis I. V. doctor & profeſſor decanus in D. Petri Lovanii, & ducissae Parmae, dum illa Belgium adminiſtraret; ab eleemoſynis: edidit *Decretum Ivonis Carnotenſis* typis lovanienſibus Gravii, anno 1562. Obiit Lovanii ann. 1575. die 29. ſept. Plura de eo vide in Deſſelii *Bibliotheca belgica*.

(*d*) Fuit enim Torrentius ex urbe Gandávo (vulgo *Gant* ſeu *Gand*) in Belgio, Caroli V. imp. ortu celebrata.

XVIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

Ticinii negocium commendat. De epiſcopo Theodoſiano. 5. apri 1562.
De Latertiani cauſa. De litteris ad ducem
Braunſvicenſem.

TIcinius (*a*) noſter, quod intelligit domicilium hujus urbis a
idem eſſe & (*b*) religionis pietatiſque chriſtianae, conſti- b
tuit reliquae vitae ſuae ſedem Romae collocare. quod autem
te maxime omnium colit & obſervat, tibi iis beneficiis, quae
habet in Polonia, cedere omnino cupit. neque vero tua beni-
gnitate ſe non impetraturum confidit, ut, & tua ipſius, &
ampliſſimorum iſtic (*c*) collegarum deprecatione per literas a c
ſanctiſſimo D. N. conſequatur, ſibi ut Romae beneficium cano-
nicatus ſanctae Mariae majoris reſervetur, &, cum vacuum
fuerit, concedatur; quo optatum ſuum colendae hujus arcis (*d*) d
catholicae fidei commodius conſequi poſſit. id ego, ſi qui pre-
cibus meis in hac cauſa eſt locus (*e*), a te vehementer peto: e
quam cauſam equidem omni ope ac ſtudio meo ſemper adju-
vabo. Theodoſianum epiſcopum (*f*) vidi libenter; cui, in pri- f
mis commendatione tua, nullo loco deerit opera ac diligentia
mea. In Latertiani (*g*) cauſam animadverti propenſam eſſe colle- g
gii noſtri (*h*) voluntatem; &, ut ita ſit, enitar ipſe, quantum h
potero. omnino bonitati perſpectae nec aequitate nec celeritate
deerimus. Literae, quas ad branſvicenſem ducem dediſti (*i*), i
ſunt

(*a*) Georgius Ticinius polonus, Sigiſmundi Auguſti regis, & card. Hoſii Romae procurator. Vide epiſt. *Quod ad te* d.5. jul. 1560.

(*b*) Pro *etiam*.

(*c*) Tridenti.

(*d*) Romam intellige.

(*e*) Non videbatur autem precibus eſſe locus, quum de re hominis, qui erat Hoſio per ſe cariſſimus, ageretur.

(*f*) Stanislaus ille Falenſcius, abbas ſuleovienſis, de quo in epiſtola *Ego vero* d. 13. dec. 1561. actum eſt, theodoſienſem epiſcopatum adeptus fuerat; iſque hoc loco ſignificatur.

(*g*) Vide epiſt. *Quae malum* d. 15. nov. 1561. & epiſt. *Quarto Kal.* d.29. ejuſdem menſis.

(*h*) Cardinalium.

(*i*) Hae ipſae ad Henricum ducem braunſvicenſem Hoſii litterae compárent inter hoſianas, editae numero ſexto & quinquageſimo, datae die 24. mart. an. 1562. Earum argumentum eſt de concilii tridentini progreſſu; de haereticorum inter ſe contentionibus, ac eorumdem variis de Luthero judiciis; de romani pontificis in religionis rebus auctoritate,

ſunt omnibus numeris abſolutae, & plane ſimillimae omnium tuarum & literarum & actionum. Deus eccleſiae ſuae te diutiſſime conſervet. Vale. Roma. nonis aprilis. M. D. LXII.

XIX.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Epiſcopo Atrebatenſi. (a)

5. apr. 1562.

Se vicaria Diesbachii opera in auguſtano epiſcopatu adminiſtrando amplius non indigere.

QUem mihi commendaras Mauritium Diesbachium (b), equidem ejus opera & munere (c) Auguſtae libentiſſime uſus eſſem; quem etiam ex tuis literis expectavi diutius, quam meum ac meorum tempus poſtulabat. ſed, cum propter ejus moram, praeſertim cum tandiu nihil mihi de ea re ſcriberetis, exiſtimarem, hominem non amplius eſſe venturum, viderемque, Vindelicos (d) meos diutius carere non poſſe aliquo, qui eis illam operam daret, coactus fui, de Mauritio quodammodo ſpe dejectus, eam conditionem, conquiſitis multis in locis, quos poſſem illi muneri praeficere, deferre cuidam, qui hac de cauſa eſt in itinere. quare Mauritius commode fecerit, ſi non ſuſceperit laborem & moleſtiam itineris. Literae veſtrae mihi aliquando ad (e) IIII. non. aprilis redditae ſunt. Ego tanti excellentem tuam virtutem & in me humanitatem facio, ut nihil ſit, quod non tua cauſa cupiam: cui incolumitatem precor. Romae. nonis aprilis. M. D. LXII.

XX.

(a) Is erat Franciſcus Richardotus. Vide epiſt. *Epiſcopus* d. 11. oct. 1561.

(b) De eo vide eamdem epiſtolam *Epiſcopus*.

(c) Vicarii generalis in adminiſtrando epiſcopatu auguſtano munus intellige.

(d) Auguſtanos, quorum erat epiſcopus Truchſeſius. Auguſta autem Vindeliciae caput fuit: de qua provincia, eam, quam nunc Bavariam dicimus, complectente, conſulendi geographi.

(e) Qui primi latinos veteres ſcriptores typis expreſſos ediderunt, ſive quod manuſcriptis codicibus non admodum emendatis uſi ſunt, ſive quod in eorum ſcriptura retinenda non admodum religioſi eſſe voluerunt, cum aliis multis, tum huic errori, ut *ad* pro *a. d.* in dierum cujuſque menſis notatione etiam ab eruditis hominibus ſcriberetur, cauſam praebuerunt. ſed *a. d.* hoc eſt *ante diem*, non *ad*, eſſe ſcribendum ſciunt, qui vetuſtos codices, a diligentibus librariis ſcriptos, non indiligenter legerunt. Neque tamen nos Pogianum, & heic & alibi ſuo, atque adeo plurimorum ſane doctorum, more ſcribentem, corrigere auſi ſumus. tantummodo, quid rectius putaremus, lectores monuimus.

Digitized by Google

XX.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Mauritio Dieſbachio.

Idem argumentum. 5. apri. 1562.

EQuidem te cupide vocabam (*a*) Romam, ut tua poſtea opera uterer ad ejus adminiſtrationem negotii, cui Dei munere praefectus ſum; multoſque dies expectavi valde, ut jam deſiderare nimium (*b*) officium, quod a te praeſtari debebat (*c*), viderentur Vindelici (*d*) mei. quare, cum deſperare inciperem adventum tuum, dedi operam, ut multis in locis conquireretur is, quem adhibere ad eam rem vellem. itaque, antequam mihi redditae eſſent literae tuae, quas ad (*e*) III. nonas aprilis accepi, jam ſe in viam dederat is, qui eam conditionem accepiſſet. neque enim majorem ferebat illorum hominum ratio tarditatem. quare, quando conſultum jam eſt huic negotio, commode feceris, ſi ſuperſederis hoc labore itineris. me quidem in omnibus rebus, quibus tibi gratificari potero, promptum ſemper invenies. Vale. Roma. nonis aprilis. M. D. LXII.

(*a*) Vide epiſtolam *Epiſcopus* d. 11. oct. 1561. quae eſt ad eumdem Dieſbachium, quaque is Romam evocatur.

(*b*) Haec eſt lectio exempl. & cod. vat. Legendum tamen puto *nimis diu*.

(*c*) *deberet* exempl. Gratianus emendavit ad codicis vat. lectionem.

(*d*) Auguſtani. Vide ſuper. epiſt.

(*e*) Rectius fuit *a. d.* Vide eamdem epiſtolam.

XXI.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Maximiliano Regi.

De ſumenda regni Bohemiae corona gratulatur. Tabellariorum magiſtrum commendat. 10. apr. 1562.

FAcit ſummum ſtudium & ſingularis quaedam obſervantia erga te mea, ut ſingulis nunciis non modo praeſentis tuae, ſed ſperatae etiam acceſſionis bonorum (*a*) & fortunae incredibiliter gaudeam. quod mihi hoc tempore contigit, cum jucundiſſimo quodam rumore allatum eſt, proximo feſto die domini noſtri Jeſu Chriſti aſcenſus in caelum (*b*) ſumpturum eſſe

Vol.III. G te

(*a*) Ea eſt exemplaris noſtri, & vatic. ac barber. codd. lectio. Equidem *honorum*, aut *honoris*, mallem.

(*b*) Feſtus is dies incidit hoc anno 1562. in diem tertium menſis maji.

Digitized by Google

c te Bohemiae (*c*) regni coronam. quo mihi nihil gratius, nihil optatius afferri potuit; eamque rem, quam tum etiam feliciter
d actam debita gratulatione (*d*) proſequar, jam nunc agendam tibi vehementer ex animo gratulor.

Quod vero mihi a te eſt ſummi beneficii & gratiae loco petendum, id hac occaſione laetiſſimae famae ſummo ſtudio petam. eſt igitur Joſephus de Parre magiſter tabellariorum Auguſtae; qui multos annos ibi praefuit illi muneri eximia fide ac diligentia. hunc Joſephum ut tuorum tabellariorum magiſterio praeficias, maximis precibus a te contendo. gratificaberis

(*c*) Vocem *Bohemiae* expunxit in exemplari Gratianus, eique *Ungariae* ſubſtituit. putavit, credo, quum Maximilianum multo ante hoc tempus *Bohemiae regem* vulgo appellari cognoviſſet, non de bohemici, ſed de alterius, ac nominatim hungarici, regni corona, ab eo ſumenda, heic agi. ſed utrumque verum eſt, & eum *Bohemiae regem* jam inde ab anno 1548. deſignatum fuiſſe, atque ita appellari coepiſſe, nec tamen Bohemiae regni coronam ante hunc annum 1562. ſumſiſſe. ſumſit autem non die menſis maji tertio, quemadmodum falſo rumore ad Truchſeſium allatum fuerat, ſed ſeptembris viceſimo. rem ipſam ac tempus Simon Schardius in *Epitome rerum geſtarum ſub Ferdinando I. imperatore* ad an. 1562. his verbis deſcribit: *Menſis ſeptembris viceſimo die Maximilianus, Ferdinandi imperatoris filius, rex Bohemiae, Pragae, in praeſentia patris Ferdinandi, duorum fratrum, ducis Bavariae Alberti, aliorumque multorum principum, coronatur, ac ab archiepiſcopo pragenſi ungitur, enſe regali cingitur, annulo ornatur, ſceptro donatur, pomo aureo honeſtatur. Sequenti vero die, qui erat viceſimus primus, non minore ſolennitate conjunx ejus Maria regina conſecratur, atque inungitur.* Hungarici autem regni coronam idem ſumturus erat ineunte anno 1563. niſi peſtilentia impedimento fuiſſet. Caniſius litteris, ad Hoſium die 26. dec. 1562. Auguſta datis, *Venit nunc*, inquit, *rex romanorum* (Maximilianus) *una cum ſua conjuge.... Quamdiu ſit Auguſtae adfuturus, ignoro. Niſi peſtis impedimentum afferret, coronam acciperet tertiam in Hungaria, ut retulit mihi D. Ilſungus, caeſaris conſiliarius.* Eam quando demum acceperit, tradit idem Schardius in ſua illa *Epitome* ad annum 1563. *Menſis*, inquit, *ſeptembris die octavo Maximilianus, romanorum rex deſignatus* (immo vero jam creatus & coronatus), *Poſonii, quod Presburgum dicimus, Hungariae rex ab archiepiſcopo granenſi coronatur, in praeſentia conjugis Mariae, & liberorum, duorum fratrum Ferdinandi & Caroli archiducum Auſtriae, archiepiſcopi ſaltzburgici, epiſcopi uratiſlavienſis, duorum ducum lignicenſium, totidem munſterburgenſium, principis teſchenſis, & plavici, regnorum Bohemiae atque Hungariae procerum multorum; quorum tanta illic frequentia fuit, ut, praeter duo millia equitum hungaricorum, ad quinque millia equitum ex aliis provinciis numerata ſint. Sequenti porro die pari ſolennitate conjunx regis Maria regina Hungariae uncta atque coronata eſt. Ita Maximilianus, quod pauciſſimis regibus contigit, trium regnorum* (bohemici, romani, hungarici) *coronas intra unum annum capiti ſuo feliciſſime impoſuit.*

(*d*) Ejuſmodi gratulatoria epiſtola ad nos non pervenit.

beris homini probo & omnibus probato, ejus vero negotii periti{ſſ}imo. de me certe ita hoc facto mereberis, ut, cum tibi multa & magna debeam beneficia, maximus hac re cumulus ad ea ſit acceſſurus. ac tibi perpetuitatem ſtudii & obſervantiae meae deferens Deum precor, ut te incolumem ac felicem ſervet. Roma. IIII. idus aprilis. M. D. LXII.

XXII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Decano & Capitulo Metenſi. (a) a

Joannis Gonſeleti negocium diligenter commendat. 12. apr. 1562.

QUanta ſit aequitas & bonitas cauſae Joannis Gonſeleti, quae viri exiſtimatio ac dignitas, qui & de ſede apoſtolica bene meritus ſit, & pontifici max. atque ampliſſimo cuique gratus & jucundus, nemini, cui ipſe, cui res ejus nota ſit, ignotum arbitror; vobis certe notiſſimum eſſe debet. quamobrem ſupervacanea hac commemoratione ſuperſedebo. in quo etſi ne commendatio quidem mea ſit (*b*) neceſſaria, qui ſatis ſit jure b ipſo & multis praeterea ſummorum virorum literis commendatus, tamen, quia eum diligo quam qui maxime, nihilque eſt, quod non ipſius cauſa velim, in Gonſeleto vobis commendando hoc ad vos fungi volui officio literarum. quae quidem literae, ſi quanti vos ipſe, quanti exiſtimationem veſtram facio, tantum apud vos ponderis habuerint, magnus cumulus accedet commendationis (*c*) meae. fui enim ſemper in vos, c merito veſtro, animo ac ſtudio ſingulari; vehementerque cupii, mihi dari facultatem, qua benevolentiam meam erga collegium veſtrum experiri poſſetis. itaque, fretus hac conſcientia animi mei, a vobis vehementer etiam atque etiam peto, ut apud Gonſeletum (*d*), quam debetis, omnem humânitatem d expromatis, eique poſſeſſionem detis juris, honoris, bonorum ſuorum. quo facto, cum opinionem, quam habetis, probitatis & juſtitiae tuebimini, & a multis inibitis gratiam, quorum ſtudia magno vobis & adjumento & ornamento eſſe poterunt,

G 2 tum

(*a*) Metae, ſeu Motae, ſeu Mediomatrſces urbs eſt ampla Lotharingiae ad Moſam, vulgo *Metz*.

(*b*) *non ſit* exempl. & cod. vat. An potui non emendare manifeſtum librariorum mendum?

(*c*) Sive *commendationis* (ut eſt in exempl. & in cod. vat.) ſive *commendationi* (ut mallem) legeris, aliquid tamen in hac ſententia deſiderabis.

(*d*) *Gonſeletum* exempl. Correxi, ut bis ſupra ſcriptum eſt.

tum ipſius pontificis max. (quod caput eſt, & ego veſtra cauſa magnopere laboro) judicium non amittetis. mihi certe facietis gratiſſimum: de quo habebo vobis maximam gratiam. Valete. Romae. pridie id. aprilis. M. D. LXII.

XXIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi. (a)

a

28. apr. 1562. *Archiepiſcopi pragenſis negocium ſibi maximae curae fore, atque adeo confectum jam eſſe.*

b c CUM mihi commendas pragenſium archiepiſcopi (b), caeſaris legati, rem, & hominem (c), quem Romam ea de re miſit, te ipſum, id eſt me, mihi commendas: neque enim mea mihi ſunt, quam tua, chariora. quem archiepiſcopum, quia tuum eſſe intelligo, & ex eo maxime meum, quem tamen

(a) Edidit hanc epiſtolam ante nos Cyprianus in ſuo *Tabulario eccl. rom.* pag. 229.

(b) Is erat Antonius Moglitius moravus, qui Tridentum pridie Kal. febr. hujus anni pervenerat, eo a Ferdinando caeſare, ſuo imperatoris nomine, miſſus orator: de quo homine vide epiſt. *Georgii* d. 3. aug. 1560. & epiſt. *Vere tu* d. 28. ſept. 1560.

(c) Ex litteris card. Putei, ad Hoſium die 25. apr. hujus anni datis, didici, hunc *hominem*, ab archiepiſcopo pragenſi Romam de ſuo negocio Tridento miſſum, fuiſſe Nicolaum Cromerum, eum ipſum, de quo idem archiepiſcopus in litteris ad Pflugium die 19. aug. 1564. (quae litterae exſtant in *Tabul. eccl. rom.* pag. 15.) *Id vero*, inquit, *negotii tum dedi doctori Nicolao Cromero, meo in ſpiritualibus vicario*. At vero hoc tempore, quo Romam miſſus eſt, non niſi ab epiſtolis, ſive, ut ajunt, ſecretarius archiepiſcopi erat. id me concilii legatorum hae litterae, quas ipſe ad card. Borromaeum pertulit, docuerunt: *Credemo, che ſia poco neceſſario, che raccomandiamo a V.S. illuſtriſſ. gli affari di monſignor l'arciveſcovo di Praga, per li quali manda a poſta queſto ſuo ſecretario a Roma: perchè, eſſendo quel ch' egli è, & per ſe ſteſſo & per la perſona, che rappreſenta, ſtimiamo ſenz' altro, ch' egli meriti ogni gratia da noſtro ſignore, & ogni amorevole & corteſe dimoſtratione da lei. tuttavia per introduttione al detto ſecretario, & per teſtimonio della volontà noſtra verſo l'arciveſcovo predetto, havemo voluto far queſte poche righe, pregando V.S. illuſtriſſ. con tutta l'efficacia poſſibile, che ſi degni per amor noſtro ancora ajutarlo di tal maniera col favor ſuo & nella preſtezza della ſpeditione, & nella liberalità della gratia, che habbiamo inſieme con lui da reſtargliene perpetuamente & in particolare obligati. perchè certo queſto virtuoſo prelato è degniſſimo di qualſivoglia gratia di coteſta ſanta ſede; & voſtra illuſtriſſ. ſignoria non deve perdere queſta occaſione: alla quale humilmente ci raccomandiamo. Di Trento il primo d'aprile 1562.*

men jam antea, propter ſingularem ejus virtutem ac dignitatem, in meque benevolentiam, faciebam plurimi, tuebor & juvabo, quantum potero. ergo, pallium (*d*) ut detur archiepiſcopo quam celerrime, quam minimo, id eſt gratis, enixiſſime contendam. tot enim ac tantae ſunt hac una mercede ineundae gratiae, caeſaris, tuae, viri optimi & ornatiſſimi archiepiſcopi, ut me omnem curam & operam meam ad eam rem conferre oporteat, ſi is eſſe volo, qui debeo. non fallam expectationem veſtram, nec deero officio. caetera, quae a pontificis max. liberalitate praeſtari poſſunt, ſpero praeſto futura, praeſertim cum accedat (*e*) ſtudium caeſaris, ac deprecatio tua; quibus nullum gravius pondus poſſet intercedere. Vale. Romae. XIIII. Kal. maji. M. D. LXII.

Spem (*f*) tantummodo certam de petitione archiepiſcopi pra-

(*d*) Franciſcus Antonius Phoebejus in *Inſtitutionibus juris canonici* lib. 1. tit. 6. n. 1. *Quod dictum eſt*, inquit, *per conſecrationem concedi epiſcopo poteſtatem ad omnia ſuae dignitatis officia, limitationem patitur in archiepiſcopis & patriarchis in quibus illud eſt peculiare. ut plenitudinem officii ſui non aſſequantur, niſi pallium receperint a ſummo pontifice* ex c. Niſi ſpecialis 3. de author. & uſu pallii. *unde, eo nondum accepto, non poſſunt convocare concilium, conferre chriſma, dedicare baſilicas, ordinare clericos, epiſcopos conſecrare*, ex c. Quod ſicut 28. §. ſuper eo. de elect. &, *juxta doctrinam Oſtienſis* in Summa de author. & uſu pallii, *omnia reliqua, quae ſine ſacrificio miſſae non perficiuntur. Eſt autem pallium inſigne quoddam, archiepiſcopi vel primatis ornamentum, de B. Petri corpore ſumptum* ex c. Significaſti 4. circa finem de elect. *vel quia ſuper altare B. Petri benedicitur, vel quia a romana ſede confertur, figuratum ad modum torquis, crucibuſque diſtinctum, per quod ſignificatur pontificalis officii plenitudo* cit. c. Niſi de author. & uſu pallii. *Debet igitur illud petere archiepiſcopus & primas (quibus ſolis de jure communi tribuitur: quamvis etiam ex privilegio quibuſdam epiſcopis concedatur) a romano pontifice, qui de priſca conſuetudine illud niſi fortiter poſtulanti non confert* c. Priſca 2. diſt. 100. & ..... *per ſacros canones ſtatutum eſt, ut petere illud debeat intra tres menſes a die conſecrationis, ſi non fuerit antecedenter conſecratus, aut a die confirmationis, ſi fuerit ante conſecratus; alioquin in poenam commiſſa ſibi dignitate cariturus* ex c. Quoniam 1. diſt. 100. *Impetratum autem ſuis petitionibus pallium antequam accipiat, praeſtet neceſſe eſt romano pontifici fidelitatis & obedientiae juramentum, fideique profeſſionem* c. Optatum 4. diſt. 100. & c. Significaſti 4. de elect. &c. Sed monendus eſt obiter lector, videri ignoratam fuiſſe Phoebejo, viro caeteroqui doctiſſimo, romanae eccleſiae conſuetudinem adſervandi in ipſo principis apoſtolorum ſepulcro, quam *confeſſionem* dicunt, ſupra ipſum loculum, in quo S. Petri corpus conditur, compoſita ea *pallia*, quae deinceps archiepiſcopis ac primatibus inde promta diſtribuuntur. Phoebejus autem ideo *de B. Petri corpore ſumta* dicit, *vel quia ſuper altare B. Petri benedicantur, vel quia a romana ſede conferantur.*

(*e*) *intercedat* Tabul.

(*f*) Epiſtolae hanc clauſulam omittit idem Tabul.

pragenſis in literis ad te poſueram. ſed rem paulo poſtea ſumus adepti, ut volebamus. de quo te certiorem faciendum putavi.

XXIV.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Archiepiſcopo Pragenſi. (*a*)

a

18. apr. 1562.

Omnem ſuam operam in archiepiſcopi negocio defert: tum rem confectam ſignificat.

b EGO vero memini libentiſſime auguſtanae conſuetudinis (*b*) noſtrae: tuque ex eo tempore reliquiſti mihi tuae virtutis & humanitatis eximiae jucundiſſimum deſiderium: cujus ex literis illas laudes, quas tum praeſens cognitas valde amaveram, nunc ſumma cum voluptate recognovi. nullius igitur
c mâjor eſſe poſſit apud me gravitas interpretis (*c*), quam tua voluntas, quam mihi ſignificaſti humaniſſimis literis. itaque
d e complectar & Cromerum (*d*), & ejus (*e*) cauſam omni ope ac ſtudio meo. non dubito, quin tueri velit & augere pontifex
f max. beneficium ſuum (*f*), praeſertim (quod ipſe prudentiſſi-
g me ſcribis) in viro (*g*) tali ac tanto, ita de eccleſia Dei merito, hoc tempore in communi piorum cauſa laboranti. tu vero tantum de me tibi pollicere, quantum efficere poſſum. tam

(*a*) Vide ſuperiorem epiſtolam.

(*b*) Auguſtae Vindelicorum jam ante cognitus Truchſeſio Muglitius fuerat.

(*c*) Hoſio, tamquam interprete, uſus Muglitius fuerat, a quo ſua cauſa Truchſeſio per litteras commendaretur; idque etiam ſe feciſſe, fortaſſe in ſua ad eumdem Truchſeſium epiſtola ſignificarat. Ait Truchſeſius, plus apud ſe ponderis Muglitii voluntatem, quam cujuſquam auctoritatem, habere.

(*d*) Nicolaum Cromerum, Romam a Muglitio negociorum ſuorum cauſa Tridento miſſum.

(*e*) Ejus, hoc eſt Cromeri, cauſam dicit eam, quam de Muglitii negocio tractandam Cromerus ſuſceperat.

(*f*) Puto, ſignificari pragenſem archiepiſcopatum, quem Muglitio Pius IV. detulerat. Auxiſſet autem hoc beneficium Pius, ſi eidem Muglitio pallii archiepiſcopalis inſigne ſine ulla impenſa praeterea detuliſſet. de ea enim re impetranda potiſſimum agebatur. Vide ſuperiorem epiſtolam.

(*g*) Non alium ſignificari, niſi ipſum Muglitium, exiſtimo. neque tamen has laudes ſibi ipſe Muglitius tribuiſſe in ſuis litteris credendus eſt. ſed, quum de ſe aliquid tetigiſſet, cur non indignus eo beneficio, quod petebat, videretur, ac praeſertim operam ac labores ſuos in concilii actionibus commemoraſſet, hominis merita ac dignitatem amplioribus verbis atque illuſtrioribus Truchſeſius interpretatus eſt.

Digitized by Google

tam enim libenter omnia tua cauſa ſemper faciam, quam mea ipſius; quem valere & incolumem eſſe cupio. Romae XIIII. Kal. maji. M. D. LXII. His ſcriptis, nondum datis, omnia conſecuti ſumus a ſanctiſſimo domino noſtro, quae optabamus, libentiſſimo & ad unum conſentiente ampliſſimorum patrum collegio. de quo & tibi & mihi ipſi valde gratulor.

XXV.

Julius Pogianus Alphonſo Caraffae Cardinali. (*a*) *a*

Aegre fert, ſibi per occupationes ſuas non licere aſſiduam operam Alphonſo, in eloquentiae ſtudiis inſtituendo, navare. f.° majo ineunte 1562.

SI, quanto ſum in te ſtudio & obſervantia, tantum tibi adjumenti ad comparandam iſtam eloquentiae laudem, cujus cupiditate incenſus es, poſſem afferre, nullius diligentia facilius conſequereris optatum tuum, quam mea. nemini enim concedo, qui te plus & amet & colat, quam ego. ſed huic ſingulari voluntati ſatisfaciendi praeclaro ſtudio tuo non ſolum facultas, quae in me perexigua eſt, ſed etiam tempus eſt impedimento. nam, quo minus tibi aſſiduam operam dare queam, prohibeor multum domeſtica ſcriptione, ſaepe congreſſu amicorum, interdum eorum negotiis, quibus deeſſe potius quidem velim, quam poſſim: ut (*b*) hoc tempore, quo ſum in vaticanum acceſitus a quodam collega tuo. veruntamen hoc incommodum, quantum poterimus, ſcribendi conſuetudine ſarciemus; qua diligentius adhibita, non dubito, quin praeſtanti tuo *b*

(*a*) Videtur haec non tam epiſtola, quam codicillus, Romae ad commorantem Romae Caraſſam ſcriptus. idemque de ſequenti epiſtola *Intelligo* cenſeo. priorem autem hanc ideo in haec aprilis majique confinia conjeci (quum nullum in ea menſis, quo ſcripta eſt, indicium appareat) quod in aliam ejuſdem ad eumdem epiſtolam, extremo junio datam, infraque recenſendam, inciderim, quae mihi poſt hanc pluſquam unius menſis intervallo ſcripta eſſe viſa eſt. De hoc Alphonſo Caraffa, de variaque ejus fortuna, vide Ciacconium cum additionibus Oldoinii.

(*b*) In exempl. voculam *ut* Gratianus expunxit: quae mihi videtur neceſſaria. quum enim Pogianus haec ipſa ſcriberet, & in multiplicium occupationum ſuarum commemoratione verſaretur, commodum acciderat, ut a neſcio quo cardinale (fort. a Borromaeo) in vaticanas pontificias aedes, negocii certe alicujus cauſa, arceſſeretur. eſt igitur particula illa *ut* occupationes ipſas ſuas recenti, immo praeſenti, facto confirmantis.

c tuo ingenio, maximis iſtis naturae quaſi haereditariis (c) ad dicendum praeſidiis inſtructus, Deo approbante, illius optimi pontificis laudibus reſponſurus ſis, cujus cum caeteras virtutes, tum orationis varietatem & ubertatem omnes, qui eum aliquando audiverunt, ſunt admirati. ego te ſi minus, juvenis (d)
d ampliſſime, reliquis rebus, certe amore, quo in te ſum eximio, in iſta ratione aliquid adjuvabo. Vale. M. D. LXII.

(c) Paullus IV. pont. max. patruus fuerat Antonii Caraffae, quem Alphonſus hic noſter habuit patrem. Paulli autem doctrina ac potiſſimum eloquentia ab omnibus hiſtoricis miris laudibus celebrata eſt: inter quos Pallavicinius lib. XIV. *Hiſt. concil. trid.* cap. 9. num. 5. *Hebbe*, inquit, *eminenza nelle lettere, poſſedendo le greche quaſi al pari delle latine, eſſendo praticbiſſimo nella divina ſcrittura, dotto nella teologia, e ſopra modo perito ne'libri del principe di quella ſcienza, ſuo compatriota. ricevette dalla natura un'eloquenza ammirabile. &c.*

(d) Agebat tum Alphonſus aetatis annum viceſimumſecundum.

XXVI.

a **Julius Pogianus Alphonſo Caraffae Cardinali. (a)**

f. majo ineunte an. 1562. *Suam operam ac diligentiam in adjuvandis Alphonſi eloquentiae ſtudiis non defuturam.*

INtelligo, mihi majus officii onus impoſitum eſſe, quam antea ſuſtentabam, declaratione tua ejus voluptatis, qua affectus es, cum profeſſione animi erga te mei, tum promiſſione operae ac diligentiae. non enim poſſum ſine inhumanitatis nota committere, ut ullo loco deſideres rationem inſtituti mei; in qua praeſertim ponas & praeſentis fructum delectationis, & futurae ſpem utilitatis atque exiſtimationis tuae. qua in re etſi mihi ſumma tribuis ea, quae, praeclare mecum ageretur, ſi in me eſſent mediocria, tamen enitendum eſt, ut magnitudine amoris in te mei id efficiam, quod facultate non aſſequor. quae cum animi mei inductio multum olim profuerit eodem
b in genere duobus ampliſſimi iſtius ordinis (b) hominibus, al-
c d teri (c) multo majore aetate, quam tu ſis, alteri (d) paulo minori, utrique tui ſtudioſiſſimo, neutri certe praeſtantiore ingenio

(a) Qui ſuperioris codicilli argumentum cum hujus ſententia contulerit, is facile intelliget, hunc non multo poſt, quam illum, fuiſſe ſcriptum, nec eum temere a me hoc loco eſſe recenſitum.

(b) Cardinalitii.

(c) Cardinali Hieronymo Dandinio. Obiit prid. non. dec. an. 1559. aetatis ſuae L.

(d) Cardinali Roberto Nobilio. Obiit 17. jan. 1559. aetatis ſuae XVIII.

Digitized by Google

genio aut acriori judicio, quid de te ſperare debeo, quem etiam tum, cum apud illos docebam, iidem maxime coli a me & obſervari intelligebant? valebit igitur, ut caetera non adſint, ad id, quod cupimus, naturale quoddam ſtudium meum erga te, cujus tanta vis eſt, ut tibi minime verendum ſit, ne cujuſquam auctoritas aut gratia plus apud me valeat, quam tua. Ratio ſcribendi, quam inſtituiſti, eo mihi jucundior eſt, quo video & celeriores ad inveniendum & ad explicandum uberiores animi tui motus eſſe, quam adhuc exiſtimare potuerim. quamobrem erit haec acceſſio maturioris cujuſdam exercitationis tuae (*e*): tantum abeſt, ut aliquid de reliqua conſuetudine ſtudiorum detrahendum putem. Vale. *e*

(*e*) Hujus loci ſententia non ita expedita atque perſpicua eſt, ut non de aliqua noſtri exemplaris & codicis vat. pravitate verear.

XXVII.

Alphonſus Card. Caraffa Duci Bavariae. (*a*) *a*

Confirmat, quae coram ejus procuratori de ſuis officiis pollicitus fuerat. 1562.

QUod caeteris noſtri ordinis viris faciendum eſt merito tuo, ut operam ac ſtudium ſuum libentiſſime conferant ad omnia tua & privata & publica negotia, id praecipue mihi, ut praeſtem, enitendum eſt praeter caeteros. ſum enim ego is, qui me tibi obſtrictum eſſe intelligam memoria beneficii ſempiterna. quod igitur praeſtanti viro Sigiſmundo Viecheuſero, conſiliario & procuratori tuo, coram pollicitus ſum, me & in ea cauſa (*b*), quam agit apud Pium IIII. pontificem max. & in omnibus, quae ad te pertinebunt, omnia, *b*

 quae

(*a*) Hanc & ſequentem epiſtolam *Scripſeram ad te* ſcripſiſſe Poglanum rogatu ac nomine cardinalis Caraffae ante extremum junium an.1562.non ſine probabili ratione credidi; quumque nihil praeterea explorati de reliquo tempore haberem, utramque ſuperioribus Pogiani ad ipſum datis ſubjunxi.

(*b*) Cauſam, quam apud Pium IV. agebat hic Alberti, Bavariae ducis, conſiliarius ac procurator, ex litteris concilii quinque legatorum Gonzagae, Seripandi, Hoſii, Simonetae, Altaempſii ad eumdem Pium IV. die 6. mart. 1562. datis, quas affero, intelliges: *Queſta noſtra ſarà data alla ſantità voſtra da un conſigliero del ſignore duca di Baviera, il quale con lettere credentiali non ſolo a ciaſcun di noi, ma a queſta ſanta ſinodo ancora, ci ha viſitati tutti inſieme in congregatione generale a nome di ſua eccellenza con parole molto affettuoſe, & piene di religione & di pietà, ſcuſandola di non haver mandato fin' ad hora alcun de' ſuoi al concilio, per difetto di dottori, che* le

quae potero, acturum ſemper ſingulari modo, id nunc etiam affirmo per literas. in quo non ſolum ſummo meo amori & voluntariae cuidam erga te obſervantiae, ſed etiam officii neceſſitati ſatisfaciam. nam, etiamſi minus fortaſſe poſſim, quam vel ob hanc ipſam cauſam maxime cupio, ut aliqua ex parte gratus ac memor ſim tantorum erga me meoſque meritorum, tamen id ſum aſſecuturus, ut eximium meum in te animum eſſe, ſemper appareat. Vale.

te ſiano parſi a propoſito; & promettendo, che non mancherà di quanto conviene a farſi da un principe chriſtiano & cattolico, & divotiſſimo di queſta ſanta ſede. A noi poſcia ha eſpoſto particolarmente la cagione, per la quale il duca ſuo lo manda a Roma, che è, per ſupplicar a voſtra ſantità, che gli voglia fare gratia di alcune decime, & della collatione delli beneficii dello ſtato ſuo, che vacano nelli meſi dell'ordinario; acciochè poſſa provederne & mantener perſone atte ad inſegnar' a' ſudditi dottrina buona, & diffenderli dalla cattiva & perniciosa, che và tanto intorno in queſti tempi: pregandoci in ultimo con molta inſtanza da ſua parte a volerlo co i preghi noſtri ajutar preſſo di voſtra beatitudine a conſeguir l'intento ſuo. Noi pertanto, non potendo mancar di compiacergli per molti riſpetti. che ſi laſciano alla diſcreta conſideratione di voſtra ſantità, & ſpecialmente per queſta dimoſtratione, che che ci ha fatta per mezzo di queſto ſuo gentil'huomo, la ſupplichiamo humilmente, che ſi degni in queſte damande del duca far conoſcere a ſua eccellenza la ſtima, che fa di lei fra tutti i principi di Germania, il piacer, che ſente non ſolo della perſeverante ſua religione, ma della cura, che ha delli ſuoi ſudditi, & finalmente del conto, che per benignità ſua tiene delle noſtre ſupplicationi. Et baciandole con ogni riverenza i piedi, ci raccomandiamo nella ſua ſanta gratia. Di Trento &c. Quos ex his litteris nondum eſſe miſſos ad ad concilium ſuos ab Alberto Bavariae duce oratores intelligimus, ii haud ita multo poſt miſſi ſunt; de quibus Pallavicinius lib. XVI. cap. 6. num. 1. ait: *Il dì appreſſo* (primo di maggio) *arrivarono a Trento due meſſaggieri del duca di Baviera; l'uno con titolo d' ambaſciadore, ch' era il doctor' Agoſtino Paungatner; l'altro Giovanni Cavillonio, teologo della compagnia di Gesù.* De hoc altero, propediem mittendo, ſcripſerat Caniſius ad Hoſium litteris Auguſta datis die XI. apr. 1562. *Reliqua*, inquit, *Iſtuc perſeret doctor noſter Cavillonius, propediem abiturus, quia legatus mittitur a principe Bavariae.*

XXVIII.

Alphonſus Card. Caraffa Duci Bavariae.

1562. *Poſtulata a pontifice max. impetrata eſſe, gratulatur; & occaſionem ſua officia expromendi optat.*

a b Scripſeram ad te (*a*), me & quicquid (*b*) officii mei eſſet in tua cauſa tanto libentius ac diligentius ſemper facturum, quam caeteros, quanto me plus tibi & mea & meorum cauſa debe-

(*a*) Vide ſuperiorem epiſtolam. (*b*) *quid* exempl. & cod. vat. Emendavi.

Digitized by Google

debere intelligerem, quam omnes; & dolere vehementer,
non tantum poſſe, quantum ſatis ſit ad declarandum (*c*) animi c
mei gratiam, quae ſumma eſt. ſed nunc, cum, rebus ex ſententia,
ut arbitror, confectis, ad te redeat vir optimus ac prudentiſſi-
mus (*d*), is, cujus opera Romae uſus es, tibi & de abſoluto d
negotio gratulandum putavi, & optandum, ut mihi aliquando
naſcatur occaſio, quod velim quodque debeam, tibi re ipſa
oſtendendi: cui interea ea & opto & precor, quae principi, no-
ſtrae religionis ac pietatis cultori ac propugnatori, & hujus
ſanctae ſedis obſervantiſſimo, deque me ac meis omnibus opti-
me merito, optanda ſunt.

(*c*) Haud alia eſt codicis etiam vaticani lectio.

(*d*) Sigiſmundus Viecheuſerus.

XXIX.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

Sacrarum virginum cauſam ſe libenter ſtudioſeque ſuſcepturum. 2. maji 1561.

QUod tua cauſa facio libentiſſime, ut ſine retractatione aut
dubitatione ſuſcipiam omnia, quae ad te pertinere intelli-
go, id in his ſacris virginibus juvandis, quas, tibi a
ſanctiſs. domino noſtro (*a*) commendatas, mihi commendas, a
facio etiam libentius. eſt enim non mediocre chriſtianae cha-
ritatis & pietatis officium; neque nos, turbulentiſſimo hoc reip.
tempore, mediocriter illarum deprecatione (*b*) egemus, ad b

recon-

(*a*) Voces *ſanctiſſimo domino noſtro* expunxit in exempl. Gratianus, & pro iis *Borromaeo* ſubſtituit. credidit nimirum, ut ſuſpicor, de commendatiis aliquibus litteris heic agi, quas a pontifice ad Hoſium de re ſacrarum virginum ſcribi minime decuiſſe, intelligebat. itaque mendoſum locum exiſtimans, commendationem ab avunculo ad ſororis filium, cui magis conveniebat, tranſtulit: ſed nihil mutandum eſt. pontifex enim, non Borromaeus, Hoſium quibuſdam ſacris virginibus patronum conſtituerat, eaque ipſa re eas illi *commendarat*. Vide Truchſeſii epiſt. *Nihil mihi*, die 9. aug. 1561. ad eumdem Hoſium datam; in qua illa ſunt: *Heri ſanctiſs. dominus noſter te S. Laurentii in Paniſperna titulo ornatum voluit: quod templum eſt in colle viminali ad thermas Olympiadis cum per ſe in primis religioſum, tum vero etiam nobile ſingulari & caſtitate & pietate ſacrarum virginum, quae eum locum incolunt.*

(*b*) In ejuſmodi virginum deprecatione veteres etiam illi romani magnum praeſidium reip. conſtitutum eſſe cenſebant. Cicero pro Fontejo cap. 36. *Num etiam*, inquit, *de matris hunc* com-

reconciliandam nobis Dei gratiam. quamobrem curabo, ut privilegiorum, ut appellant, formulas ad me mittant; reque cognita, & earum voluntate, dabo operam, ut, quod a ſuperioribus pontificibus illis conceſſum eſt, id ſanctiſſimi domini noſtri auctoritate quamprimum confirmetur. qua de re ago etiam tibi gratias, qui me in iis negotiis adhibeas, quibus adjuvandis non parum ad animae meae ſalutem proficitur. Te ſalvum & incolumem eſſe, cupio. Romae. VI. non. maji. M. D. LXII.

complexu, lectiſſimae miſerrimaeque foeminae, vobis inſpectantibus, avellet atque abſtrahet? praeſertim cum virgo veſtalis ex altera parte germanum fratrem complexa teneat, veſtramque, judices, ac populi romani fidem imploret; quae pro vobis liberiſque veſtris tot annos in Diis immortalibus placandis occupata eſt... Tendit ad vos virgo veſtalis manus ſupplices, eaſdem, quas pro vobis Diis immortalibus tendere conſuevit. cavete, ne periculoſum ſuperbumque ſit, ejus vos obſecrationem repudiare, cujus preces ſi Dii aſpernarentur, haec ſalva eſſe non poſſent.

X X X.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Joanni ab Hoja Epiſcopo Oſnaburgenſi. (a)

2. maji 1562. *Cohortatur, ut ad concilium tridentinum ſe conferat, & ut ne diutius conſecrationem ſuam differat. Ejus mandata ſe curaturum, pollicetur.*

GRata mihi eſt ex tuis literis & laetitia & gratulatio tua conſiliorum & inſtitutae a pontifice max. rationis de conſtituenda rep. chriſtiana. & vero eſt is ita de hac cura & cogitatione ſollicitus, ut in componenda eccleſia defixus ſit, neque recuſet, quin pro Dei gloria ſubeat omne diſcrimen: cujus, ut ſcribis, ſalutares actiones ea, quae debet, laus conſequetur. ſed, ut omnibus propoſitum eſt illius exemplum, ſic etiam omnibus eſt enitendum, ut imitari poſſint, praeſertim iis,

(a) Quaedam de hoc epiſcopo traduntur a Commendono in ſuis ad Borromaeum litteris, Oſnaburgo die 2. jul. 1561. datis. *A li 28. inquit, fui con monſignor d'Oſnaburg in Forſtenau, ſuo caſtello, & hebbi da ſua ſignoria molte informationi di Dania, & ſpetialmente di Suetia: perchè, come hò ſcritto altrevolte a V.S. illuſtriſs. è nato in quel regno, & è fratello cugino del rè, & parla molto ſinceramente & prudentemente, & ſi dimoſtra molto geloſo de la religione catholica, & del ſervitio di noſtro ſignore; & me ha trattato con ogni dimoſtratione di riverentia verſo ſua ſantità & la ſede apoſtolica.*

iis, qui epiſcopali honore praediti ſunt, ut frequentiſſimi con-
veniant ad illud ſacroſanctum concilium. neque enim video,
quae ſatis juſta cauſa poſſit impedire quenquam illo gradu (*b*) b
hominem, quo minus interſit illis actionibus, omnium maximis
maximeque neceſſariis, niſi forte (*c*) aliter aut ferat populorum c
ſalus (*d*), aut pontifici max. (*e*) videatur. quid enim non mo- d e
do praeſentes homines, ſed poſteri, de iis judicabunt epiſcopis,
qui in publico chriſtianae eccleſiae concilio ſe deſiderari pa-
tiantur, neque remedium, graviter aegrotae reip. divinitus
oblatum, ſua praeſentia comprobare aut adjuvare velint? quid
reſpondebunt quaerenti Deo, quamobrem ſubterfugerint neceſ-
ſarium illud epiſcopale munus? equidem ſic intelligo, bono
epiſcopo gratius aut optatius in vita nihil accidere poſſe, quam
ut generali concilio interſit: quibus in actionibus quod quidam
adfue-

(*b*) Epiſcopali nimirum.

(*c*) *fortaſſe* exempl. Emendavi. Rationem attuli ad epiſt. *Georgii* d. 3. maji 1560.

(*d*) Atque hanc quidem cauſam ſive habuerunt, ſive habere ſibi viſi ſunt plerique Germaniae epiſcopi, cur ſibi ad concilium tridentinum non accedendum putarent. Commendonus in litteris, ad Bortomaeum die 11. apr. 1561. Brulla datis, *In queſte lettere*, inquit, *V.S. illuſtriſſ. vederà la mente di queſti principi. ma ſpetialmente quanto a gli veſcovi io per me non credo, che alcuno di loro penſi di venire al concilio: & gli principi heretici fanno ogni opera, perchè non vegnano, per debilitare quanto poſſono, & minuire l'autorità d'eſſo concilio. &, ſe doveranno pur venire, ſarà neceſſario, che prima eſſi veſcovi & prelati ritrovino forma d'aſſicurare gli ſtati loro, collegandoſi inſieme, & con gli principi laici, che reſtano catholici, ſecondo che contra i tumulti del marcheſe Alberto ſi fece con la lega franconica: la quale lega ha inſieme mantenuto lo ſtato temporale di quei veſcovi & ſoſtenuto la religione. di modo che queſt'altri veſcovi anchora così facendo potrebbono ovvero tutti venire al concilio o almeno in gran parte, & queſto con mandato de gli altri, come altre volte è ſtato fotto.*

(*e*) Haec pontificis max. voluntas impedimento fuit, quo minus Truchſeſius noſter, qui tantopere, ut epiſcopi ad concilium convenirent, laborabat, ipſe acceſſerit. at vero id ſibi in votis unice fuiſſe ſatis illa declarant in litteris *Cum multa*, ad Martinum Cromerum die 2. aug. 1561. datis: *Unum quidem illud optarim (quod vereor, ut aſſequi poſſim, ſed tamen ſic opto, ut videar aliter quieſcere non poſſe), ut in illo tridentino coetu ſim doctiſſimorum ac ſanctiſſimorum virorum. quo etſi magis animatus, quam paratus accederem, tamen huic etiam animo, pro ſua incredibili benignitate, fortaſſe aliquid adjungeret facultatis Deus.* Voluit autem pontifex habere apud ſe Truchſeſium, & quod cardinalis eſſet, hoc eſt ex eorum numero, quibus conſiliariis atque adminiſtris cum in reliqua pontificatus procuratione, tum in ipſis concilii tridentini actionibus moderandis, tamquam ſupremum eccleſiae caput, etſi Romae conſiſtens, utebatur, & quod Germaniae patronus apud ſanctam ſedem ab anno 1559. conſtitutus, utilius in ipſa urbe, quam Tridenti, germanorum temporibus adeſſe ac proſpicere poſſe videretur.

Digitized by Google

adfuerunt, & perſonam, ſibi a Deo impoſitam, omnibus probaverunt, multorum ſcriptis ſumma cum laude celebrantur: quos alioqui fortaſſe natos neſciremus. haec eo commemoravi libentius, quod intelligo, te, pro tua religione ac pietate, minime commiſſurum eſſe, ut tridentinum hoc officium tuum requiratur. novi enim ego optimum animum, novi ingenium tuum. quinetiam mihi polliceor, fore, ut non amplius diffe-
f ras conſecrationem (*f*), id eſt comprobationem iſtius ordinis, in quo es Dei benignitate collocatus: quod, non poſſum adduci ut credam, ſine cauſa adhuc non eſſe perfectum. facit enim tua virtus, ut, quae a te vel fiunt vel praetermittuntur,
g eorum (*g*) te rationem aliquam habere ſemper exiſtimem. ſed confido, te primo quoque tempore ſatisfacturum eſſe huic officio; de quo, pro ſummo meo in te amore, vehementer te etiam atque etiam rogo. Capita, quae ad me deſcripta miſiſti,
h conferam cum Commendono (*h*) epiſcopo, & cum Theophilo, aman-

(*f*) Phoebejus libro I. *Inſtitutionum juris canonici* tit. 5. n. 4. *Non poteſt*, inquit, *ante conſecrationem* (epiſcopus) *exercere ea, quae ſunt ordinis, puta, fideles confirmare, clericos ordinare, ſacrum chriſma conficere, virgines, templa, altaria, veſtes conſecrare; ſed ſolum ea, quae ſunt juriſdictionis, qualia ſunt excommunicare, ſuſpendere, interdicere, corrigere, punire, viſitare, ſynodum congregare, beneficia conferre, cauſas audire & cognoſcere, leges ferre, aliaque ſimilia, quae conſecrationis miniſterium non deſiderant, juxta textum* in c. Tranſmiſſam 15. de elect. *Ut igitur quis pleno jure ſuſcepti epiſcopatus fruatur, conſecretur neceſſe eſt, per quod conſummatur ſpirituale conjugium inter ipſum & eccleſiam, quod prius per electionem & confirmationem erat tantummodo initiatum & ratum* ex cit. c. fin. De tranſlat. epiſc. *Debet autem ea conſecratio fieri intra tres menſes, niſi forte inexcuſabilis neceſſitas coëgerit ordinationis tempus amplius prorogari: ut ex concilio calcedonen. decernitur* in c. Quoniam 2. diſt. 75. & *recentius* a Trid. ſeſs. 23. de reform. c. 2. . . . . *Huic conſecrationi tres epiſcopi intereſſe debent de jure ab apoſtolis conſtituto . . . . Ex apoſtolica quoque traditione dimanavit, quod ea conſecratio non niſi die dominico perficiatur . . . . Tribus igitur epiſcopis die dominico congregatis, hora tertia divinum ſacrificium fieri debet, & ſcrutinio ſeu examine praemiſſo . . . . celebrari preces . . . Inde ad ordinationem proceditur: in qua debent duo epiſcopi manus imponere, & tenere evangeliorum codicem ſuper caput & verticem ordinandi, & uno ſuper eum fundente benedictionem, reliqui omnes epiſcopi, qui adſunt, manibus ſuis caput ejus tangere . . . proferendo illa verba: Accipe ſpiritum ſanctum &c.*

(*g*) Voculae *eorum te* aberant ab exempl. & cod. vat. Addidi ex ingenio, tamquam neceſſarias.

(*h*) *Zacinthyo & Theophylo amanter &c.* exempl. Gratianus emendavit *Commendono epiſcopo & cum Theophylo &c.* Sed profecto non alius *Zacynthius*, quam *Commendonus* fuit; qui ab epiſcopatu Zacynthiorum (quemadmodum ab auguſtanorum Truchſeſius *Auguſtanus* dictus eſt) Zacynthius appellari non deſiit, etiamſi eo ſe epi- ſcopa-

Digitized by Google

amanter & diligenter, rebuſque conſideratis ac perſpectis, agam omni ope atque opera mea, ut, quicquid (*i*) confici poſſit, quamprimum conficiatur. omnino nulla re, nullo loco deero ſtudio & cupiditati tuae, cujus cauſa omnia cupio. Vale. Romae. VI. non. maji. M. D. LXII. i

ſcopatu abdicaſſet. Vide epiſt. *Mittit ſanctiſſimus* d. 6. dec. 1560. De Theophilo nihil comperti habeo. Caeterum Commendonus Romam hoc ipſo tempore venerat, legationem ſuam, quam ad caeſarem atque ad Germaniae principes, concilii tridentini cauſa, obiverat, pontifici max. renunciaturus. Habeo hominis hanc ipſam ad pontificem alloquutionem, cujus ſumma tantum quaedam capita Gratianus retulit in commentarium ſuum de *Vita Joannis Franciſci Commendoni cardinalis* lib. II. cap. 4.

(*i*) *quid* exempl. & cod. vat. Non potui non emendare.

XXXI.

Julius Pogianus Antonio Mariae Gratiano. (*a*) a

Ejus litterarum elegantiam atque humanitatem laudat: ad valetudinis curam, & ad Ciceronis ſtudium atque imitationem cohortatur. 8. maj. 1562.

OFficia, ut tu interpretaris, tua, ut ego intelligo, ſtudia ſummae in me humanitatis, quae mihi antea praeſtiteras, vel opportunitate praeſentis conſuetudinis, vel abſens ſuavitate literarum, cumulate nunc, neſcio quomodo, elegantiſſima epiſtola (*b*) reddidiſti. quod ſi aut tu fuiſſes aliquando tui b
diſſimilis, aut non eſſent ſui ſimillimae gentes, quas obiviſti (*c*), c
dice-

(*a*) Menſe martio hujus anni ineunte, Gratianus Commendonum, ſeptemdecim menſium germanica legatione perfunctum, aſſectatus, Tridentum pervenerat. *A Monachio* (inquit ipſe libro XV. *de ſcriptis invita Minerva* pag. 105.) *per Oenipontem, Brixinonem, Bolzanum, venimus Tridentum: ubi frequens jam patribus, & regum legatis chriſtianae reip. concilium habebatur. Sumpta hic paucorum dierum requie, Commendonus, impetrato commeatu, Venetias conceſſit; ego, ipſo ſic jubente, Patavii reſtiti: ubi, repetitis ſcholis, ſoluto liberoque animo, ex biennii intervallo, navantium litteris operam juvenum coetus cupidiſſime reguſtavi.* Patavio igitur ad Pogianum ſuas litteras dederat: quibus hac epiſtola Roma Pogianus reſpondet.

(*b*) Sunt apud me duo latinarum epiſtolarum, a Gratiano partim ſuo ſuo, partim Commendoni nomine ſcriptarum, manu ſcripta volumina, quas in vulgus edere, Deo favente, cogitamus. neque tamen inter eas aut haec, hoc loco ſignificata, aut alia ulla ad Pogianum miſſa reperitur.

(*c*) *Hac nobis peregrinatione* (ait idem Gratianus continuo poſt allatum ſupra

dicerem, te peregrinatione expolitum eſſe. ſed nimirum manſiſti tu idem; qui & in media barbaria mihi conſervaris amorem tuum, nec inquinaris munditiam latini ſermonis. quare fit, ut te, propter excellentem iſtam animi atque ingenii vim, magis deſiderem, neque tibi concedam in cupiditate tui redi-
d tus (*d*). & vero mihi, ad explendam laetitiam, qua ſum affe-
e ctus adventu ad urbem ſummi hujus viri (*e*), quem unum omnium facio plurimi, tu defuiſti; cujus ſpes *languentes*, ut
f ille (*f*) inquit, *literulas* meas ad ſpem novi ſplendoris erexerat. ſed, quando tulit ita ratio valetudinis, ut Patavii reſisteres, cogitatione tui commodi lenio incommodum meum. Quae vero mihi tuus affingit amor, non etiam ego agnoſco, tamen, qualiacunque ſunt, cum licuerit, a me tibi non deerunt: &, ſi illa minus opinioni de me, certe tuae in me benevolentiae reſpondebunt. tu primum inſervi valetudini, quam ex ſermone Aloyſii fratris tui, lectiſſimi juvenis, ſpero jam
g confirmatam eſſe; deinde, quoniam tibi nec ſubito (*g*), opinor, nec multum jam neceſſario ſcribendum eſt, ſed totum id arbitratu tuo faciendum, cura, ut ex Cicerone non modo propriam verborum vim, ſed etiam virtutes orationis effingas. cum enim id naturae eſt, tum vero maxime ſtudii ac judicii tui. non hortabor te pluribus, bona ut noris tua, ne virtuti aut induſtriae tuae videar diffidere; & hoc, quicquid attigi, feci adductus tum praeſtantis ſpe laudis tuae, tum meo in te ſtudio ſingulari. Vale. Roma. VIII. id. maji. M.D.LXII.

XXXII.

ſupra ex libro XV. locum) *ſeptendecim menſes abſumpti ſunt; quibus Germaniam, quanta ab alpibus ad oceanum balticumque mare, & a belgarum ora ad Oderam flumen patet, omnem percurrimus.*

(*d*) In urbem Romam.

(*e*) Joannis Franciſci Commendoni; qui Romam per haec tempora venerat ad renunciandam pontifici max. legationem germanicam ſuam.

(*f*) Cicero ad Tironem epiſt. x. *Litterulae meae, ſive noſtrae, tui deſiderio oblanguerunt. hac tamen epiſtola, quam Acaſtus attulit, oculos paullum ſuſtulerunt.*

(*g*) Cum Gratianus Commendono ſcribendarum litterarum operam in tam longa tamque occupata legatione dediſset, & multum & ſubito ac properanter, hoc eſt negligentius, ſcribere ſaepe coactus fuerat.

Digitized by Google

XXXII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

Gratiarum actionem ſupervacaneam fuiſſe. De quadam perturbatione concilii. De haereticorum inter ſe diſſenſionibus. De novis legatis a pontifice Tridentum mittendis. 9. maji 1562.

TU vero, vir ampliſſime, tecumque pragenſium archiepiſcopus (*a*) mihi nihil debetis; quin ego vobis plurimum debeo: cujus officii mei perſolvendi, quoties (*b*) mihi facultatem aliquam afferetis, toties a vobis me ſummum beneficium accepiſſe, arbitrabor. Quae iſtic agantur (*c*) cognovi equidem ſatis, neque ſine meo magno dolore cognovi. ſed ſpero, fore, ut & praeſentes turbae, &, ſi quae praeterea impendent, quaſi caligo quaedam offuſa a Dei & hominum adverſario, ſpiritus ſancti lumine, cujus nomine concilium indictum & coactum eſt, diſcuſſa, evaneſcant. Flaccus (*d*) quin omnino flacceſcat, divino ſpiritu deſtitutus, non dubito: cujus diſſenſiones (*e*) cum caeteris eo erupturas eſſe, quo debent, confido. Collegas (*f*) hinc

(*a*) Vide epiſt. *Ego vero* d. 18. apr. 1562.

(*b*) *quotiens*,& infra *totiens* exempl.

(*c*) Turbas ſignificat, inter concilii patres excitatas, ſive opinionum diſſidia de epiſcoporum in ſuis ſedibus commoratione, quam reſidentiam dicunt, utrum jure divino praeſcriberetur. Vide Pallavicinium lib.XVI.cap.4. num. praeſertim 19. & 20. Eae turbae contigerant in generali congregatione die aprilis viceſimo.

(*d*) De Matthia Flacco Illyrico vide Ulenbergium in ejus Hiſtoria.

(*e*) Ad hunc locum pertinent illa Hoſii in epiſtola 42. ad marchionem brandenburgenſem datam die 10. dec. 1561. *Scribit ſupplicatorios libellos Flaccus, quibus inſtat & urget mirabiliter, ut in Germania ſynodus habeatur; a qua tamen arceri vult primo chriſtianos omnes, quos per contumeliam vocat papiſtas, deinde ſervetianos, ſovenckfeldianos, antinomos, anabaptiſtas, ſacramentarios, & oſiandrinos; neque cum aliis, quam cum ſynergiſtis, adiaphoriſtis, & majoriſtis ſibi rem eſſe vult. Atqui patres, qui praeſentes adſunt in iſto concilio* (tridentino), *minus duros ſe praeberent, quam Flaccus, nec omnes eos excluderent, quos ille vult excluſos; & eſſet hic non magis cognoſcendi, quam ignoſcendi locus, idque tolerabilioribus conditionibus, quam quas praeceptoribus ſuis proponit Flaccus.*

(*f*) De hac re Pallavicinius lib.XVI. cap.8. num.13. *Il pontefice haveva conſtituita per queſta occorrenza una ſpecial congregazione di ſei eſpertiſſimi cardinali: col cui parere, dopo maturo conſiglio, era venuto in proponimento*

vos alios habituros puto: ex veſtris poſtulatis? an ex tempore reip.? an omnino ex principis voluntate? ſed videbimus. utinam ſint omnia & utilia & ſalutaria reipublicae! quod pro mea parte & optare & precari non deſino. Vale. Roma. VII. idus
g maji. M. D. LXII. (g)

to d' aggiunger nuovi legati, i quali gli valeſſero inſieme a riporre i vecchi in maggior unione, e ad aſſicurarlo d'haver quivi miniſtri liberi da quell' affetto, che ci fà ſembrar ed amar come vero ciò, che prima riputammo e ſoſtenemmo per vero, e ſolo intenti al ſervigio della ſede apoſtolica: al che havevalo confortato ancora lo ſteſſo cardinal Simonetta. pertanto a lui fè ſignificare il Papa dal cardinal Borromeo, che a ciò movevaſi principalmente dal ſuo conſiglio: e rincorollo a reſiſtere, eziandio in faccia, a chiunque de' ſuoi colleghi tentoſſe i pregiudicii della ſede apoſtolica. Per queſta legazione rivolſe l'animo a tre: al cardinal Cicala, ſoprannominato dal titolo, di San Clemente; a quel della Bordiſiera; benchè ſopra lui non veggo, che penſaſſe in principio; ed al Navagero. De hoc pontificis max. conſilio certiores a Borromaeo facti quinque legati concilii in haec verba die 17. maji 1562. extremis ad eumdem Borromaeum litteris reſcripſerunt: *Quanto al mandar in quà nuovi legati, non occorre dir altro, ſe non che noſtro ſignore ſi ſodisfaccia: che mandandoli ſaranno i ben viſti & honorati da noi. rimettendomi io Mantua a quel, che ſcriverò di mia mano a voſtra illuſtriſs. ſignoria; alla quale baciamo le mani & humilmente ci raccomandiamo.* Pallavicinius, ea harum litterarum ſententia commemorata, ſubdit continuo ejuſdem capitis 8. numero 17. *Il cardinal di Mantova ſi rimetteva a ciò, che per altre di ſua mano harebbe ſignificato in quel tema. Di eſſe il tenore mi è ignoto. ma, per quanto ne apparve, e racconteraſſi, è veriſimile, ch'egli allora chiedeſſe licenza in tal caſo dall'ufficio, nel quale non potea rimaner più con decoro; convenendogli ceder il luogo al cardinal Cicala, che il precedeva nell'ordine cardinalizio. E queſta preveduta partenza di quell'ampliſſimo legato recava gran diſpiacere a chi conoſceva ed amava il vero prò del concilio.*

(g) 1560. cod. vat. Mendoſe.

XXXIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

23. maji 1562.

De Petri Soti proximo Tridentum adventu. De Caniſii eodem arceſſitu. De varia patrum concilii ſententia. De Hoſii morbo.

QUantum mihi oneris imponas obſervantiae, cum officia in te mea beneficiorum nomine appellas, intelligo. quo ſane premar onere, niſi & in laurentianis virginibus (a), & in omni praeterea negotio tuo utaris ſtudio & opera

(a) Vide epiſt. *Quod tua* d. 2. maj. 1562.

ra mea. Petrum Sotum (*b*), ſodalem dominicanum (*c*), jamjam iſtic futurum ſpero, nec quicquam illi a te ſejunctum fore, quicum jandiu animum ac ſententiam (*d*) conjunctam habet. ego tamen illum, inflammatum per ſe, meis etiam literis ad eam rationem incendam. Agam item cum Caniſio (*e*), ut ad id *b c* *d* *e*

I 2 tem-

(*b*) Vide epiſtolas *Exploratae* d. 12. jul. 1561. & *Quomodo* d. 19. jul. 1561.

(*c*) *dominicatum* exempl. Correxi.

(*d*) Diſſenſit tamen, nec leviter, ab eo Hoſius non levi de re. Vide epiſt. *Ut pro iis* d. 10. ſept. 1562. & epiſt. *Ita vero* d. 26. ſept. 1562.

(*e*) Petri Caniſii operam Hoſius valde utilem in concilio ac propemodum neceſſariam ducebat. itaque de eo arceſſendo plurimum laborabat, hominemque Tridentum evocare, interprete etiam card. Truchſeſio uſus, non deſinebat. ad Hoſium quid ipſe Caniſius reſponderit, habemus in ejus litteris, Oeniponto die 4. hujus ejuſdem menſis maji datis: *Veni*, inquit, *his diebus Oenipontum, ut novi collegii res appareneur. Venerunt & ex urbe noſtri, amplitudinis tuae humanitatem maxime praedicantes..... Agnoſco & benevolentiam erga me ſingularem, quod meum adventum expectet dignitas tua; cui ego utinam in omni officiorum genere gratum aliquid efficere poſſim. Cur autem hoc tempore non accedam, multae & graves cauſae prohibent. primum, quod huac qualemcumque excurſum ad oenipontanum collegium noſtrum aegerrime potuerim ab auguſtanis meis impetrare; quibus & promittendum fuit, me non deſerturum cathedram ad feſtos dies pentecoſtes, & per octo conſequentes ferias, quae de ſanctiſſimo Chriſti corpore non ſine quotidiana oratione Auguſtae ſolemniter celebrantur..... Omitto, quibus ego curis modo premar, dum collegiis noſtris proſpicere cogor; ut citra illorum grave detrimentum haud facile poſſim abeſſe. Tum novit ſapientia tua, parum a me expectari poſſe & accipi, quod alii & doctiores & rerum germanicarum peritiores non ſuggerant atque praeſcribant. Veniet autem iſthuc non multo poſt praepoſitus noſter generalis: veniet doctor Alphonſus Salmeron; quod utrumque jubeat pontifex max. concilio intereſſe. nec dubito quin ambo ſatisfacturi ſint ſatis & ſuo muneri & bonorum expectationi. Quare majorem in modum oro & obſecro celſitudinem tuam, ut bonam in partem accipiat hanc meam excuſationem; nihilque putet hic a me ſpectari aliud, quam quod ſtudeam divini nominis gloriae, & exiſtimem, plurium ſaluti id profuturum, ſi feſtum diem pentecoſtes Auguſtae potius quam Tridenti celebravero, Chriſto annuente. Aliud eſſe puto, quod per illuſtriſs. cardinalem auguſtanum licet, aliud, quod expedit in praeſenti cauſa. &c.* Contulit ſe tamen Tridentum Caniſius, Hoſii non intermiſſo efflagitatu victus: eòque, medio circiter majo, pervénit; unde non multo poſt, extremo fere junio, diſceſſit. De quo & adventu & abitu Sacchinius in parte II. *Hiſtoriae ſocietatis Jeſu* lib. 6. num. 74. *Cum majo ferme ac junio ibi* (Tridenti) *fuiſſet, propere ad cuſtodiam ſuam* (ad auguſtanos, ſuae curae commiſſos) *receſſerat* (ac tamen Oeniponti menſem quintilem & aliquot ſextilis dies ſubſiſtere, antequam Auguſtam rediret, coactus eſt, ob eas cauſas, quas ipſe in ſuis ad Hoſium litteris in *Tabul. eccl. rom.* relatis pag. 237. 239. 240. partim commemorat, partim ſignificat); *cum Tridenti non modo ad rem communem, ſed etiam ad privatam cardinalis Hoſii ſalutem ejus adventus profuiſſe; qui cum aeger ita decumberet, ut jam ſe ad obitum ſerio compararet, ſtatim ut Caniſius adfuit, morbus abſceſſit: id quod & mirabatur, & precibus ſanctitatique Caniſii cardinalis acceptum palam praedicans referebat.*

f tempus, quod ſcribis, in viam ſe dare velit (*f*) : quem tamen
g a tanta meſſe unum (*g*) non oporteret. ſed, quando id tibi vi-
detur, cujus mihi judicium eſt antiquiſſimum, vocemus homi-
nem Tridentum ; ita tamen, ut, navata iſtic, quam requiris,
h opera, redeat ad inſtitutum. Utinam quadripartita (*h*) epiſco-
porum ſententia in unam coëat rationem, reip. ſalutarem!
quod a ſpiritu ſancto, concordiae & conſenſionis auctore, ſum-
i mis precibus petendum eſt. Proxime coguovi, non bene (*i*) te
habuiſ-

(*f*) Nempe neſciebat Truchſeſius, haec cum ſcribi a Pogiano juberet, adveniſſe jam Tridentum ante aliquot dies Oeniponto Caniſium.

(*g*) Mendi notam contra hunc locum Gratianus in exemplaris margine adſcripſit. mendo certe non caret; in quod codex vaticanus conjurat. ſcripſit fortaſſe tale aliquid Pogianus: *quem tamen a tanta meſſe, unum* omnium maxime utilem operarium, abeſse *non oporteret*. Similiter loquutus eſt in epiſtola *Clamant* d.6. jun. 1562. *Cur iſtic*, inquit, *retinetur Caniſius, proprius auguſtanae meſſis operarius?*

(*h*) *quatripartita* exempl. neque aliter ſcriptam hanc vocem in pleriſque manuſcriptis Cornificii ad Herennium codicibus animadverti. revocavi tamen illam ad pronunciandi atque ſcribendi magis uſitatam receptamque rationem. De qua autem *quadripartita patrum ſententia* ſit ſermo, ignorare me, fateor. ſi *tripartitam* Truchſeſius dixiſſet, illam ego ſignificari dicerem, quam triplicem *de epiſcoporum reſidentia*, utrum ea nimirum jure divino praeſcripta eſſet, concilii patres tulerunt; & de qua ad card. Borromaeum pontificii legati die 20. apr. 1562. ita ſcripſerunt: *La congregatione di queſta ſera ci ha data materia di aggionger alla lettera d'hoggi quanto V.S. illuſtriſs. intenderà per la preſente. undeci congregationi ſono ſtate fatte da noi ſopra quei primi quattro articoli; & ſono ſtate tanto longhe & confuſe, che non era poſſibile a penſar di pigliar ſopra d'eſſe alcuna riſolutione. onde in quella di hoggi havemo fatta alli padri la propoſta, che ſarà quì incluſa, per deſiderio di venirne ad un capo. & dove ſperavamo col modo compendioſo di uſcirne facilmente, ciè riuſcito il contrario: eſſendo ſtata la congregatione più confuſa & tumultuoſa di niun' altra di prima, con non piccolo faſtidio & ſtomaco noſtro. la ſomma della quale è, che i voti ſono ſtati di tre ſorti, cioè, li primi* Placet, *gli altri* Non placet, *& gli altri* Placet, ſi placet ſanctiſſimo domino noſtro papae: *ſecondo la nota, che ne haverà con queſta V.S. illuſtriſs. diſtinta.*

(*i*) De hoc Hoſii morbo card. Borromaeum certiorem card. Simoneta fecerat litteris, ad eum die 14. maj. 1562. datis: *Il card. Varmienſe*, inquit, *eſſendo molto accatarrato è ſtato ſoprapreſo da febre aſſai gagliarda, qua'e da tre giorni in quà non lo laſcia, & pare molto aggravato, ſecondo che intendo. Iddio preſti gratia non lo perdiamo: che certo ſi ſaria perdita ſegnalata nella noſtra religione, quale a queſti tempi ha pochi pari ſuoi & di bontà & d'intelligenza. & in queſta occaſione preſente ſi adoperava in rimuovere il card. di Mantova con vere & efficaci ragioni dalla ſua fantaſia. ſe bene da principio dubitaſſe, non, dichiarandoſi, ne haveſſe a ſeguir grandiſſimo ſcandalo. Hor hora ho parlato col medico, quale mi dice, hoggi ſtar meglio aſſai, & ſperare bene. del che ne ſia pregato Dio.* Si, adveniente Tridentum Caniſio, melius eſſe Hoſio, graviter aegrotanti, coepit (id quod Sac-

habuiſſe: ſed tamen tibi jam eſſe melius. afflixit me prior nuncius, poſterior recreavit. non enim graviorem cauſam ſubeſſe arbitror incommodae valetudinis, ſed illam veterem gravedinem (*k*), cui tua diligentia facile mederis, ac temperantia ipſa caeli gravitatem ſuperas: & commotiunculae (*l*) iſtae magnum ſunt argumentum diuturnae vitae, ut nulla vis, nullus impetus periculoſi morbi timendus eſſe videatur. quod verendum eſt illis, qui nunquam laboraverunt, nunquam ſibi diſplicuerunt, ne opprimantur: &, quod caput eſt, ſervabit te Deus eccleſiae ſuae, in cujus doctrina ac religione multum adjumenti nobis eſt poſitum. Vale. Roma. x. Kal. junii. M. D. LXII.

Sacchinium commemorantem nuper audivimus), ſatis ex his Simonetae litteris die 14. maji datis, poſſumus intellígere, in quod tempus is hominis adventus inciderit.

(*k*) Gravedo, ut docet Celſus lib. 4. c. 2. n. 4. eſt humor, qui, ex capite deſtillans, *nares claudit*, *vocem obtundit*, *tuſſim ſiccam movet &c.* Ital. *Catarro*, *accatarramento*, *ciamurro*.

(*l*) *Commotiunculas* & hoc & aliis harum epiſtolarum locis Pogianus appellat leviculas ac minime periculoſas aegrotationes illas, quibus frequenter hominum valetudo tentari ſolet: neque aliter videtur appellaſſe eas Cicero, cum libro XII. ad Att. ep. XI. ait: *Atticae hilaritatem libenter audio: commotiunculis* συμπάσχω. Itali dicunt *indiſpoſizioncelle*, *alterazioncelle &c.*

XXXIV.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Staniſlao Hoſio Card. Varmienſi.

De confirmata valetudine gratulatur. Auguſtanorum querelas, & religionis detrimentum ex Petri Caniſii abſentia commemorat, &, ut is Auguſtam confeſtim redire permittatur, rogat. 30. maii. 1562.

AGO primum, ut debeo, maximas Deo gratias, qui te ex periculo eripuerit incommodae valetudinis, & in tuto collocarit. cujus rei nuncius cum totam hic exhilaravit civitatem, tum vero maxime pontificem (*a*) & cardinalium collegium, & opti-

(*a*) Exſtant in *Tabul. eccleſ. roman.* pag. 232. cardinalis Borromaei in eamdem ſententiam hae litterae, die 6. jun. 1562. datae: *Etſi incommoda D. V. reverendiſs. valetudo minime periculoſa fuit, tamen ſanctiſſimus dominus noſter, noſque omnes, qui illi omnia proſpera & felicia cupimus, ſumma moleſtia affecti*

& optimum atque ampliſſimum quenque . mihi certe fuit jucundiſſimus , non modo ob eam cauſam , quod in te amando & obſervando neminem mecum conferri poſſe contendo , ſed maxime ob illam , quod nihil gravius accidere poſſe videbatur eccleſiae Dei hoc tempore tua valetudine adverſa ; ex qua cum jam ſis confirmatus , confirmatur etiam noſtra ſpes , quam non parvam ponimus meliorum rerum in tua virtute ac prudentia
b ſingulari ; de quibus ea fama percrebruit (*b*) ex iſtis quaeſtionibus & actionibus , ut magnam laudem ſis conſecutus . Caniſii deſiderium jam auguſtani ſacerdotes ferre non poſſunt , multo minus abſentiam pietas ac religio ; cujus ſtudia , ex quo tempo-
c d re ille Auguſta (*c*) eſt profectus (*d*) , neſcio quomodo refrixerunt ; ut verendum ſit , ne , quod ille aedificium extruebat tanta cura ac diligentia , ſi diutius abfuerit , corruat , multis diſturbantibus . ac meae profecto calent aures querelis multorum , ipſum Caniſium prope neceſſario revocantium . quare velim , ut primo quoque tempore , confecta re , quamobrem iſto fuerat accerſitus , domum redeat . ut enim is tridentinas actiones valde juvet , tamen non tantum boni eſſe poteſt iſtic in ejus praeſentia , quin plus Auguſtae fiat in ejuſdem abſentia mali . Deus amplitudinem tuam confirmet , & valentem ſervet . Roma . III. Kal. junii . M. D. LXII.

XXXV.

fecti ſuimus . quae quidem moleſtia noſtra eo major fuit , quod iſtum morbum publicae etiam cauſae magnum afferre incommodum intelligebamus . nam , ſi unquam fuit tempus ullum , quo ſanctiſs. dominus noſter ejus virtutem cognitam haberet , multumque in ea confideret , equidem ei confirmo , hoc ipſum eſſe illud tempus , quod maxime ejus ſanctitatem ſollicitam habet . quare eam vehementer hortatur , ut valetudini ſuae diligenter ſerviat , eique benedictionem ſingularibus verbis impertit . &c.

(*b*) *percrebuit* exempl. & heic & alibi Emendavi , tum auctoritate veterum mss. codicum , in quibus ita haec vox perſcripta eſt , ut edidimus , tum ratione . nam certe a *percrebreſco* non *percrebui* , ſed *percrebrui* deducendum eſt .

(*c*) *Auguſtae* exempl. Gratianus emendavit .

(*d*) Ineunte majo Oenipontum Caniſius venerat . quam pridem autem Auguſta profectus eſſet , haud equidem ſcio . tantum ex ejus litteris didici , die aprilis undecimo Auguſta ſeſe nondum commoviſſe . Quis non miretur , maji menſis triceſimo hoc die , quo ſcripta eſt haec epiſtola , perlatas jam Auguſta Romam fuiſſe ad Truchſeſium litteras , quibus & de religionis periculis ex Caniſii non multorum certe dierum abſentia , & de auguſtanorum ſacerdotum ob eamdem maerore ac querelis cognoverit ? Nimirum , quemadmodum ex hac ipſa re poſſumus intelligere , & admirandam utilitatem religionis rebus , & incredibilem voluptatem illis hominibus Caniſii praeſentia afferebat .

Digitized by Google

XXXV.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Gherardo Grosbechio Decano Leodienſi.

Leodienſis epiſcopatus adjutorem, ſumma epiſcopi & canonicorum voluntate, eſſe factum, gratulatur. 30. maj. 1562.

HEri cum ad me veniſſet Vonchius (*a*) noſter, mihique dixiſſet, te ab epiſcopo leodienſium, & a collegio tuo iſtius epiſcopatus adjutorem eſſe factum, ea ſum laetitia affectus, quam meus in te amor eximius poſtulabat. & vero ea eſt virtus, pietas ac prudentia tua, domi, foris, atque adeo in hac urbe (*b*) cognita, ut iſte honos tibi deberi videretur. qui cum jure nunc tributus ſit, tu magnam habes laudem ſpectatae ac probatae dignitatis. datus enim eſt is gradus honoris praeſtantibus meritis tuis. epiſcopus vero & collegium tuum iſto de te judicio id conſecuti ſunt, ut ſingularis eorum prudentiae, juſtitiae, bonitatis cujuſdam fama celebretur. ex quo intelligimus, eos demum honores eſſe veros, propter quos ſumma hominum ſtudia commoventur in eos, & a quibus, & in quos profecti ſunt, ut in datis & in acceptis par paene ſit gloria. quod profecto nunc vobis contigit (*c*) & mea & omnium, quibuſcum de iſto facto locutus ſum (locutus autem (*d*) ſum cum multis) ſententia. quare, ut debeo, vehementer laetor, tibique gratulor de iſto munere, quo gerendo & obeundo non dubito, quin te omnibus vel maximis dignum honoribus praebeas. ſed hujus laetitiae & gratulationis ea ratio eſt, ut bona pars ad illos pertineat, quemadmodum dixi, qui, tali & in te ſtudio & de te judicio, & omnium in ſe ſtudia conciliaverunt, & maximam prudentiſſimi judicii laudem ſunt adepti. Vale, & meis verbis ſalutem optimo principi & epiſcopo, quaeſo, impartire. Romae. III. Kal. junii. M. D. LXII.

(*a*) Jo. Vonchius, Roberti a Berges, epiſcopi leodienſium, Romae procurator. Vide epiſt. *Intelligo* d. 2. aug. 1561. & epiſt. *Adventus* d. 9. ſept. 1561.

(*b*) Fuerat aliquamdiu Romae Groſbeckius, & de Belgii epiſcopatuum diviſione cum pontifice max. egerat. Vide epiſt. *Decans* d. 29. oct. 1561.

(*c*) An potius *contingit* Pogianus ſcripſit? Ita credo.

(*d*) *enim* exempl. & cod. vat. Emendavi librarii, ut puto, mendum.

XXXVI.

Julius Pogianus Antonio Mariae Gratiano.

30. maj. 1562.

Latinae eloquentiae laudes perſequitur, & de ejus comparandae ratione praecipit.

PAtavinum (*a*) otium gratulor tibi dupliciter; quod locum nactus es & ad valetudinem tuam aptum, & ad ſtudia maxime accommodatum. &, quoniam ſpero, te ex iſta vel laſſitudine vel gravedine recreatum eſſe, tibi jam ut liceat obſequi ſtudio tuo, id eſt redire in gratiam cum Cicerone noſtro (quem in peregrinatione (*b*) & curſu magis animo, quam conſuetudine tuum fuiſſe, arbitror), de tuorum ratione ſtudiorum tecum per literas, cum mihi coram non liceat, nonnihil colloquendum putavi. Meum igitur judicium ſemper fuit, latine loquendi copiam & elegantiam multum omnibus ingenii facultatibus excellere. quem orationis ſplendorem ſi adhibeant artes atque doctrinae, magnam habent admirationem, cum pari jucunditate conjunctam; ſin minus, alterum, niſi forte (*c*) utrunque, fieri neceſſe eſt, ut vel moleſte loquaces, vel infantes turpiter eſſe videantur. quinetiam ratio ipſa, quae ſine literis conſtare poteſt, ſine commoditate ſermonis vix munus ſuum tueri, vix in propriis bonis haerere queat. porro maximum prudentis conſilii argumentum eſt accurata & polita oratio; quam qui contemnunt, eos ne in hominum quidem numero habendos cenſeo, qui humanarum & cogitationum & actionum ducem abjiciant. quod ſi qui ſunt, qui eam laudem tanti, quanti eſt, faciant, & in illa ab iis petenda, penes quos eſt, elaborent, eos denique ſapere, & plus, quam caeteros homines, intelligere exiſtimo. ſed quotus quiſque eſt, qui bonos nunc legat latinitatis auctores? qui propriorum delectum verborum, qui ornatum concinnitatemque conſectetur? unum, aut ſummum alterum, vel in maximis civitatibus reperias, qui ſpeciem aliquam praeſeferat (*d*) romani ſermonis; ſuccum vero & ſanguinem incor-

(*a*) Vide epiſt. *Officia, ut tu* d. 8. hujus menſis.

(*b*) In qua ſeptemdecim menſes conſumſerat. Vide eamdem epiſtolam.

(*c*) *fortaſſe* exempl. Cur correxerim, cauſam attuli in adnot. ad epiſt. *Georgii* d. 3. maj. 1560.

(*d*) *praeſeferant* exempl. Gratianus emendavit: fortaſſe non neceſſario.

corruptum latinae orationis qui habeat, fere neminem (*e*). nec injuria. libri enim, qui nobis praeſtantis illius laudis & diſciplinam praeſcribunt, & exempla proponunt, paene obſoleverunt. nullus jam eſt in manibus Terentius, nullus Caeſar; ipſe latinae eloquentiae princeps legi deſitus eſt; tota denique jacet antiquitas, optima tum vivendi tum loquendi magiſtra. ad quos igitur plerique ſe contulerunt? pudet, nec omnino licet dicere. ſunt enim iidem barbariae & impietatis auctores (*f*), quorum in diſpari ſcelere par voluntas agnoſcitur. at multis vocabulis auxerunt linguam latinam. utinam non tam portenta, quam verba, ut in religionem, ſic in ſermonem induxiſſent! at incitarunt loquendi & ſcribendi celeritatem; ut illorum ſtudioſi, vel in magnis rebus, ſubita & dictione & ſcriptione ſatisfaciant. primum, ſi id non intelligentium judicio, ſed opinione imperitorum aſſequuntur, nae illi tibi, Gratiane, non ſatisfacient. res mihi praeſtet iſtud (*g*) oportet, non indoctorum opinatio; qui, quoniam id modo probant, quod intelligunt, quis, niſi noſtri diſſimilis, eorum exiſtimationi ſervire velit? datus eſt in perpetuum Ciceroni latinae linguae principatus: qui, & ut quiſque erit Ciceronis ſimillimus, imitandus eſt iis, qui ſibi illud comparare ſtudent decus & lumen ingenii, quo, ſecundum religio-

(*e*) Ut ſua cuique aetas, in ſtudiorum praeſertim ratione, ferme diſplicet! quid dicturum fuiſſe Pogianum exiſtimamus, ſi, cum haec maxime ſcriberet, non & Corradus, & Ferrarius, & Antonianus, & Robortellius, & Sigonius, & Patricius, & Lambinus, & Turnebus, & Muretus, & Maffejus, & Perpinianus, & Nizolius, & Manutius, & innumerabiles alii germanae latinitatis ſtudioſi cultoreſque floruiſſent? quid nos de noſtra hac aetate dicamus? an poſſumus totidem aeque excellentes in latine atque eleganter ſcribendo proferre? Dicerem, ſi judicare de tanta re poſſem.

(*f*) Germani quidam illius aetatis philologi ſcriptores notantur, illi fortaſſe ipſi, de quibus M. Antonius Flaminius in quibuſdam ſuis ad Aloyſium Calinium italicis litteris (quas habes in ejus *Carminum* patavina an. 1743. editione pag. 304.) Verona datis, *Queſte*, inquit, *ed altre cauſe fanno, che lo ſcriver bene, maſſime nella lingua latina, è tanto difficile, che dovremmo mirar quaſi come coſa miracoloſa un buono ſcrittore. ma ſiamo tanto ignoranti, che non ſappiamo diſcernere gli eccellenti dai plebei; e ſubito che l'uomo nelle ſue compoſizioni ſchiva i vocaboli barbari e frateſchi, penſiamo, ch'egli ſcriva ben latino. e di qui naſce, che non ſolamente il volgo, ma eziandio molti, che per le città hanno fama di buona dottrina e di buon giudizio, ammirano lo ſtile di Eraſmo, e del Melantone, e di certi noſtri italiani, li quali non ſeppero mai, nè forſe ſapranno, ciò che ſia la bellezza, la proprietà, la eleganza, la purità e la copia della lingua latina.*

(*g*) Ex *iſtud* exemplaris fecit *iſtue* Gratianus. ego priorem lectionem revocandam cenſui.

b ligionem atque virtutem , nihil eſt in tota dignitate (*b*) praeſtantius . caeteros , ſi ſpectes eloquentiam , ne attingendos quidem puto . nam uno aſpectu (mihi crede) nocent , non ſolum lectione ; & uſu nitorem emendatae orationis inquinant : nullam ſimplicium verborum , nullam conjunctorum rationem habent : ſi quid interdum volunt ornare , deformant . quo in numero
i maxime cavendi ſunt ii (*i*) , quorum & inſtitutis & ſtudiis quod abhorres , tibi gratulor ; eo magis , quod aliquando Patavii conſtitiſti , ubi priſtinum ſtudium revocare poteris tuo arbitratu . habebis iſtic , qui te facultate , qui conſilio juvent : multum valebit urbis auctoritas , in qua iſtius artificii principes quidam noſtra , plures patrum memoria floruerunt . monebit enim te ſummorum virorum recordatio , qui nobis veterem eloquentiae gloriam tanto intervallo retulerunt , Bembi , Sadoleti , Poli , Flaminii , Longolii , multique alii , quos iſtud tranquillitatis & doctrinae domicilium aluit & erudivit . quare iſtam urgebis loci & ſtudiorum opportunitatem ; cujus ego deſiderio ſic teneor , ut , niſi ſperarem , me aliquando in eundem portum ex hac romana jactatione conferre poſſe , reliquam mihi vitam inſuavem
k ducerem . Fulvium Rugerium (*k*) , juvenem humanitatis & officii plenum , quanquam antea multum amabam merito ſuo , tamen complectar nunc etiam ſtudio meo ex tuis literis diligentius . ad ea enim , quae & mea ſponte & libenter facio , mihi ſemper plus & voluntatis & voluptatis afferet commendatio tua . Vale . Roma . III. Kal. junii . M. D. LXII.

XXXVII.

(*b*) Hoc , puto , voluit dicere , *in omnibus rebus , quae dignitatem ſive continent , ſive efficiunt* . verum haud ſcio , an ſatis uſitate .

(*i*) Iterum germani illi philologi notantur .

(*k*) Patria bononienſem ; eum ipſum , qui menſe martio anni 1565. Commendono , cardinali recens creato , purpureum capitis indumentum , quod biretum vocant , a Pio IV. miſſum , in Poloniam detulit . Cum eodem Gratianus , aliquot annis poſt Pogiani obitum , egit de his ipſis epiſtolis Bononiae edendis . ſunt apud me Rugerii litterae , die 20. mart. 1575. Neapolim ad Gratianum , in ea tum urbe Commendoni negociorum cauſa commorantem , Roma datae ; quarum haec eſt particula : *Ditemi , ſe pur volete ch'io porti a Bologna le lettere del Poggiano , per farle ſtampare , come mi diceſte , che deſideravate , ch'io faceſſi* .

XXXVII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

Caniſii praeſentiam religionis rebus Auguſtae magis, quam Tridenti eſſe neceſſariam. 6. jun. 1562.

CLamant & conqueruntur aſſidue pii homines auguſtani, ut me vehementes eorum voces & lamentationes excrucient, laborare ſe fame ac ſiti divini verbi; vereri, ne, hac occaſione (*a*) a
& abſentis educatoris (*b*) ſui, & diuturnae inediae, ſe venenati b
cibi praebitores (*c*) inſinuent: qua peſte domini grex correptus c
intereat. cur iſtic (*d*) retinetur Caniſius, proprius auguſtanae d
meſſis operarius? an, ut in ejus ſalutari (*e*) ſemente peſtiferum e
adverſarius ſemen inſpergat? non eſt ea tua mens, non id conſilium collegarum, a quibus Tridentum is eſt evocatus (*f*) pu- f
blicae ſalutis cauſa. verum, puto, jam iſti muneri ſatisfecit; aut, ſi quid adhuc eſt, quod hominem Tridenti moretur, nihil tanti eſſe poteſt, quo magiſter a diſcipulis, parens a filiis, quos domino peperit & erudivit, diutius divelli poſſe videatur. majus omnino eſt auguſtanum incommodum, quam commodum tridentinum; ut religioni habendum eſſe ſtatuam non remittere hominem in eum locum, quo miſſum eum a domino fuiſſe, fructus (*g*), quem is inde incredibilem tulit, oſtendit. oppri- g

(*a*) *& occaſione abſentis &c.* exempl. Gratianus emendavit.

(*b*) Petri Caniſii, qui ſacrarum concionum tamquam pabulo auguſtanum populum alere, & inſtituere ſolebat.

(*c*) Haereticos concionatores ſignificat.

(*d*) Tridenti.

(*e*) *ſalutaris* exemplar. Gratianus emendavit.

(*f*) De evocando ad concilium tridentinum Caniſio jam inde a ſuperiore anno cogitatum atque actum a pontificiis concilii legatis fuiſſe, declarat caput illud, alibi a nobis recitatum, ejuſdem Caniſii ad Hoſium epiſtolae, die 29. dec. 1561. Tridentum Auguſta datae: *Miror, de me evocando curam ullam eſſe viris maximis, cum ſatis intelligam, me, ſi iſthic adeſſem, idem futurum, quod anſer inter olores. Et judicabit amplitudo tua, expediatne, hunc, quamvis exiguum, operarium auguſtano agro ſubtrahi per quadrageſimam, quod ſane tempus eſt in vinea domini cum fructu laborandi. Statuat interim illuſtriſſimus card. Auguſtanus, quod ex re fore cenſuerit. divinae bonitati & obedientiae ſanctae me totum permittam; & eccleſiae commodis inſerviam, ubicunque vivam, domino cooperante &c.*

(*g*) Fructus ejus, quem Caniſium Auguſtae tuliſſe Truchſeſius ait, indicio eſt etiam haec ad eumdem Caniſium Pii IV. pont. max. epiſtola, die 5. mart. 1561.

mor ego illinc literis auguſtanorum meorum, hinc querelis jeſuitarum ſodalium; qui omnes ſummam Auguſtae jacturam fieri affirmant in abſentia Caniſii. quare, quaeſo, extrudatur iſtinc aliquando, vel ſumma potius ſua voluntate dimittatur. non enim ignoro, quanto cum dolore illinc abſit vir optimus, & in illorum hominum ſalutis cura & cogitatione defixus. erit igitur

1561. data: *Dilecte fili. Ad aures noſtras, dilecto filio noſtro Othone cardinali auguſtano referente, pervenit, quo ſtudio, qua diligentia, qua charitate des iſtbic operam, ut quamplurimos eorum, qui haereticorum fraudibus decepti a recta religione aberrarunt, in ſalutis viam reducas; quantum etiam, ſuperna cooperante gratia, proficias. magnae nobis conſolationi fuit tam optatus nuncius. agimus omnipotenti gratias, qui pro ſua miſericordia tam multos jam, ficut audivimus, per miniſterium praedicationis tuae in eccleſiam catholicam revocavit. Inſta, fili, ut coepiſti, & contere, ut quammaximum animarum lucrum facias: urge tam piam, tam ſanctam negotiationem: noli fatigari in tam ſancto opere, ſedulitatis tuae ab eo, cui famularis, praemium laturus, quod bonis & fidelibus ſuis ſervis promiſit. ſi quid vero a nobis deſideres, quod conferre poſſe credas ad animarum ſalutem, libenti animo quicquid poſtulaveris concedemus. Datum Romae apud S. Petrum &c.* Huic Pii IV. ad Caniſium epiſtolae binas de Caniſio Urbani VIII. litteras libet adſcribere; ex quibus quo hominis virtus ac ſanctitas progreſſa fuerit, quivis intelligat.

Dilecto filio nobili viro Leopoldo archiduci Auſtriae.

Urbanus PP. VIII.

Dilecte fili &c. Vox famae venerantis dum frequentia commemorat Caniſii jeſuitae ſacerdotis miracula, videtur gloriam ipſius Dei enarrare, quem in Sanctis ſuis mirabilem hac quoque aetate praedicari gaudemus. in literis autem nobilitatis tuae, aras & diademata illi flagitantibus, agnovimus non ſolum celebrem tanti viri ſanctimoniam, ſed etiam religioſam auſtriacae pietatis ſollicitudinem, Sanctorum laudibus inſervientem. publica tam glorioſae ſanctitatis teſtimonia authenticis conſignata monumentis ubi ad nos pervenerint, & accurate cognita fuerint in congregatione, quae chriſtianorum rituum negotia curat, nos ſpiritum ſanctum orabimus, qui Sanctorum principatum tenet, ut in tam gravi deliberatione id pontificia auctoritas decernere valeat, quod decus addat eccleſiae catholicae, atque etiam ſolatium afferat nobilitati tuae: cui benedictionem noſtram peramanter impertimus. Datum Romae apud S. Mariam majorem &c. 3. mart. 1629. an. 6.

Venerabili fratri Georgio Friderico, archiepiſcopo Moguntino S. R. I. principi electori.

Urbanus VIII.

Venerabilis &c. Non vulgares meretur laudes ipſa quoque fraternitatis tuae pietas, dum Sanctorum laudibus inſervit. crederis enim ſacras illas virtutes imitari, quas in religioſo ſacerdote Petro Caniſio jeſuita cupis ſolemnibus beatitudinis titulis inſigniri. nos quidem ejus viri gloriam, quem Germania clariſſimum ſapientiae & ſanctimoniae ſydus hujus aetatis tenebris illuxiſſe non ita pridem aſpexit, maximae nobis curae fore, pollicemur. cum igitur ad nos pervenerint publica celebris hujus ſanctitatis acta, & accurate in noſtris magiſtratibus cognita fuerint, nos precibus arbitrium divinitatis explorabimus, eam nobis mentem dari flagitantes, qua ſtatuere poſſimus, quod chriſtiano nomini glorioſum, & gratum ſit fraternitati tuae: cui apoſtolicam benedictionem peramanter impertimus. Dat. Romae apud S. Mariam majorem &c. 3. mart. 1629. an. 6.

Digitized by Google

igitur tuae ſingularis pietatis ac religionis, niſi jam profectus eſt, efficere, ut primo quoque tempore proficiſcatur. maximam ea in re inibis a Deo gratiam, mihi gratiſſimum facies, ſocios jeſuitas magno quodammodo beneficio tibi devinxeris, plurimorum Auguſtae hominum ſalutis cauſa fueris (*b*). non debeo pluribus tecum, praeſertim in eo, quod & ad Dei gloriam, & ad multarum animarum fructum uberrimum pertinet. Cupio, te bene valentem eſſe; quem Deus nobis ſalvum & incolumem ſervet. Romae. VIII. id. junii. M. D. LXII.

(*b*) Haec eſt exemplaris lectio, quam mendoſam Gratianus exiſtimans pro *fueris* ſubſtituit *feceris*: non bene, ut mihi quidem videtur.

XXXVIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

De cooptatione in cardinalium epiſcoporum ordinem. De Ticinii negocio. De patrum in concilio diſſenſionibus. De Caniſio Auguſtam remittendo.

10. jun. 1562.

GRatulatio tua de cooptatione mea in ordinem cardinalium epiſcoporum (*a*) eo mihi jucundior eſt, quo pluris tu apud me es, quam quivis alius. Ticinium (*b*) ego totum complectar, neque ullam apud gratioſos commendationem praetermittam. debeo enim omnia & volo ejus cauſa; praeſertim cum accedat tantum ſtudium & voluntas tua; qui ſi auferres aliquas ea de re commendatitias literas a mantuano cardinale (*c*) ad pontificem, rem multum adjuvares. neque vero prius illas alteras reddemus, quam ab illo venerint literae: etſi illam de canonicatu ſancti Petri ſpem infirmiorem puto, quam alteram. ſed tentandum fortaſſe utrunque, ut alterutrum impetretur. Si quoti-

(*a*) *Cardinalium gradus*, inquit Phoebejus in *Inſtitutionibus* juris canonici, *& ordo triplex eſt. alii enim ſunt epiſcopi cardinales, alii presbyteri, alii diaconi. Epiſcoporum cardinalium tituli olim ſeptem fuerunt; nempe Oſtienſis, Silvae candidae, aliàs S. Ruffinae, Portuenſis, Sabinus, Praeneſtinus, Albanus, Tuſculanus; ad hunc finem primitus inſtituti, ut ſingulis hebdomadae diebus ſuper altare B. Petri miſſarum ſolemnia celebrarent: unde vocati quoque fuerunt cardinales hebdomadarii.... Nunc ſex ſunt; quia titulus S. Ruffinae, auctoritate Caliſti II. unitus fuit epiſcopo portuenſi.* Truchſeſius autem proxime renunciatus fuerat a Pio IV. pont. max. epiſcopus albanenſis. Vide epiſt. *Quantam mihi* d. 22. jul. 1562.

(*b*) Vide epiſt. *Ticinius noſter* d. 5. apr. 1562.

(*c*) Hercule Gonzaga, primo pontificio concilii legato.

Digitized by Google

d quotidie iſtic novae diſcordiarum cauſae oriuntur (d), quae res jam reliqua ſit, in qua ſpem concordiae & tranquillitatis reponamus? cum quidem inde (e) exiſtant diſſenſiones, unde
e communis

(d) Haec per ea tempora potiſſimum controverſia inter patres agitabatur, utrum definiendum diſertis verbis eſſet, concilium illud ipſum, quod Pio IV. pontifice max. habebatur, proſequutio ac continuatio eſſet illius, quod Paullo III. & Julio III. pontificibus maxx. inſtitutum fuerat, nec ne. ita definiri hiſpani volebant, germani nolebant. de qua controverſia cum alias multas litteras, tum has recentes die 26. proxime elapſi maji ad cardinalem Borromaeum pontificii legati dederant: *Noi eravamo in ordine, & havevamo già dato fuori il decreto ſopra nove capitoli della riforma, havendone levati quelli due della reſidenza, & del matrimonio clandeſtino, accioche ſe ne trattaſſe nelle congregationi generali, & ſi terminaſſe & publicaſſe nella ſeſſione di 4. di giugno .... Ma mentre eravamo in queſto penſiero, ſono venute hoggi lettere dall'imperatore a queſti oratori ſuoi quì; nelle quali adduce di molte ragioni, perchè eſſi ci habbiano a diſſuadere, quanto loro ſia poſſibile, del fare eſpreſſa mentione della continuatione .... Et nel medeſimo tempo il veſcovo Delfino ſcrive a noi queſto di più, come credemo anco, che lo ſcriva a V.S. illuſtriſs. che ſua maeſtà dà loro commiſſione, che, quando noi vogliamo pur far la detta mentione, ſecondo la promeſſa, già fattane al ſereniſſimo rè cattolico, & al marcheſe di Peſcara, eſſi oratori non ſolo non vi conſentano, nè vi ſi trovino preſenti, ma ſe ne partano ſubito di quì. Il che quando ſeguiſſe, potemo non ſenza ragione dubitare, che foſſero per farlo ſimilmente gli oratori franceſi: perchè, havendo noi fatto communicare queſti avviſi del veſcovo Delfino con monſignor di Lanſac, egli ne ha moſtrato gran piacere. & un ſucceſſo tale ſarebbe un'aperta diſſolutione di queſto concilio, & un perdere affatta ogni ſperanza di doverſi fare mai più per via di concilio coſa buona. Queſto inoſpettato & improviſo caſo ci ha poſti in grandiſſimo travaglio; perchè, dove tutti eravamo concordi & deliberati di eſſeguire quanto da noſtro ſignore ci era ſtato commandato, così per debito di obedienza, come per parerci il commandamento buoniſſimo & ſanto, vedendo hora con l'eſſeguirlo tutto queſto concilio disbarattato & in conquaſſo, di commune concordia deliberamo di ſopraſeder da ogni attione, almeno fin' a tanto, che haveſſimo riſpoſta della preſente lettera, che mandamo in tutta diligenza: &, ſopravenendo il giorno della ſeſſione, far come fu fatto nell'altra, cioè prorogare la publicatione delli decreti già formati fin' alla ſeſſione ſubſequente; la quale penſareſſimo di porre al mezzo o al fine di luglio alla più longa: accioche in queſto tempo ſi poteſſe vedere, ſe al rè cattolico piaceſſe di condeſcendere alla volontà dell'imperatore; come pare, che ſi ſperi, che ſia per fare, per una lettera ſcritta dal conte di Luna al marcheſe di Peſcara, della quale l'agente di eſſo marcheſe, che è quì, manderà copia coſtà all'ambaſciatore Vargaſ. In queſto noſtro penſiero ſiamo ſicuri, che non mancheranno delle difficoltà: perchè gli ſpagnuoli & loro ſeguaci italiani, & altri faranno rumore, & inſteranno, che ſi prometta eſpreſſamente in queſta ſeſſione vacua di trattar immediatamente l'articolo della reſidenza, ſenza interporvi altro trattato. Ma per noi non ſi mancherà di fare quanto ci ſarà mai poſſibile, perchè queſta coſa paſſi di queſta maniera quietamente; benchè non ne habbiamo molta ſperanza, a dir il vero; vedendo con quanta oſtinatione di animo ricerchino queſta reſidenza diſputata al modo, che loro hanno propoſto. &c.*

(e) Id eſt, ab oecumenico concilio.

munis reip. chriſtianae conſenſus expectatur . vereor , ne gravius aliquid apud Deum offenderimus , quod jam ſalutaria remedia ad perniciem convertuntur . veruntamen, vel in deſperatis rebus, non eſt de immenſa Dei miſericordia deſperandum . Caniſium jam Tridento profectum (*f*) puto: ſin minus, demi- *f*
ror; nec, qui ei ſunt in mora, extra culpam jam eſſe poſſunt; cum propter ejus abſentiam multum auguſtana religio accipiat detrimenti (*g*) . mitto , quod Sotus noſter (*h*) , & Salmero- *g h*
nus (*i*), optimi ac doctiſſimi viri, praeſentes iſtic, faciunt , ut *i*
Cani-

(*f*) Atqni nondum peofectus erat, nec niſi extremo fere hoc menſe junio Tridento diſceſſit.

(*g*) Vide epiſtolam ſupeeiorem .

(*h*) De Petro Soto , inſigni dominicanae familiae theologo atque ornamento , vide epiſt. *Exploratar* d. 12. jul. 1561.

(*i*) Die 4. ſuperioris menſis maji Caniſius ad Hoſium Oeniponto ſcripſerat , Alphonſum Salmeronium ad concilium non ita multo poſt cum Jacobo Laynio venturum . ait enim : *Veuiet autem iſthuc non muito poſt praepoſitus noſter generalis ; veniet doctor Alphonſus Salmeron : quod utrumque jubeat pontifex max. concilio intereſſe . nec dubito , quin ambo facturi ſint ſatis & ſuo muneri & bonorum expectationi* . Roma autem Tridentum proficiſcentem Salmeronium hiſce ad concilii legatos litteris card. Borromaeus peoſequutus eſt : *Noſtro ſignore manda coſtà per uno de' ſuoi teo'ogi il P. maeſtro Salmerone della compagnia di Gesù , preſente exhibitore : della bontà & dottrina del quale , & della molta eſperientia , che ha nelle coſe conciliari , non accade , che io mi eſtenda in far iungo teſtimonio alle ſignorie voſtre illuſtriſſime : eſſendo egli tale , che da sè ſi farà conoſcere ogni dì meglio. ma ſolo dirò , che a ſua ſantità ſarà grato , che lo accarezzino, & che ne facciano quella ſtima , che conviene , dandagli il luogo , che ha havuto altre volte in concilio , & che ſe gli deve , come a teologo mandato da ſua ſantità . & non eſſendo la preſente per altro , alle ſignorie voſtre illuſtriſſime bacio humiliſſimamente le mani . Di Roma a li 6. di maggio 1562.* De Salmeronii ſanctitate atque doctrina luculentum teſtimonium exſtat in Hoſii *Vitae* libro III. cap. 12. quam Stanislaus Reſcius conſcripſit . ibi enim haec leguntur : *Idque etiam epiſtola quadam ſua teſtatur vir notiſſimae pietatis, verbo & opere potens , & in nos ſuaviter effuſus , Alphonſus Salmeronus , unus ex illius ſociis atque diſcipulis , qui primus Pauli & Joannis apoſtoli praecepta ſecutus , fideles Dei in ſocietatem filii ejus Domini noſtri Jeſu Chriſti convocavit , totque tam pios , tam doctos , tam utiles , tam neceſſario tempore filios & deſenſores eccleſiae Dei peperit , patris Ignatii Lojolae* . Sed luculentius hominis tum pietati tum doctrinae teſtimonium dant ejus illi in ſacroſancta Chriſti euangelia commentarii , tantopere omnium proborum atque doctorum commendatione celebrati . Abſoluto concilio tridentino , in quo utramque illam , quam diximus , pietatem ac doctrinam univerſo patrum coetui mirifice probarat , Neapolim , unde , ad concilium ventuens, ante diſceſſerat, reverſus , intermiſſas ad populum conciones inſtauravit ; in quibus ſic excelluit , ut in iis regnare diceeetur . quo quidem cardinalis Hoſius reſpiciens , litteras ad eum Heilſperga die 25. ſept. an. 1564. dedit , hoc earum uſus initio: *Primum tibi gratulor , quod veneris in regnum tuum , illud regnum , quod non ſicut alia , ſed κατ' ἐξοχὴν regnum dicitur ,*

k Caniſius non magnopere retinendus eſſe videatur. Laynius (*k*) etſi venturus dicitur, tamen nolim ullo pacto, Caniſium Tridenti

citur, ſicut poëta Virgilius, orator Tullius, philoſophus Ariſtoteles: in quo eu regnare mirabiliter diceris, dum non tam corpora, quam animos hominum tibi ſubjectos habes. quodque magis mirum eſt, ſic in eo regnas, ut regni ſui ee conſortem eſſe rex tuus non modo non moleſte ferat, verumetiam gaudeat. Precor tibi regnum hoc diuturnum, ſimul, ut, poſt illud bene adminiſtratum, juſto cum exercitu multis millibus comitatus ad regnum pervenire queas ſempiternum, & in eo mercedem laborum tuorum conſequaris. &c. De neapolitanis Salmeronii concionibus eſt etiam illud ex Jo. Franciſci Lombardii litteris IX. Kal. aug. 1564. Roma ad Hoſium datis: *Salmeronus eſt Neapoli, & concionatur magno cum fructu.*

(*k*) Tridentum Laynius quamprimum venturus dicebatur jam inde a proximo menſe majo; quo menſe illum eò deſtinatum a Pio IV. pont. max. vulgo innotuerat. cujus menſis die undecimo card. Borromaei litterae miſſae ad eum fuerant, quas ſecum ad concilii legatos deferret, quibus pontificis conſilium de eo ac voluntas declarabatur his verbis: *Queſta mia sarà preſentata alle ſignorie voſtre illuſtriſſime & reverendiſſime dal P. Laynez, prepoſito generale della compagnia di Gesù; il quale di ordine eſpreſſo di noſtro ſignore è venuto coſtà di Francia, dov'era andato con monſignor illuſtriſs. di Ferrara, acciò intervenga al concilio, & dica il voto ſuo non ſolamente come generale, ma anche come teologo di ſua ſantità, ciò è nel modo che farà il P. Salmerone, & come hanno ſotto ambedue le altre volte, che ſono ſtati mandati in concilio dalla ſede apoſtolica. Però ſua ſantità dice, che le ſignorie voſtre illuſtriſſime lo admettano a queſto luogo; & nel reſto ſieno contente accarezzarlo ſecondo che eſſe ſogliono fare, & ch'egli merita per la dottrina, bontà & integrità ſua. Et, non eſſendo la preſente per altro, alle ſignorie voſtre illuſtriſſime bacio humiliſſimamente le mani. Di Roma alli* XI. *di maggio* 1562. At vero Tridentum perveniſſe Laynium non niſi medio circiter auguſto, ex Caniſii ad Hoſium litteris, Oeniponto die ejuſdem menſis tertio datis, ſatis intelligimus; quarum eſt illa particula: *Brevi Auguſtam rediturus videor. nam, cum eſſet Auguſtae praepoſitus noſter* (Laynius) *hoc impetratum audio, ut cito cathedrae* (hoc eſt, habendis e loco ſuperiore concionibus) *reſtitueretur. Aderit ille hoc loco* (Oeniponti), *ſi dominus faveat, intra quatriduum. Tridentum veniet, ni fallor, ante 13. diem auguſti. Res multas & praeclaras in itinere ab illo eſſe confectas, brevi cognoſcemus &c.* Fallitur ergo Pallavicinius, qui, mendoſum quoddam mutinenſium epiſcopi ad card. Moronum litterarum exemplum, in quod ego quoque incidi, nactus atque ſequutus, libro XVIII. *Hiſt. concil. trid.* c. 2. n. 5. Laynium die 23. jul. veniſſe Tridentum tradit. Contra eſt Caniſii proxime allata auctoritas, ejuſdemque altera ex ejus ad Hoſium aliis litteris, die 31. julii Oeniponto datis, nunc afferenda: *Quod etiamnum*, inquit, *haeream Oeniponti, eadem, quae ante fuit, cauſa eſt, cum ex majorum auctoritate diſcedere mihi non liceat, niſi expectato primum adventu patris ac praepoſiti noſtri. Scribit autem ad me D. Zaſius, illum haud procul ab Auguſta conſpectum eſſe: ut idcirco diu quidem a nobis abfuturus non videatur.* Poterat ne die 23. julii Tridentum veniſſe Laynius, qui die 31. ejuſdem menſis, non procul Auguſta paullo ante conſpectus, Oenipontum nondum pervenerat?

Ne illud quidem praetermittam, Laynio, ut item Salmeronio, itemque Soto, quinos & vicenos aureos nummos in ſin-

denti eſſe uſque ad illius adventum. omnino torqueor in ſingu-

Vol.III. L las

in ſingulos tridentinae eorum commorationis menſes ex aerario pontificio ſingulis fuiſſe attributos, totidem nempe, quot tenuioris fortunae epiſcopis. de qua re haec eſt ad card. Gonzagam card. Borromaei epiſtola: *Queſte poche righe ſono per dire a V. S. illuſtriſſ. di ordine di noſtro ſignore, che le piaccia far aggiungere alla liſta delle proviſioni ordinarie li notati qui ſotto, facendo lor pagare ogni meſe la ſomma, che sarà ſimilmente annotata a ciaſcuno d'eſſi. & sarà cominciare ſecondo il ſolito dal dì, che arriveranno a Trento. & le bacio humiliſſimamente le mani. Di Roma alli* XX. *di maggio* 1562.

Il P. Laynez ſc. XXV.
Il P. Salmerone ſc. XXV.
Il P. Fra Pietro Soto ſc. XXV.
C. *Card. Borromeo.*

Tridentum autem medio circiter, ut dicebam, auguſto, ſive, ut Sacchinius in *Laynio* ait, idibus ſextilibus, idem Laynius quum veniſſet, quumque principem illi ſedendi locum inter regularium ordinum praefectos, quos Generales vocant, concilii praeſides deſignaſſent, acriter ab illis repugnatum eſt. itaque de ea controverſia hae ad card. Borromaeum litterae, die ejuſdem menſis viceſimo ab ipſis praeſidibus datae ſunt: *Havemo fatto opera con queſti generali degli ordini per dar' al P. Laynez quel luogo, che a noi pareva, che ſi conveniſſe, eſſendo generale, & prete ſecolare* (presbyterorum ſaecularium nomine ea tempeſtate ſignificabantur, presbyteri ii omnes, qui non monaſticam vivendi rationem profiterentur), *& teologo di noſtro ſignore. ma non è ſtato verſo, che i generali predetti gli habbiano voluto cedere, allegando, che il Laynez, ſe bene è prete ſecolare, è però generale d'una regola, che fa profeſſione; &, quel che più importa, dicono, che in Roma in molte congregationi, che ſi ſono fatte, dove è occorſo, che ſi ſono trovati inſieme, tutti hanno preceduto al Laynez, & il Laynez ſenza conteſa è ſtato ſotto tutti loro a ſedere. E' adunque neceſſario, ſtando la coſa a queſto modo, che ſua ſantità ci faccia ſapere intorno a ciò il voler ſuo: perchè tanto ſi eſeguirà, quanto ella commanderà. non laſciando di dire, che il Laynez nega quanto dicono queſti generali, di eſſere ſtato ſotto di loro. ma dovrà eſſer facile coſtì il chiarirſene.* Quibus legatorum litteris in haec verba die 29. ejuſdem auguſti Borromaeus reſcripſit: *Quanto alle differenze del P. Laynez con gli altri generali, ſi uſerà diligenza di venire in vera cognitione di quel che ricerchi il dovere & la giuſtitia: & ſi farà poi intendere alle ſignorie voſtre illuſtriſſime con le prime; & tra tanto quelle tratterranno le parti con quella deſtrezza, che potranno & ſapranno.* Die autem inſequentis menſis ſecundo ita ad eoſdem concilii praeſides idem Borromaeus ſcripſit: *Quanto alla precedenza del P. Laynez, per quello, che havemo rincontrato qui, egli non farà difficoltà alcuna a ſtar nel luogo, che dalle voſtre ſignorie illuſtriſſ. gli ſarà dato. anzi havemo già inteſo, che loro gli hanno dato luogo appartato, con ſatisfattione di tutti. coſa, che è molto piaciuta a ſua ſantità.* De quo quidem loco, Laynio a praeſidibus aſſignato, Sacchinius in *Hiſtoriae Societatis Jeſu* parte II. lib.6. n.78. illa memoriae prodidit: *Ad litem dirimendam ita rem temperarunt* (concilii praeſides) *ut ipſe extraordinario loco in ſubſelliis epiſcoporum ſederet, verum ſententiam poſtremus generalium diceret. Viſus eſt univerſus ille venerabilium patrum ſenatus id temperamenti probare.* Verum, quum, hujus controverſiae cauſa, falſi de Laynio rumores vulgo ab ipſius, & ſocietatis, cui praeerat, obtrectatoribus diſſeminati eſſent, hominis innocentis ejuſque ſociorum patrocinium iidem concilii praeſides ſibi

eſſe

las horas expectatione ejus diſceſſus. Deum precor, iſtas ut quae-

eſſe ſuſcipiendum putaverunt, hiſce litteris communiter ac publice datis; quarum autographum in hujus collegii noſtri romani bibliotheca adſervatur: ex quo ſumma fide, retentis etiam librarii aliquot mendis, eas deſcripſimus. *Nos Hercules Gonzaga tituli ſanctae Mariae novae, de Mantua, Hieronymus tituli ſanctae Suſannae, Seripandus, Staniſlaus tituli ſancti Pancratii, Varmienſis, & Ludovicus tituli ſancti Cyriaci in thermis, Simonetta, vulgariter nuncupati, S. R. E. presbyteri cardinales, ſacri oecumenici & generalis concilii tridentini praeſidentes, & apoſtolici de latere legati. Intelleximus, non ſine animi noſtri moleſtia, variis in locis & provinciis vano ſane & injuſto rumore jactari, quod R. P. M. Jacobus Laynez, praepoſitus generalis ſocietatis Jeſu, renitentibus & invitis praelatis, ad ſententiam inter eos dicendam ſe ingeſſerit, ac aliarum religionum monaſticarum generales praecedere ſit conatus. Cum autem noſtrarum ſit partium, qui huic ſacroſancto oecumenico concilio, nomine ſedis apoſtolicae, praeſumus, & moderari ea, quae in illo geruntur, & de perſonis in eo ſententiam dicturis, deque ordine ipſarum legitimo cognoſcere, &, cum opus eſt, atteſtari, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus fidem faciendam cenſuimus, prout per praeſentes facimus, quod praedictus pater praepoſitus generalis ſocietatis Jeſu, nullis praelatis contradicentibus, ſed potius exoptantibus, & ſanctiſſimo domino noſtro id ipſum jubente, juxta conſuetudinem jampridem in eccleſia Dei receptam (qua generales religionum cum ſuffragio diffinitivo ad concilia admitti ſolent) & ipſe ut praepoſitus generalis approbatae religionis a nobis eſt admiſſus. Cum autem hujus ſocietatis religioſum inſtitutum praesbyterorum & non monachorum ſit, & de jure praesbyteris & monachis ſua in conciliis loca aſſignari ſoleant, a noſtro ceremoniarum magiſtro, dubitatio exorta eſt, quo in loco pater praepoſitus praeſatus eſſet conſtituendus, num, ut presbyter, ante monachos, an, ut poſterius inſtitutae & approbatae religionis caput, poſt antiquarum religionum capita ſedere, & dicere ſuam ſententiam deberet. Licet autem praepoſitus dictae ſocietatis, praesbyterorum & non monachorum eſſe ſuum inſtitutum, affirmaret & conſtare vellet, quod ad dicendi & ſedendi locum attinet, modeſtia & pacis ſtudio poſtremum inter generales ſe velle declaravit. Nos vero, cum ex aliis conciliis exemplum non haberemus, quippe cum poſt ultimum lateranenſe haec religio praesbyterorum, quae jam latiſſime per chriſtianorum & gentium provincias (Deo, quod coepit, opus promovente) cum maximo animarum fructu patet, inſtituta in eccleſia Dei, & approbata per ſedem apoſtolicam fuerit, nihil de loco legitimo ſtatuentes, extraordinarium locum eidem praepoſito, & e monaſticarum religionum generalibus ſejuncto, ut ſine praesbyterorum praejudicio ſuam ſententiam poſt alios generales diceret, aſſignari juſſimus. Quo in loco ipſe R. praepoſitus ab eo die, quo in generali congregatione primum admiſſus eſt, ſcilicet 21. menſis auguſti praeteriti, ſemper omni animi modeſtia ac quiete ſedit ac ſententiam dixit. in quorum omnium fidem praeſentes manu noſtra propria ſubſcripſimus, & antiquioris noſtrum ſigilli impreſſione communiri fecimus.*

Datum Tridenti die prima novembris 1562.

Her. Card. Mantuanus.
Hier. Card. Seripandus.
Stan. Card. Varm.
Lud. Card. Simoneta.
Ang. Maſſarellus Epiſc. Theleſin. ſac. Con. ſecr. ✠

(Locus ſigilli Herculis Gonzagae praesb. card. mantuan.)

Non

quaeſtiones explicet ipſe ſalutariter, & te ſervet incolumem. Roma. IIII. id. junii. M. D. LXII.

Ne vero miretur lector, nullam quinti legati, hoc eſt card. Marci Altaempſii, ſubſcriptionem in allatis litteris videns, ſciat, illum aliquot ante Kalendas novembres diebus Tridento Conſtantiam, cujus urbis erat epiſcopus, diſceſſiſſe. Pallavicinius libro XVIII. c. 16. n. 1. profectum extremo octobri dicit. ego, in litterarum, concilii legatorum communi nomine ſcriptarum, ſerie, Altaempſii nomen, quod in ſuperioribus ſemper comparet, die primum 22. octobris deſiderari coepiſſe, animadverti.

XXXIX.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Epiſcopo Quinqueccleſienſi. (a)

De falſis ad ſummum pontificem delationibus ſollicitum ac maerentem conſolatur. a 10. jun. 1562.

SEmper habuit invidiam ſpectata virtus, & illi proximi (b) calumniae fere eſſe ſolent, qui caeteris hominibus animi vel ingenii laudibus antecellunt. referta eſt hujus generis exemplorum vetuſtas; plenior etiam, quam deberet, haec aetas. quod ſi non poſſunt non eſſe moleſtae optimis ac praeſtantibus viris falſae criminationes, tamen id minus illis propterea dolendum, quod eſt commune cum multis. ſcio, non deeſſe, quibus tua ſingularia ornamenta praeſtringant (c) & animi & oculorum aciem, qui angantur, qui diſcrucientur, & ad iſta criminum monſtra furore ac rabie quadam exulcerati animi confugere cogantur. at, te illud & in ore & in animo habere, confido: *Feci judicium & juſtitiam: ne tradas me calumniantibus me*. in quo non dubito, quin & is *ſuſcipiat ſervum ſuum in bonum*, & illi *decidant in foveam, quam fecerunt*. non conabor conſolari te, quem, in conſcientia optimae mentis, conſolatione egere, non arbitror: cui etiam, quae a doctrina & a prudentia ſunt, ſolatia notiſſima eſſe, intelligo. apud me omnis purgatio tua ſupervacanea eſt, qui de te ea & ſenſi ſemper & locutus ſum, quae de excellenti pietate ac religione boni ſentire ac loqui ſolent. apud alios,

L 2

(a) Georgio Draſcovicio, caeſaris in concilio tridentino, tamquam Hungariae regis, oratori. Vide epiſt. *Qui tibi* d. 2. jun. 1560. & epiſt. *Satis* d. 28. jan. 1562.

(b) *proximae* exemplar. Gratianus emendavit.

(c) *perſtringant* exempl. Idem emendavit. Sed Dionyſio Lambino in ſuis ad Lucretium adnotationibus neque *perſtringere*, neque *praeſtringere*, ſed *praeſtinguere* probatur, fortaſſe non male: niſi quod non bene Nonio auctore ſententiae ſuae utitur.

alios, quibus notus es, ne excuſatione quidem opus eſſe, exiſtimo: quorum idem de te judicium erit, quod meum. ſed meae partes, ſi res feret, non deſiderabuntur. heri una hac de re
d ad pontificem fui (*d*); cui cum dixiſſem, dolere te vehementer, quaedam falſa de te non ſolum apud eum, ſed etiam apud caeſarem fuiſſe delata, reſpondit is, verum id eſſe: *Nam quaedam*, inquit, *accepimus eum dixiſſe de nobis, quod indignis daremus epiſcopatus; quae & ſunt omnino aliena a veritate, & nobis indigniſſima. Nihil tale*, inquam, *ab illius optimi & ſanctae hujus ſedis, ſanctitatiſque tuae obſervantiſſimi viri ore potuit excidere. malevoli ſunt homines, & plane calumniatores, qui ea vel confinxerunt vel detulerunt: cui rei non modo teſtis eſſe poteſt ejus ante acta vita, ſed omnes praeterea, qui illum noverunt*: in quibus ego id in primis affirmavi. dixi praeterea, graviſſima eſſe hujus rei teſtimonia quinque (*e*) ampliſſimorum legatorum. qua
e in re ſane aequo illo ac benigno uſi ſumus. reſpondit enim, ſe non modo locupletiſſimis illis teſtibus credere, ſed tibi majorem ea in re fidem habere, quam iis, qui rem detuliſſent; confirmavitque, ſe eidem tibi conſervare amorem ſuum. bene igi-
f tur habent omnia. Quod te polliceris, cum agetur (*f*) de emendandis moribus, mutam perſonam non acturum, facies omnino
g ex officio & ex dignitate tua. & quidem res hic ſerio agitur (*g*) & in

(*d*) *Eſſe ad aliquem* pro *aliquem domi ſuae convenire, cum eoque congredi* ſatis latine dici, non arbitror. ſimiliter loquutum, idque non ſemel, Bartolemaeum Riccium in ſuis epiſtolis, animadverti: ut in ea, quae eſt ad Jacobum Azajolium, *Cum heri*, inquit, *eſſemus ad Pignam noſtrum, ac, ut fit, inter loquendum varii ſermones haberentur*. Fluxiſſe hoc ex italicae linguae conſuetudine videtur. recte enim dicimus: *Jeri fui dal tale*. nihil vero tam facile atque uſitatum eſt, quam a latine ſive loquentibus ſive ſcribentibus aliquas vernacularum cujuſque gentis linguarum proprietates in latinum ſermonem per imprudentiam transferri.

(*e*) Herculis Gonzagae, Hieronymi Seripandi, Stanislai Hoſii, Ludovici Simonetae, Marci Altaempſii, concilio, pontificis max. nomine, praeſidentium.

(*f*) In concilio.

(*g*) Huc pertinent illa ex legatorum concilii litteris ad Borromaeum die 17. maji 1562. *Quanto alle particolari inſtruttioni date al Pendaſo, pur intorno alla riforma, non mancheremo di mandarleci ben a mente, & di far ciò, che potremo, per non uſcire di quelle.... Havemo anco inteſo la riſolutione di noſtro ſignore intorno alla fabrica di S. Pietro, & che già del tutto l'ha levata via. la qual coſa per noſtro giudicio ſarà molto a propoſito di queſti tempi. & quì tenemo, che ſarà gratiſſimo, per lo rumore grande, che s'era fatto contro li queſtori ſpecialmente di eſſa fabrica. Similmente non può eſſere ſe non lodevole il penſiero, che ha ſua ſantità di levar via la Crociata, purchè ſi poſſa far ſenza offender l'animo del rè cattolico. ma, quanto al farſi opera quì per noi diſcretamente, perchè alcuno di queſti ſpagnuoli lo propongo*

Digitized by Google

& in eo ſanctiſſimus D. N. eſt acerrimus; ut nullus, vel iniquiſſimis exiſtimatoribus, relictus ſit cuiquam in ea ratione accuſandi locus. Ago tibi gratias, qui me de hungaricis & tranſilvanis rebus tam diligenter feceris certiorem, quibus ſecundum exitum precor. Vale. Roma. IIII. id. junii. M. D. LXII.

ponga qui in concilio, tenemo bene per coſa impoſſibile, che alcun di loro voglia pigliare queſta impreſa, quantunque di eſſa Crociata ſentano & dicano male aſſai. pur un teologo mandato qui da ſua maeſtà ha dato ad un di noi memoria di molte coſe, che hanno biſogno di riforma in Spagna, & ha promeſſo, venendo il conte di Luna, di farle proponere da lui. onde ſi vederà, ſe ſi potrà far qualche coſa in queſto particolare per queſto mezzo. Et rurſus litteris, die 1. jun. 1562. datis: *Laudamo infinitamente tutto quello, che ſua beatitudine ha fatto, così nel rivocare le facoltà delli nontii, come nello ſcrivere in Spagna per conto della Crociata: tutte coſe degne della pia & ſanta mente ſua, & molto al propoſito di queſti tempi.*

X L.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Cardinali Atrebatenſi. (a) a

Henrici Cithardi negocium commendat. 16. jun. 1562.

QUO propenſiore utor benignitate tua, eo fidentius ad te defero, ſi qua in re tua opera egeo aut gratia. quam mihi etiam libertatem dat animus meus, & ſumma cupiditas gratificandi & inſerviendi tibi. res, quam a te impetrare cupio, haec eſt. Henricus Cytardus (b), Cytardi illius (c), nobilis & in primis pii concionatoris, & caeſaris confeſſoris, fratris filius, a ſanctiſſimo domino noſtro canonicatu trajectenſi (d) ornatus eſt. illo beneficio is frui non poteſt, niſi id regis catholici aſſenſione confirmetur. quare, & Cytardi illius, & hujus, qui eſt tanto patruo dignus, & mea in primis cauſa, te vehementer rogo, ut impetres catholici regis, ut vocant, placitum, quo beneficium, a pontifice huic Cytardo datum, regia conceſſione comprobetur. erit res maxime conſentanea ſingulari benignitati tuae, de qua debebo ego tibi maximam gratiam: cui & opto & precor ſalutem & incolumitatem. Roma. XVI. Kal. julii. M. D. LXII.

b c d

XLI.

(a) Antonio Perenotto Granvellano. Vide epiſt. *Quem ad te* d. 21. jul. 1561.

(b) Cognomen hoc non gentilicium eſt, ſed ab origine. Vide epiſt. *Vere tu* d. 28. ſept. 1560. & epiſt. *Satis* d. 28. jan. 1562.

(c) Vide epiſt. *Ego nihil* d. 16. aug. 1560.

(d) Duplex *Trajectum* eſt, alterum *ad Rhenum*, quod etiam *Ultrajectum* dicitur, vulgo *Utrech*; alterum *ad Moſam*, vulgo *Maſtrich*: quod hoc loco ſignificari puto.

XLI.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Vigilio Zuchemo, principi conſilii ſecreti Flandriae.

16. jun. 1562. *Idem ejuſdem Cithardi negocium commendat.*

DEdit pontifex canonicatum trajectenſem Henrico Cytardo, Cytardi illius fratris filio, qui & confeſſor eſt Ferdinandi caeſaris, & verbi Dei apud eundem eloquentiſſimus praedicator. quod ſane beneficium etſi propter patrui merita in hunc Cytardum in primis collatum eſt, tamen is etiam ſuo nomine eſt illo munere dignus. ſed, quoniam non poteſt eo canonicatus beneficio frui, niſi id ratum ſit catholico regi, vel ii, quibus ipſe rex illam facultatem dedit, ſibi factum placere oſtendant, remque comprobent placito, ut dicunt, regio, propterea ſtudium & cupiditatem in neceſſario negotio hujus Cytardi meam ad te deferendam putavi, tibique totam rem commendandam; ut tua & opera & gratia Cytardus canonicatum, regis catholici conceſſione, conſequatur. ſcio, te, pro tua ſingulari virtute, religione, doctrina caeteriſque animi atque ingenii tui praeſtantibus ornamentis, doctorum ac bonorum cauſa velle omnia, ut hunc Cytardum per ſe, maxime vero propter patruum, excellentiſſimum virum, ſis complexurus. me autem quanti ſemper feceris, qui te merito tuo unice jandiu diligo, non ignoro. quare a te vehementer peto, ut rem etiam adjuves mea cauſa. erit id mihi gratiſſimum, tibique habebo de eo magnam gratiam: cui, quicquid poſſum re, ſtudio ac diligentia mea, libentiſſime defero: quem Deus bene valentem ſervet. Roma. XVI. Kal. julii. M. D. LXII.

XLII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

20. jun. 1562. *De confirmata valetudine, & de concilii progreſſu gratulatur. De Caniſii profectione, De Soti conſuetudine.*

NEC laetiora unquam allata ſunt cujuſquam literis, nec opportuniore tempore, quam ea, quae ex tuis literis cognovi, qua de confirmata valetudine tua (*a*), qua de ſpe meliorum

(*a*) Vide epiſt. *Ago primum* d. 30. maji 1562.

rum rerum. in quorum altero gratiarum actione opus eſt. quod enim ex illo morbo, qui omnes, qui recte ſentiunt, me certe, omnium maxime, ſollicitum habebat, convalueris, tali eccleſiae Dei tempore, ſummas Deo gratias ago aſſidue. alterum ejuſmodi eſt, ut preces & vota Deo facienda ſint, quo ſpem iſtam exitu comprobet. me quidem certe rationes, quas colligis, quibuſque nos ad bene ſperandum hortaris, valde movent; nec minus tua auctoritas, qui, tanta & pietate & ſapientia praeditus, vel in rebus difficillimis bono & magno animo ſis: ut tua fretos fiducia nos etiam confidere oporteat. quanquam ego nunquam diffidi. reputavi enim ſemper mecum, eundem eſſe Deum, noſtram (*b*) etiam Dei cauſam. qua in re non dubitabam, quin, ſi quid eſſet in nobis vitii, id cauſae bonitati condonaret. novi, quam multas, quam aſſiduas Dei haeres eccleſia preces faciat in hanc ſententiam: *Ego autem in multitudine miſericordiae tuae introibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. Domine, deduc me in juſtitia: propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam.* quare & in magno timore ſperandum eſt, ſic tamen, ut in ſpe perpetuas adhibeamus preces; ut nobis multa ſuccenſentem dominum exoremus, cujus eſt ſalus, ut ipſe praeclare ſcripſiſti. Caniſium, quia jam in itinere eſſe (*c*) arbitror, proſequor ad ſuum munus redeuntem optimis ominibus. Sotum noſtrum frequentem tecum fore, ſpero; ut, in cogitatione veſtri jucundiſſimi ſapientiſſimique congreſſus atque ſermonis, vobis interdum ſubinvideam. Vale. Roma. XII. Kal. julii. M. D. LXII.

XLIII.

(*b*) Hoc eſt, *noſtram cauſam eſſe etiam Dei cauſam.*

(*c*) Neque tamen adhuc, puto, Tridento diſceſſerat. certe die 18. hujus menſis nondum profectus erat. quo die de quodam germano presbytero, qui in irregularitatem, ut ajunt, incurrerat, ita ad Borromaeum pontificii legati ſcripſerunt: *Laonde noi, che gli havemo compaſſione, & ſiamo beniſſimo di lui informati dal Caniſio, che ce ne rende buon teſtimonio, lo raccomandiamo con ogni efficacia per mezzo di voſtra illuſtriſs. ſignoria alla clemenza & pietà di noſtro ſignore.*

XLIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Palatino Cracovienſi. (a)

a 28. jun. 1562.

Palatinatus honorem illi gratulatur.

b UT primum audivi, te, in Joannis comitis Tarnovii, clariſſimi viri, & illuſtris principis, demortui (b) locum ſuffectum, cracovienſium palatinum factum eſſe, cum mihi pro noſtra amicitia valde gaviſus ſum, tum tibi de eo honore gratulandum putavi. neque enim quiſquam erat, qui illi heroi jure magis ſuccedere deberet, quam tu, qui & ei propinquitate conjunctus, & ipſius laudum ac virtutum aemulus & imitator fuiſti. quare jucundiſſimus hic de te nuncius omnem mihi dolorem abſterſit, quo illius principis morte affectus eram; praeſertim cum te, uxorem ac liberos tuos, in maximo cracovienſium templo, cum primum munus iſtud, virtutis ac nobilitatis tuae digniſſimum, obiviſti, id pietatis ac religionis ſpecimen omnibus dediſſe, cognoverim, quod piorum hominum ſtudium maxime accenderit, reliquos a depravata conſuetudine deterruerit. incredibile eſt, praeclaro iſto inſtituto & exemplo quantam & ipſe laudem conſecutus ſis, & bonis laetitiam dederis. nec vero ſolum regiones iſtas, ſed omnem etiam Italiam immortalis tui facti fama peragravit. quamobrem viges, optime princeps, in ore & in amore bonorum omnium, quo tibi nihil glorioſius, mihi nihil jucundius potuit accidere. quare tibi multo magis etiam hoc nomine gratulor. Deum vero precor, tibi ut ex ejus voluntate & ex tua dignitate honorem iſtum diutiſſime gerere liceat. meum quidem ac meorum ſtudium atque operam in omnibus, quae tibi uſui & ornamento eſſe poſſunt, ita polliceor ac defero, ut a nemine illa tibi promptiora aut paratiora fore, exiſtimem. Vale. Roma. IV. Kal. julii. M. D. LXII.

XLIV.

(a) Quis fuerit palatinus hic cracovienſis, mihi non conſtat. fuit fortaſſe Stanislaus Miſcovvskius.

(b) Vide epiſt. *Vere tu* d. 26. jul. 1561.

Digitized by Google

XLIV.

Julius Pogianus Alphonſo Caraffae Cardinali.

Ad eloquentiae ſtudium, propoſito Paulli IV. pont. max. domeſtico exemplo, cohortatur. extremo jun. ſ. 1562.

Meus in te amor atque obſervantia ſingularis me tui ſtudii oblivisci non ſinit, praeſertim cum illud ad aliquam officii mei partem pertinere, intelligam. memini enim, cum ſaepe antea, tum vero pridie ejus diei, quam ex urbe profectus es (*a*), cum ad te officii cauſa veniſſem, expetere te promiſſum meum, ac monere & hortari me, ut, ubi iſtic conſtitiſſes, aliquid ad te literarum darem. veniſti igitur, quo intenderas. quod ſi vales, ac defeſſus animus tuus tot urbanis laboribus ac moleſtiis, quam quaerebat, in iſtis locis requiem ac tranquillitatem invénit, vehementer & gaudeo & tibi gratulor. non enim dubito, quin vacuus gravioribus curis aliquam iſtius liberi temporis partem impertias iis ſtudiis, quorum cognitionem cum omnibus utilem ac jucundam, tum vero cardinali glorioſam & quodammodo neceſſariam eſſe, non ignoras. quanquam in eo tu, Alphonſe ampliſſime, praecipuam quandam expectationem ſuſtines imitandae domeſticae laudis. nam, cum a Paulo pont. max. cardinalis factus (*b*) ſis, cui ſumma religio ac vitae integritas, cum pari doctrina (*c*) & eloquentia conjuncta, ſummos honores pepererunt, profecto magni illius patrui tui (*d*), cui ſimile nihil

a b c d

 viuit

(*a*) In bovillanum, ut opinor. in ſequenti enim ad eumdem epiſtola leguntur illa: *vis autem, me tibi aliquid ſcribere, quo in iſta ſalubritate & libertate bovillana alatur ratio ſtudiorum tuorum.*

(*b*) Idibus mart. an. 1557. cum ageret aetatis annum decimum ſeptimum.

(*c*) De doctrina & eloquentia Paulli IV. & alibi dixi, & heic Oldoinii, in *Additionibus* ad Ciacconium, verba recitabo: *Litteris erat egregie excultus, & graece latineque ſcientiſſimus. philoſophiam ac theologiam probe norat: ſed antiquorum patrum doctrina praecipue delectabatur. ſacra biblia ad verbum didicerat, ex iiſque graviſſima ſua dicta condire conſueverat. memoria erat adeo tenaci praeditus, ut in extrema etiam ſenectute integras e M. Tullio aut e Virgilio aliiſque auctoribus paginas inoffenſe recitaret. eloquentia fuit incredibili, maxime dum latine diceret. latine enim eloquebatur tam facile, prompte ac nitide, ut italice. quocirca, qui eam linguam probe callerent, erant ei admodum cari.* Quo nomine carum illi etiam Pogianum fuiſſe, & homini id teſtimonium, quod ipſe in proxima epiſtola ſignificabit, dediſſe eum, exiſtimo.

(*d*) Paullus IV. Alphonſi hujus Caraffae magnus patruus, hoc eſt, avi frater fuit. fuit autem Alphonſus Antonii filius, Joannis Alphonſi nepos.

vidit haec aetas, veſtigiis perſequendis, tantum de te judicium tueri debes. neque vero debes, & non vis, neque vis, & non potes. vales ingenio, flagras ſtudio; ut illuſtri tua & natura & cupiditate inſigne iſtuc & nobilitatis & honoris tui ornamentum non maximo labore conſequi queas. ſummum otium inſtar erit multorum magiſtrorum; quorum diligentiam magna ingenia vix deſiderant. quod ſi quis ex collocutione & communicatione fructus poſſit exiſtere, tecum habes, qui te in eo etiam adjuvabunt. haec me cogitatio ſecuritatis & ſtudiorum tuorum ſic delectat, ut nihil mihi ad animi voluptatem gratius poſſit accidere. Quid praeterea ſcribam, vel non habeo, vel, ſi quid ſit, te de eo ab aliis certiorem fieri, arbitror. habes enim, puto, certos & urbanarum & externarum rerum ſcriptores: etſi vel ſine literis omnia tum nunciis tum fama denique ipſa perferuntur. e tantum dicam, nos hic, ineunte paene julio (e) menſe, nondum calere; ut tiburtina & tuſculana ſalubritas & amoenitas, paene etiam ſolitudo, in urbe eſſe videatur. ego amplitudini tuae ſummum ſtudium obſervantiamque praeſtabo; cui incolumitatem ac ſalutem precor. Vale.

(e) Ex hoc loco intellexi, ad extremum junium hanc epiſtolam, nulla temporis adſcriptione notatam, pertinere. de anno, ſtatui non eſſe recedendum ab hoc 1562. quo (ut ex binis Pogiani ad eumdem Caraffam litteris, ſupra ineunte majo recenſitis, appáret) inſtituta haec fuerat inter utrumque latine ſcribendi conſuetudo atque exercitatio.

X L V.

a Julius Pogianus Alphonſo Caraffae Cardinali. (a)

f. jul. ineunte a. 1562. *Paulli IV. memoria quantopere, quamque ob rem delectetur. Quae ſit ratio latinae eloquentiae comparandae.*

CLauſula tuarum literarum meae ad te epiſtolae erit initium: quod enim me mones, ut memoriam Pauli pont. max. colam; equidem nulla cujuſquam rei aeque admonitione delector. nam, praeter communem pietatem, quam ei deberi intelligo ab omnibus, quod & Jeſu Chriſti vicarius fuit, & optime

(a) Non disjunxi hanc epiſtolam a ſuperior. *Meus in te*, quod & ad eumdem, adhuc ruſticantem, ſcripta ſit, & in eodem fere praecipiendi genere verſetur. ſed mihi neque de anno, neque de menſe, ulla certa atque explorata ratione conſtat.

me cepit geſſitque pontificatum , ſunt praeterea praecipuae ac
paene ſingulares quaedam in eo officio meae partes , propter il-
luſtre quoddam a ſummo illo viro mihi tributum praeconium .
quam etſi laudem nunquam agnovi , tamen , quia ab illo fuit ,
cujus ſingulae commendationes vim teſtimonii habere videban-
tur , facile ſenſi , illius honorifica de me oratione mihi eſſe ne-
ceſſitatem impoſitam non minus ejus ſervandae memoriae , quam
colendae virtutis . ſingularem hanc in illum obſervantiam meam
ſi tum , cum certatim omnes ei & vera & ficta ſtudia defere-
bant , cupidius obtuliſſem , vel ſimulata videri potuit illa ſeduli-
tas , vel certe , in tanta multitudine gratioſorum , fuiſſet obſcu-
rior : quae nunc patefacta , non tam ad tempus accommodata ,
quam ad veritatem & ad officium conformata exiſtimari debet .
eadem mihi tecum , ornatiſſime juvenis (quod ad amoris erga
te mei declarationem attinet) paene cauſa & ratio fuit . nam ,
cum amaſſem te , quo die primum vidiſſem , auxit poſtea ſtu-
dium & voluntatem erga te meam, in magna varietate tuorum
temporum (*b*), perſpecta ſumma & acies ingenii & aequitas ani- *b*
mi tui . conſuetudo vero tua , ad quam mihi aditum perhuma-
niter patefeciſti , quia meum de tua praeſtanti & natura & vir-
tute judicium comprobavit , tantum etiam ad amorem & ſtu-
dium adjunxit , ut ad ſummum eorum cumulum nihil jam ad-
di poſſe videatur . utinam is ego eſſem , quem elegantibus , &
eximiam tuam in me voluntatem ſignificantibus literis deſcripſi-

(*b*) Fortunae varietatem in hoc cardinale recognoſce apud Ciacconium in ejus *Vita* : *Sub Pio IV.* , inquit , *ad SS. Joannis & Pauli diaconatum tranſlatus , eodem pontifice mandante , una cum Carolo cardinale patruo ad conſiſtorium proficiſcens , captus , & in Hadriani molem cum aliis propinquis* III. *idus junii anno* 1560. *conjectus , carcerem illum ſumma patientia ſuſtinuit . verum, Carolo cardinale & reliquis majeſtatis reis morti addictis , Alphonſus accuſatus tantum , quod , mortuo Paulo pontifice , quaedam e cubiculo ejus ſurripuiſſet , in centum millium aureorum ſolutione , & camerae apoſtolicae regentatus privatione mulctatus . caeterum , cum ipſius reditus adeo tenues eſſent , ut nullo pacto tantam pecuniae ſummam effundere poſſet , hujus innocentiae miſertus purpuratorum patrum ſenatus , pro eo decem millia aureorum perſolvit . cujus exemplo excitati romanorum proceres , cum certam aliquam partem ſummus pontifex condonaſſet , & ex Antonii patris bonorum venditione collecta pecunia , perſolverunt . hac tamen lege diwiſſus Alphonſus , ne Roma egrederetur . at , ut ſuis maximis & urgentibus neceſſitatibus provideret , & opportunum ſubventionis auxilium invenire poſſet , facultatem ei conceſſit pontifex , ut eccleſioe neapolitanae & monaſteriorum quorumdam , & praepoſiturarum , quarum commendatarius erat , fructus & reditus ad novem annos locare poſſet , & pretium unico contextu & anticipata etiam ſolutione in principio novennii reciperet .*

Digitized by Google

ſti! non enim, quam ſcribis, facultatem & ſuavitatem deſiderares. nunc, quanquam me mei valde poeuitet, tamen, non tam quid ego praeſtare poſſim, cogitare, quam, quanti tu me aeſtimes, & quid ipſe velis, ſpectare debeo. vis autem, me tibi aliquid ſcribere, quo, in iſta ſalubritate & libertate bovillana, nitatur ratio ſtudiorum tuorum. qua in re tantum breviter repetam illud ipſum, quod praeſens olim tecum me egiſſe, memini: primum (c) ut ſtatuta ſint tempora & legendi & ſcribendi tua. nam & didici a ſummis viris, & ſum etiam ipſe expertus, plus adjumenti eſſe in certo nec multo, quam in vario & diuturno tempore. habet enim eadem illa hora ſtudiorum quandam & admonitionis vim & ordinis, qui plurimum in diſcendo poteſt. deinde unum ut legas Ciceronem, operamque des, ut &, quibus ille diverſis verbis eadem cogitata eloquatur, obſerves, &, quod caput eſt meo judicio, ſaepe (d) ut ejus orationem ad alia & ejuſdem & alterius generis ſenſa transferas, quaſique unis ab illo ſumptis veſtimentis res veſtias & ornes innumerabiles. nulla enim eſt exercitatio certior aut uberior; quae diutius diligentiuſque adhibita & prudentiam acuit, & alit eloquentiam. neque vero illos audiendos eſſe unquam cenſui, qui Ciceronis loquendi formulas, ad quod ille ſemel accommodarit, in id modo convenire arbitrantur. in qua ſi ipſe Tullius ſententia fuiſſet, non jam illum copiae & ubertatis magiſtrum, ſed inopiae & jejunitatis auctorem haberemus. quinetiam, ſi iſtorum itineribus ire voluerimus, furta erunt aperta noſtra: cum tamen Cicero praecipiat (e), imitandos eſſe bonos fures, qui eorum, quae furantur, ſigna commutant. quanquam haec magis rerum eſt regula, quam verborum; ut, ſi eandem ſententiam, quam ille efferat, variata oratione proferamus, non ab eo ſumpſiſſe, ſed ipſi inveniſſe videamur. ſed haec praeſentem potius & longum ſermonem deſiderant. quare tantum te hortabor, iſtud ut teneas ſtudendi ſcribendique inſtitutum; neque diffidas, te iſtis exercitationibus, ſi cum illis etiam ſuo tempore divinarum rerum ſtudia conjunxeris, divini (f) illius in dicendo hominis laudi-

(c) Vide paria praecepta; atque iiſdem fere verbis, in epiſtola ad Hannibalem Minalem d.31. mart.1564.

(d) *ſemper* exempl. Emendandum putavi.

(e) Nuſquam praecipit id quidem Cicero. verum M. Piſo apud Ciceronem lib.V. *de fin.* cap. 74. queritur, Stoicos totam ad ſe peripateticorum philoſophiam, diſſimulanter tamen ac callide, tranſtuliſſe, utiturque hoc ſimili: *ut reliqui fures earum rerum, quas ceperunt, ſigna commutant, ſic illi, ut ſententiis noſtris pro ſuis uterentur, nomina, tamquam rerum notas, mutaverunt.*

(f) Non Ciceronem heic, ſed Paullum IV. pont. max. ſignificari, puto.

laudibus reſpondere poſſe ; quem ratio omnibus , tibi quodam-
modo etiam natura (*g*) imitandum propoſuit . incredibile eſt , *g*
quam multi ſint , qui cum magna ſpe iſtud a te expectent &
poſtulent ; quorum judicio non dubito quin ſatisfaciat flagrans
tua & virtutis & gloriae cupiditas : quam ego ſi qua re juva-
re potero , non requires officium meum . ſin illud tibi re per-
ſolvere minus licuerit , hoc ad te & colendum & obſervan-
dum prompto & alacri animo , pro tua benignitate , contentus
eris . Vale .

(*g*) *matura* exempl. Gratianus emendavit .

XLVI.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi .

Caniſium Tridento diſceſſiſſe , gaudet . De Braunſvicenſis 1. jul. 1562.
ducis , & de Naumburgenſis epiſcopi litteris .
De cardinalis Cuevii obitu .

BEne de Caniſio : totumque etiam ex prudentia tua & ex cha-
ritate in illos homines (*a*) , qui eo non facile carebant . *a*
niſi enim ejus reditum vehementer urſiſſent , non fuiſſem ego
nimis moleſtus (*b*) literis de ipſo meis . is quod iſtic ſuo mu- *b*
neri ſatisfecerit , mirifice laetor , & Deo gratias ago . rem Deus
exitu comprobet . Quae de braunſvicenſi (*c*) duce caeteriſque *c*
principibus nunciant literae tuae ex illius ducis literis , de iis
nulla ſpe eſſe non poſſum ; immo vero magna etiam eſſe inci-
pio , quia ipſe non deſperas . ſi res conſecuta fuerit , meliore jam
loco erunt omnia , quam multi verentur . utinam igitur , ut
ſcribis , mature veniant , & eo animo , quo debent ! Numbur-
genſium epiſcopi (*d*) literarum exemplum legi ; de quo quid di- *d*
cam , neſcio . vix enim adducor , ejus ut excuſationes accipiam:
quae etiamſi verae ſint , vix tamen tanti ſint , ut is abeſſe debeat
a concilio , tali tempore . ſed , ut dixi , vix faciunt fidem ejus
lite-

(*a*) Auguſtanos . Vide epiſt. *Clamant* d. 6. jun. 1562.

(*b*) *moleſtiis* exempl. Gratianus emendavit .

(*c*) Hanc lectionem exemplaris retinui ; etſi Gratianus *Brunſvicenſi* emendarit . Ad hunc autem ducem eſt Hoſii epiſtola , die 24. mart. 1562. data , inter editas quinquageſimaſexta .

(*d*) Julii Pflugii . Vide epiſt. *Opportune* d. 7. mart. 1562.

Digitized by Google

e literae. Deceſſit nobis collega noſter Cuevius (*e*) cardinalis, vir, ut ſimplex & ex eo jucundus, ſic probus & pius, & cujus miſericordia multi vivebant. mortuus eſt ex calculo, III. (*f*) Kal. f julii. egentes homines in primis lacrymis illius e vita diſceſſum proſecuti ſunt. Deus amplitudinem tuam ſervet. Roma. Kal. julii. M. D. LXII.

(*c*) *Quevius* pro *Cuevius* Gratianus in exemplari correxit: ſine cauſa. nam, qui apud hiſpanos ſuos *de la Cueva* dicebatur, non *de la Queva*, is latine potius *Cuevius*, quam *Quevius* dicendus. at in epiſtola *Redeuntem*, data 16. aug. hujus anni, in qua *Cuevii* nomen occurrit, nihil in eo idem Gratianus immutavit.

(*f*) Pridie Kal. jul. Henricus Spondanus in *Annal. Eccl.* & Auguſtinus Oldoinius in *Vitis Pontt. & Cardd.* mortuum cardinalem hunc de la Cueva affirmant; atque Oldoinius quidem illud etiam addit *in ortu ſolis*. His ego auctoribus magis credendum, hac quidem in re, quam Pogiano puto. non enim ille criticorum ſollemnis ac tamquam κύριος κείνω, *aequalibus majorem fidem, quam iis, qui poſtea ſcripſerunt, habendam eſſe*, in hujuſmodi actis levioribus valet; quae, ut ferme fieri, Romae praeſertim, videmus, vulgi falſis ſaepe rumoribus jactata, ſine diligentiori rei veritatis inveſtigatione excipiuntur, & ſermonibus ac litteris ſic, ut accepta primum & credita ſunt, recenti re pervulgantur: quae poſtea curioſius ac diligentius inveſtigata, aliter ſeſe habuiſſe, ac falſo primum prodita deprehenduntur.

XLVII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Ferdinando electo Romanorum Imperatori.

Alexandrum Gellium commendat.

9. jul. 1562.

Alexandrum Gellium, amicum meum, qui multos annos in ditione tua, magno tuo ac populorum tuorum commodo, verſatus eſt, tibi valde commendo; & a te peto, ut in beneficii loco parvam quandam ſilvam, nomine Lipao, inter Goritiam urbem ſitam & villam Salconem, ipſi Gellio aſſignes: id, quod iis de cauſis, quas optime cognoſces, eidem tibi & fructuoſum & jucundum fore, ſpero. quare, quicquid eidem Gellio, praeſertim non incommode, commodaris, erit mihi gratiſſimum. quo nomine multum tibi debebo. cui felicitatem precor (*a*). Roma. VII. idus julii. M. D. LXII. a

XLVIII.

(*a*) Haec mihi epiſtola nimis familiariter videtur ſcripta. certe non ita ſolitus eſt ad tantum imperatorem Truchſeſius ſcribere. Vide infra epiſtolam *Quantum mihi* d. 11. hujus ejuſdem menſis.

Digitized by Google

XLVIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Regi Poloniae. (a) a

Studia atque officia ſua prolixe defert. 9. jul. 1562.

CUM ad te redeat Joannes Broniecius (b), admonet me perpetuum meum in te ſtudium & obſervantia ſingularis, ut tibi officium & operam meam, jandiu debitam & oblatam, & Romae & in Germania, & ubicunque aliquid poſſim efficere, ita deferam, ut magno me a te beneficio affectum eſſe ſemper ſim exiſtimaturus, cum me ipſo aut meorum aliquo ad arbitrium tuum uti volueris: cujus pietati ac religioni ut adſit divina benignitas, regnumque iſtud florentiſſimum, ad ejuſdem (c) exemplum, ad veram fidem & ſalutis viam dirigat, a Deo precibus petere non deſiſtam; qui majeſtatem tuam ſervet incolumem. Roma. VII. idus julii. M. D. LXII.

(a) Sigiſmundo Auguſto, Jagelloniae ſtirpis ultimo.

(b) *Boniechus* exempl. Gratianus emendavit.

(c) Subaudiendum eſt pronomen, quod grammatici *primitivum* dicunt, *tui*, conjungendumque cum *ejuſdem*. videtur autem Pogianus prae oculis habuiſſe pervulgatum illud *Regis ad exemplum totus componitur orbis*.

XLIX.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Reginae Poloniae. (a) a

Officioſa epiſtola. 9. jul. 1562.

OCcaſionem, quae mihi oblata eſt reditu in Poloniam Joannis Broniecii, praetermittere non potui, quin veterem meam fidem & obſervantiam, majeſtati tuae ac ſereniſſimo regi addictam, vobis promptam ac paratam deferrem. qua in re ſemper magnum ſignum & veſtri in me amoris, & probationis animi atque officii mei mihi dederitis, cum me ipſo, rebus & hominibus meis ubique & locorum & gentium uti vobis (b) placuerit. reliquas vero partes meas Deum orandi aſſidue, ut religionem ac pietatem veſtram ſecundet, & ad ampliſſimi regni exemplum propáget & amplificet, ſemper tuebor. Te Deus conſervet incolumem. Roma. VII. idus julii. M. D. LXII.

L.

(a) Catharinae, Ferdinandi imperatoris filiae, Iſabellae, quae prius eidem Sigiſmundo Auguſto, Poloniae regi, nupta fuerat, ſorori.

(b) *eis* exempl. Gratianus emendavit.

L.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Comiti Tarnovio.

9. jul. 1562. *Suis litteris non eſſe reſponſum, ſignificat. Promiſſum pumilionem expectare ſe, dicit.*

ETSI magis expectare debebam literas tuas, ad quem jandiu
a ſcripſeram (a), nec reſponſum adhuc ullum habueram,
tamen meum in te ſtudium & inſignis benevolentia fecit, ut
b hanc amittere facultatem ejus hominis (b), qui in Poloniam veniret,
nullo modo poſſem, ſed ut ei ad te breves has literas
c darem; quibus veterem meum amorem in parentem tuum (c),
optimum & clariſſimum virum, in te, illo patre digniſſimum
filium, & paternae virtutis ac religionis, ut ſpero & audio, imitatorem
& propugnatorem acerrimum, teſtarer. quare literae
tantum hae indices erunt veteris voluntatis & benevolentiae er-
d ga te meae; quibus (d), & mutuo tuo in me animo fretus,
e audebo eundem illum etiam nanum (e) poſtulare, cujus cum
mihi magnam ſpem feceris, aliqua ejus etiam ego cupiditate
teneor. cupio enim habere illum, qui meam tui veſtrumque
omnium memoriam perpetuam quidem, ſed tamen ſua praeſentia
renovet: cui, & conjugi tuae, praeſtantiſſimae faeminae, me
& omnia mea deferens, incolumitatem & ſalutem precor. Roma. VII. id. julii. M. D. LXII.

(a) Vide epiſt. *Cum mihi facultas* d.29. nov. 1561.

(b) Joannis Broniecii, ut credibile eſt: de quo in binis ſuperioribus litteris.

(c) Joannem comitem Tarnovium: de cujus morte vide epiſt. *Vere tu quidem* d.26. jul. 1561.

(d) Voluntate nempe & benevolentia mea.

(e) Vide eamdem illam epiſtolam *Cum mihi facultas.* Atque hac eâdem pumilionis cupiditate teneri ſeſe Truchſeſius ad Hoſium quoque, tum in Poloniam rêverſum, ſcripſit litteris die 17. maji an. 1564. Vienna datis: *Mandatum*, inquit, *a dominatione veſtra illuſtriſs. velim alicui, ut puſillum homunculum, quorum apud polonos copia eſt, qui tamen puſillus ſemper permaneat, atque eleganti ſit forma, boniſque moribus praeditus, inveniendi, atque Dilingam uſque ad me ducendi curam ſuſcipiat. Ocreis, pileo, & veſte indutum hungarica percupio. Impenſas reddam omnes, & gratiſſimum habebo.*

LI.

Digitized by Google

L I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Ferdinando electo Roman. Imperatori.

Ad gratulatorias reſpondet, & de lite, ſecundum ſe judicata, certiorem facit. 11. Julii 1562.

QUantam mihi in dies ſingulos non modo cupiditatem addis ſtudii & obſervantiae, ſed etiam neceſſitatem imponis tuae in me benignitatis officiis! qui utilitatem ac di-
gnitatem meam, in hoc honore epiſcopatus albanenſis (*a*) te a
omnium voluntati & cupiditati antelaturum fuiſſe, declaras.
quae cum intelligam, fide quidem & pietate erga te & glorioſam familiam tuam majore eſſe non poſſum, qui (*b*) neque prae- b
terea cuiquam ea in re concedam. ſed tamen flagro cupiditate, mihi ut detur aliqua occaſio ſingularis eximium hunc animum meum tibi re ipſa oſtendendi. in ea certe facultate, quae dabitur, ſuſcipiam ſemper partes meas. preces profecto proprias Deo
facio & faciam pro incolumitate & (*c*) felicitate tua tuorumque c
omnium. Duodecimviri ſacrae rotae (*d*) aliquando poſtremo lo- d
co eluacenſem (*e*) cauſam ſecundum me judicaverunt. de quo e
te, dominum & patronum omnium rationum & fortunarum meարum, certiorem faciendum putavi; cui, rem, praeſertim ex juſtitia, aliquando explicatam eſſe, pergratum fore, mihi perſuadeo: quem Deus perpetuo tueatur. Roma. v. idus julii. M. D. LXII.

(*a*) Vide epiſt. *Gratulatio* d. 10. jun. 1562.

(*b*) Locus certe mutilus & in exempl. & in cod. vat.

(*c*) Hanc voculam addidit Gratianus. namque aberat ab exempl.

(*d*) Maximarum rerum judicia ab his duodecimviris Romae exercentur; quorum tribunal ſive conſilium *Rota* dicitur, quia quaedam tum cauſarum tum judicum ipſorum viciſſitudo ac quidam tamquam orbis ab iis in jure dicundo ſervatur.

(*e*) Fortaſſe legendum *elvvangenſem*. eſt autem oppidum elvvangenſe in Suevia, in quo eccleſia S. Viti; cujus eccleſiae praepoſituram & dominium conſequutus Truchſeſius fuerat (auctore ſive Ciacconio, ſive Oldoinio) jam inde ab anno 1553. Aliquid controverſiae de hac praepoſitura videtur exortum fuiſſe, liſque deinde a duodecimviris Truchſeſio adjudicata.

LII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi. (*a*)

a

24. jul. 1562. *De concilii diſſolutione aut prolatione nihil timendum. Priorem curam docendi, quam exſecrandi, concilii patribus eſſe oportere. Braunſvicenſis ducis litteras remittit.*

b PErturbatum eſſe te iſta perturbatione concilii (*b*), minime miror, virum communis omnium ſalutis amantiorem, quam tuae: quae me etiam res vehementer commovet. ſed diſſolutionis aut prolationis concilii nullus hic timor eſt, ne ru-
c mor quidem (*c*): contra potius, perſpecta voluntate pontificis, magna eſt hominum opinio, bene rem iſtic ituram, & eum futurum exitum tridentinarum actionum, quem optamus. non deeritis rei vos, prudentiſſimi patres, qui concilio praeſidetis: omnes pii conſilia veſtra precibus adjuvabunt: aderit idem, qui ſemper adfuit, Deus. Probatur mihi & tua & Caniſii ratio do-
d cendi prius, quam execrandi (*d*): neque id impedire debet aliquot

(*a*) Habes hanc epiſtolam a Cypriano editam in *Tabul. eccl. rom.* pag. 234.

(*b*) Vide epiſt. *Tu vero* d. 8. maj. 1562. & *Gratulatio* d. 10. jun. 1562.

(*c*) Sunt in eodem *Tabulario* hae card. Borromaei ad Hoſium litterae, die 15. hujus ejuſdem menſis datae: *Ex litteris, quas ad illuſtriſſimas dominationes veſtras communiter dedi, & ex eo, quod archiepiſcopus lancianenſis eiſdem expoſuit, facile intelligere poterit reverendiſs. & illuſtriſs. dominatio veſtra, eos rumores, qui iſtic excitati ſunt, omnino contra ſanctiſſimi domini noſtri ſententiam ac voluntatem fuiſſe commotos: neque ejus ſanctitatem quicquam praetermiſiſſe, ut concitatos aliquot patrum animos ſedaret; tantumque abeſſe, ut quicquam cogitet de ſuſpenſione aut diſſolutione ſacri concilii, ut ſummopere cupiat, iſtic omnia maxime & vehementiſſime agi, quo concilium ad optatum & ſalutarem èxitum perducatur. &c.*

(*d*) De hac re ſcripſerant ad card. Borromaeum pontificii legati die 29. jun. 1562. in haec verba: *Domani cominciaremo ad aſcoltare quel che ſi vorrà dire ſopra i canoni propoſti, & ſopra il volume dato dagli ambaſciatori ceſarei, del quale mandamo copia a voſtra illuſtriſs. & reverendiſs. ſignoria. & le coſe ſono di tal momento, & il tempo così breve, che ogni giorno ci converrà far congregatione due volte: tanto più, che ci è ſtato ricordato, eſſere neceſſario, per conformarſi con gli altri concilii di Trento, d'accompagnare i canoni con qualche dottrina; non baſtando l'anatematizatione ſolamente, ſe non vi è un poco di dottrina inanzi, la quale faccia i canoni più chiari.* Quod autem haec ratio praemittendi canonibus atque anathematis aliquam inſti-

Digitized by Google

quot dierum mora. habet enim res aequitatem & utilitatem; proderit ad reconciliandos animos multorum. non eſt praefe-

N 2 renda

inſtitutionem atque doctrinam tum Hoſio tum Caniſio a Truchſeſio tribuatur, non conſequitur, fuiſſe tum, cum haec epiſtola data eſt, Tridenti Caniſium; quem conſtat ante junii exitum inde diſceſſiſſe. contulerat igitur cum Caniſio, nondum profecto, rationem hanc Hoſius (& fuerat fortaſſe Caniſius is, a quo de ea re admonitos ſe fuiſſe, pontificii legati proxime ſignificarunt), deinde de ejuſdem, jam Tridento profecti, ſententia Truchſeſium docuerat. niſi malumus, hanc Truchſeſii epiſtolam reſponſionem fuiſſe ad eas litteras, quas Hoſius menſe junio, cum Caniſius adhuc Tridenti degeret, ad eum dediſſet. Monebo illud etiam, iis verbis, proxime recitatis ex legatorum litteris, admonitus, *per conformarſi con gli altri concilii di Trento*, unum modo concilium tridentinum exſtitiſſe; ſed, quum id ſaepe interpellatum atque intermiſſum, rurſumque inſtauratum fuiſſet, de eo tamquam de pluribus pontificios legatos loquutos. De eadem ratione docendi prius, quam exſecrandi, iidem legati die 2. jul. ad Borromaeum ita ſcripſerunt: *Noi, come ſcrivemmo per le precedenti a voſtra illuſtriſſ. & reverendiſſ. ſignoria, non perdemo punto di tempo per eſpedirci di queſto concilio; & havendo trovato diverſità di opinioni nelli padri, quanto alla forma delli canoni, che ſi ſono già mandati, ſi è dato carico d'informarli a me cardinal Simoneta con l'ajuto delli veſcovi di Modena* (Egidio Foſcarario), *Orenſe* (Franceſco Bianchi), *& Veſtano* (Ugo Boncompagni) *& Generale di S. Domenico* (Vincenzo Giuſtiniani), *oltre il ſecretario del concilio* (Angelo Maſſarelli, veſcovo di Teleſia). *& perchè, ſecondo che toccammo anco nella detta noſtra, ſi è giudicato d'accompagnar tutti i canoni con un poco di dottrina inanzi, di queſta havemo tolta l'impreſa noi Seripando & Varmienſe con la compagnia dell'arciveſcovo di Palermo* (Ottaviano Preconio), *delli veſcovi di Chioggia* (Giacomo Nacchiante), *Parigi* (Euſtachio Bellay), *& Oſtuni* (Gio. Carlo Bovio), *& del Generale di S. Agoſtino* (Criſtoforo da Padova). *il che con l'ajuto di Dio ſperamo tra due ò tre giorni di eſſer di tutto a buoniſſimo termine &c.* Volui ob eam cauſam, quam poſtea commemorabo, ex ipſis concilii tridentini praeſidum litteris ſciri, quinam in eodem tum decreta tum canones condendi, ſive potius, ut ipſi loquuntur, *informandi*, provinciam ſub Pio IV. ſuſceperint. antequam autem a patribus, in ſpiritu ſancto congregatis, iidem canones eademque decreta confirmarentur, quid peragi praeſtarique, jam inde a Paulli III. pont. max. temporibus, conſueverit, docet Pallavicinius libro VIII. c. 13. n. 4. his verbis: *I legati fecer, che ſi diſtingueſſe lo ſcritto in decreti, i quali inſegnaſſero la dottrina cattolica, e in canoni, che dannaſſero gli errori ereticali. di tale ſcritto fu data copia a ciaſcun de' padri; e fu anche mandata a Roma: e le note furono tante, che biſognò farne un terzo eſempio, il quale pure convenne rimutare in diverſe parti. nel riformar tali eſempj uſavaſi queſto modo. ſe trovavaſi, che la maggior parte de' padri nelle note concorreſſe a perſuadere una mutazione, facevaſi ſenza fallo. ſe la mutazione era propoſta ſol da qualcuno, poſto caſo, ch'ella foſſe in coſa importante, ſi mandava per le mani di tutti, e ſi determinava ſecondo il parer de' più. quando era di piccol conto, rimettevaſi a' deputati, aggiunto il parer di qualche altro teologo.*

Atqui nonnullorum opinio eſt, eum librum, quo concilii tridentini canones & decreta continentur, patrum quidem tridentinorum ſententiis dictatum, Paulli vero Manutii ſtilo eſſe

con-

renda virgae auſteritas; ſed, ſpiritu benignitatis & manſuetudinis cum erudiveritis, ut patres, inſtitueritis, ut magiſtri, tum deni-

conſcriptum. qua in ſententia, peaetee caeteros, fuit vir ille juris civilis aeque ac pontificii conſultiſſimus Joannes Baptiſta de Luca: qui tomo XIV. ſui *Theatri veritatis & juſtitiae*, parte V. *in adnotationibus practicis ad ſacrum concilium tridentinum in rebus concernentibus reformationem & forenſia*, diſcurſu I. num. 6. *Prudens autem*, inquit, *ac forte neceſſarium conſilium fuit, hanc ſacram congregationem* (cardinalium, concilii tridentini interpretum) *pro dicta interpretatione deputare: quoniam, licet conciliaria decreta ad eam elegantem formam per quendam inſignem atque ex illius ſaeculi primariis humanarum literarum profeſſoribus redacta ſint, attamen, in iis praeſertim, quae a ſacrorum canonum diſpoſitione vel intentione derivant, ſarumque externum ſeu morum correctionem ac reformationem concernunt; melius forſan fuiſſet, ſi alicui rotae auditori, vel alteri perito canoniſtae, qui in forenſibus bene verſatus eſſet, ex iis pluribus, qui in eodem concilio intervenerunt, ipſaſque quaeſtiones in ea deciſas, diſputarunt, id commiſſum fuiſſet. quoniam peritiſſimus quidem atque in ſua profeſſione valde commendabilis extenſor, ut eleganticri ſermoni inſerviret, atque latinae linguae regulas rigoroſe ſervaret, nonnulla, cum grammaticali, non autem cum legali ſeu forenſi ſtylo explicata, ſub aliqua forſan reliquit obſcuritate*. Non eſt dubitandum, quin Paullus Manutius hoc loco ſignificatus ſit atque notatus. Eadem certe de eodem Manutio opinio hominum, etiam eruditorum, animos vulgo occupavit.

Sed neque Manutius; neque alius extra concilium quiſquam, concilii tridentini illa acta perſcripſit. quod ut ita eſſe intelligeretur, idcirco illas ipſius concilii praeſidum ad Boreomaeum litteras atque auctoritatem paullo ante recitavi. quaero enim: cum iidem praeſides illam, quae in iis litteris deſcribitur, canonum & decretorum ab ſeſe informatam rationem reliquis patribus conſiderandam, &, ſiquidem opus eſſet, reformandam, antequam ad univerſum coetum referretur, tradidiſſent; cumque hi omnia non modo ſententiarum, ſed etiam verborum momenta diligentiſſime expendiſſent, eaque iteeum ac ſaepius tamquam ad trutinam revocaſſent, ac tandem in certa atque concepta veluti formularum verba conſenſiſſent; denique cum univerſum concilium formulas illas ipſas tum canonum tum decretorum ſua, hoc eſt non humana, ſed divinitus tributa atque conceſſa auctoritate ſanxiſſent: quae tum aut Manutii aut cujuſquam reliquae partes jam eſſe potuerunt? an ut latinius illa atque elegantius dicerentur? quaſi vero aut verborum exquiſita quaedam elegantia deliciaeque latini ſermonis in rerum graviſſimarum ſanctiſſimarumque tractatione quaererentur, ac non periculum eſſet, ne verbi unius immutatione totae ſaepe ſententiae pervertcrentur; aut nemo in tanto epiſcoporum theologorumque ex omni Europa conventu inveniretur, qui ſatis latine, &, quantum res ipſae patiebantur, eleganter illa poſſet exponere: ut quaerendus fuerit extra concilium homo grammaticus, quo latino ſenſorum animi interprete uterentur. Ut Mutium Calinium, jadrenſium archiepiſcopum, Jacobum Nogueram aliſanorum, Franciſcum Richardotium atrebatenſium, Andream Duditium thinienſium, Antonium Auguſtinium ilerdenſium epiſcopos, alioſque plurimos tridentini illius concilii patres, ſive epiſcopos ſive theologos, mittam, quorum quanta latine ſcribendi facultas fuerit, ipſorum, quae extant, latina ſcripta declarant: num tribus illis, qui ſupra commemorati ſunt, canonum decretorum-

Digitized by Google

denique ad illud accedendum eſt, quod neceſſitatem magis, quam volun-

rumque primis, ut ita dicam, informatoribus Seripando, Hoſio, Maſſarellio latinarum litterarum cognitio atque elegantia defuit? Seripandi quidem atque Hoſii latina ejuſmodi opera typis vulgata circumferuntur, ut majorem elegantiam in iis, de quibus egerunt, nnu valde deſideremus: &, ſi aliquid ab iis elegantius dici aliquando potuit, reliqua eorum oratio ſatis oſtendit, non tam id eos facere non potuiſſe, quam ſibi, theologis, non philologis, nec profanas ſed ſacras litteras profeſſis, negligendum exiſtimaſſe. Maſſarellium autem perbene latine potuiſſe ſcribere, & vero ſcripſiſſe, argumento ſunt & quaedam ejus, quae in romanis tabulariis bibliothecisque manuſcripta adſervantur, & diuturna hominis in latinis trium ſummorum pontificum Julii III. Marcelli II. Paulli IV. nomine ſcribendis epiſtolis, ac demum in concilii tridentini actis in codicem deinceps referendis exercitatio. a quo quidem hnmine vel eximiam ac ſingularem latine ſcribendi facultatem abeſſe non pntuiſſe, fateatur neceſſe eſt quiſquis Q. Marii Corradi germanam latinitatem, quae in ejus ſcriptis appáret, & ab ipſo Paullo Manutio tantopere, non uno ſuarum epiſtolarum loco, commendatur, Maſſarellii monitis atque praeceptis conformatam & excultam fuiſſe, meminerit, ac Corradi epiſtolam libri VI. primam, ad eum, recens a Paullo quarto theleſienſium epiſcopum creatum, Uria datam, legerit; in qua ſunt illa: *Equidem ſic te amo & obſervo, ut is, qui, ne alia multa dicam, uni tibi acceptum referat, ſi quid bonarum attigit literarum, aut umbram aliquam latine ſcribendi. recordor enim, quantum Romae in eo laboraris, ut me a ſtultorum hominum opinionibus ad antiquam & perfectam latinitatis formam traducerei. diu equidem ſic tibi repugnavi, ut tamen doctrina tua excellentiſſima, prudentia ſingularis, conſilium fideliſſimum, auctoritas graviſſima videretur. itaque, mihi quum apud Paulum Farneſium pont. max. cal. novemb. dicendum eſſet, ipſeque eo tempore abeſſes Tridenti reip. cauſa, tumprimum coepi accuratius mecum de ratione meorum ſtudiorum & conſiliis tuis cogitare. mutavi denique ea in oratione, aut potius mutare inſtitui, rationem dicendi meam. id quad niſi, te auctore, ſemper adbuc laboraviſſem, intelliga, me non eloquentiae modo, ſed ne aliarum quidem artium aliquid unquam recte cogniturum fuiſſe. quare, quum aliis quidem ex cauſis, tum illa potiſſimum, ſentio, me tibi debere quampiurimum, quod tua opera a tantis tenebris noſtri ſeculi ad tantum lumen antiquitatis me recordor eſſe revocatum. nam & maximum erat beneficium in conſilia tuo, &, praeter ee, nemo alius tam diſertus fuiſſee, ut mibi probaret, accipi illud beneficii loco oportere. &c.*

In tanta igitur tot concilii patrum latine ſcribendi facultate, quàm neque neceſſarium, neque ſatis ex ipſorum patrum dignitate fuiſſet, hnmini externo, praeſertim nullis aut epiſcopatus aut vero etiam ſacerdotii ſacris initiato, minimeque in theologicorum ſtudiorum ratione verſato, provinciam demandari latinis litteris catholicam chriſtianorum omnium tum in credendo tum in agendo inſtitutionem exſequendi? Quod quidem minime factum eſſe vel ille locus *Hiſtoriae* ejuſdem *concilii* libro XVII. c.7.n.12. apertiſſime, ut mihi quidem videtur, oſtendit, ubi Pallavicinius, poſt narratam illam canonum doctrinaeque informationem, quam ſupra ex legatorum litteris commemoravimus, de doctrinae formulis nominatim agens, *I ſecondi*, inquit, *ne compoſero la forma, e la portarono a' padri. ma, com' è ſolito delle grandi adunanze, poche parti di eſſa paſſarono franche d'ogni queſtione.*

Chi

voluntatem habere videatur. in hac opinor eſſe ſententia pontificem

*chi riprendeva la mondizia ricercata dello ſtile, quaſi che più leggiadra, che maeſtoſo, e non confacenteſi alla gravità, nè conforme all'antichità eccleſiaſtica. chi per converſo la richiedeva maggiore, a fin d'adattarſi alla condizione del ſecolo; il quale prendeva a ſchiſo la dottrina, ſe non era candita con eleganza: sì che molti letterati moderni haveano minor' affezione alle verità celeſtiali, per vederle fra l'invoglie groſſolane della rozzezza ſcolaſtica. ed acciò che ſi paia la mirabile diverſità de' giudicii, non tacerò, come proponendo alcuni, che non ſi nominaſſe così alto ſacramento ſenza qualche titolo d'onoranza, v'hebbe chi riprovò quello d'*auguſtiſſimo*, perchè aſſegnato agl'imperadori ſecolari, e richieſe in ſua vece quel di* ſantiſſimo*, ch'è proprio del vicario di Dio: ſenza haver in conto, che il ſignificato d'*auguſto *è lo ſteſſo che di* ſacro;*e non ponendo mente, che ſecondo una tal ragione non dovrebbe dirſi la* Maeſtà di Dio; *perciò che il titolo di* MAESTA' *è ora appropriato a' rè temporali.*

Nihil ne igitur in concilii volumen illud Manutius contulit? nihil, praeter diligentem ejus excudendi typis ſuis operam. de qua re binae ſunt in *Tabul. eccl. rom.* ad Hoſium litterae: alterae (pag. 343.) Joannis Franciſci Lombardii, die 7. jan. 1564. hoc eſt quattuor & triginta poſt abſolutum concilium diebus, alterae (pag. 347.) card. Borromaei, die 5. inſequentis menſis datae. ac Lombardius quidem, *Jam ſummus pontifex*, inquit, *mandavit patrono meo* (card. Amulio), *ut curam habeat imprimendae ſynodi tridentinae, quae typis domini Pauli Manutii excudetur quam cito. Imprimentur tantum decreta & canones. poſtea alio volumine univerſa hiſtoria imprimetur.* Borromaeus autem, *La ſantità ſua*, inquit, *in un conſiſtorio, che fece a li 26. del paſſato, confirmò tutti gli atti del detto concilio* (tridentino), *tanto quelli ſotto Paolo & Giulio III. di ſanta memoria, quanto quelli del ſuo pontificato; & hora ſi fanno ſtampare dal Manutio, per mandarli di quà ben corretti per tutte le provincie: il che ſarà, piacendo a Dio, a quareſima.* Prodiit deinde opus hac inſcriptione: *Canones & decreta ſacroſancti oecumenici & generalis concilii tridentini ſub Paulo III, Julio III, Pio IIII. pontificibus max. Romae apud Paulum Manutium Aldi F.* M.D.LXIIII. *Cum privilegio Pii IIII. pont. max.* Hujus autem ipſius editionis exemplaria, antequam in vulgus emitterentur, diligentiſſime cum tridentino autographo collata fuerunt, &, ſi quid in iis operarum negligentia ab eo vel minimum diſcrepare deprehenſum eſt, id ſuperinducta ſcriptura emendatum. in quo quanta adhibita ſit non tam diligentia, quam religio, ex duobus locis, quos, in capite primo ſeſſionis XXII. *de ſacrificio miſſae* emendatos, exempli cauſa proferam, quivis intelliget. nam verſu ejus capitis decimo quum ita impreſſum eſſet, *ſuae dilectae ſponſae eccleſiae*, ſic deinde manu correctum eſt *dilectae ſponſae ſuae eccleſiae*: rurſuſque, quinque ante capitis finem verſibus, pro impreſſa lectione *polluti ſunt*, eadem manu emendatum eſt *polluti ſint*. tum denique in calce ſingulorum exemplarium, ea ratione ad autographi tridentini fidem emendatorum, ſequens teſtimonium ſecretarii, duorumque concilii, ut vocant, notariorum chirographo conſignatum eſt: *Nos ſacri oecumenici & generalis concilii tridentini ſecretarius & notarii infraſcripti decreta ipſius ſacri concilii, in praeſenti volumine contenta, cum originalibus contulimus: &, quia cum eis concordare reperimus, ideo hic in fidem manu propria ſubſcripſimus:*

Ego Angelus Maſſarellus, epiſcopus Theleſinus, ſacri concilii tridentini ſecretarius. ✠.

Ego

Digitized by Google

tificem maximum (*e*). agam cum eo, item cum cardinale Borromaeo; quicum contuli literas braunſvicenſis (*f*) ducis; in quibus valde delectatus eſt ſignificatione illa expreſſa pietatis ac religionis optimi (*g*) principis, ejuſdemque in te declaratione ſtudii ac voluntatis. remitto tibi eas literas. Vale. Romae. pridie idus julii. M. D. LXII. (*h*)

e *f* *g* *h*

Ego Marcus Antonius Peregrinus, clericus Comenſis, ſacri concilii tridentini Notarius.

Ego Cynthius Pamphilus, clericus Camerinenſis dioeceſis, ſacri concilii tridentini Notarius.

Hujus romanae editionis plurima exempla, ſimiliter correcta, eodemque ſecretarii & notariorum teſtimonio ſubſcripta, vidimus; quorum unum in hujus collegii noſtri romani bibliotheca adſervatur, ex quo ſuperiora deſcripſimus. quae qui conſiderarit, non dubitabit, quin omnia, quae concilii tridentini volumine continentur, tam diligenti cura tantaque religione tractata, & chriſtianis hominibus, tamquam credendorum faciendorumque regula, commendata, non niſi eum mens tum etiam lingua tridentinorum patrum, in ſpiritu ſancto legitime congregatorum, nulla Manutii, aut cujuſquam, qui e patrum numero non eſſet, adhibita interpretatione, habenda ſint.

(*e*) Card. Borromaeus litteris illis ad Hoſium, de quibus ſupra, die 15. jul. hujus menſis datis, *Placet*, inquit, *ejus ſanctitati, conſtitutum eſſe, aliquid doctrinae cauſa ante canones ſcribi, ex more atque inſtituto ſuperiorum conciliorum.*

(*f*) *brauvicenſis* exempl. *Brunſvicenſis, qui valde* &c. Tabul.

(*g*) *illius optimi* Tabul. Pietas ac religio Henrici hujus, braunſvicenſis ducis, in Hoſii epiſtola, ad eum 24. martii 1562. data, ad quamque ille iis litteris, quae a Truchſeſio ſignificantur, ut opinor, reſcripſerat, declaratur: quam vide, ordine inter editas quinquageſimam ſextam.

(*h*) 1561. exempl. Emendavi ex Tabul. & ex ratione.

L I I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Palatino Cracovienſi. (*a*) *a*

Religionis in eo ſtudium ac profeſſionem commendat, & ad conſtantiam cohortatur. 28. jul. 1562.

Religio & pietas tua, mihi jandiu cognita, ſed in dies ſingulos, non modo ſermone veſtrorum hominum, ſed caeterarum etiam gentium magis ore laudata, tanta me laetitia perfudit, quantam ſummum meum in te ſtudium & vetus ac ſingularis benevolentia poſtulant. video enim, te, tamquam clariſſimum fidei lumen, ampliſſimae iſti lucere provinciae, quae turbulentiſſimis errorum tenebris oppreſſa, ſecundum Deum, cum a regibus diſceſſerit, unum te habet, a quo illuſtrari poſſe videa-

(*a*) Vide ep. *Ut primum audivi, te* d. 28. jun. 1562. & *Si, ut meum* d. 15. nov. 1561.

Digitized by Google

videatur . perge igitur tua & poteſtate & exemplo propagare Chriſti fidem nationi tuae florentiſſimae, & retinere ſalutare & glorioſum catholicae religionis nomen in Polonia tua; quae olim cum provinciis omnibus verae pietatis laude certabat. iſta eſt gloria, in qua tu vivis, quam nulla delebit oblivio, quae quo-
b tidie magis effloreſcet (*b*) & iſtorum & externorum commemoratione & praedicatione populorum. ſalus vero & aeterna beatitudo rationi iſti & conſilio tuo maxime propoſita eſt: neque ampliorem viam inire potes, quae ducat in caelum. itaque ego iſtis tuis & laudibus, &, ut vere dicam, immortalibus triumphis incredibiliter & laetor, & tibi gratulor. qua de re has ad te literas, & meae laetitiae indices, & veteris benevolentiae teſtes, dandas putavi: quibus etiam quicquid re, opera, ſtudio & gratia poſſum, libentiſſime tibi polliceor. hunc autem, qui tibi
c has literas afferet, probum & pium virum (*c*) valde commendo, ut, quacunque re eum juvare poteris, & ſua & mea cauſa juves. Deum precor, ut te, ſuae fidei & gloriae defenſorem acerrimum, ſalvum & incolumem conſervet. Vale. Roma. XV. Kal. auguſti. M. D. LXII.

(*b*) Scripſiſſe ſic, non, ut eſt in exemplari, *efflore ſcit*, Pogianum puto. ſed potuit & illo modo ſcribere.

(*c*) Significat fortaſſe Joannem Broniezium, eum, de quo in epiſtola ſequenti agitur.

L I I I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Tarnovio Comiti, Palatino Sandomirienſi.

22. jul. 1562. *Joannem Chriſtophorum comitem Tarnovium, & Joannem Broniezium diligenter commendat.*

FAma virtutis & catholicae religionis tua, neceſſitudo etiam ac propinquitas, quae tibi interceſſit cum clariſſimo & optimo viro Joanne comite Tarnovio, & nunc intercedit cum Joanne Chriſtophoro comite Tarnovio, tanto patre digniſſimo filio, me hortata eſt, ut te per has literas ſalutarem, tibique ipſum comitem Tarnovium juniorem, amiciſſimum meum, vehementer commendarem. incredibile enim eſt, quam lectiſſimi illius juvenis incolumitate & amplificatione & religionis & fortunae delecter: quem & mirifice amo ſuo nomine, &, propter veterem atque eximiam meam erga parentem ejus, praeſtantiſſimum virum, benevolentiam, dupliciter & admirabiliter amare coa-

ctus

ctus ſum. itaque a te etiam atque etiam peto, ut quaecunque in illum ſtudia & officia conferre poteris, pro ea neceſſitudine & amore erga me, utriuſque veſtrum ſtudioſum, conferas. habebo enim ego tibi de eo ſemper gratiam ſingularem; nihilque erit, quod tua & filiorum tuorum cauſa, ſi quid acciderit, in quo aut tibi aut illis uſui eſſe poſſim, non faciam aeque libenter, atque ipſius Tarnovii cauſa facerem. Joannem Broniezium (a), veterem romanum aulicum, polonum hominem, probum virum, ac rerum urbanarum peritum, tibi valde commendo; Deumque precor, te ut vigentem ac florentem cum rerum omnium, tum vero maxime fidei catholicae gloria eſſe velit. Vale. Romae. XI. Kal. auguſti. M. D. LXII. a

(a) Hoc fecit ex *Bronietz* Gratianus. ſupra in epiſtolis *Cum ad te*, & *Occaſionem*, datis 9. jul. appellatur hic idem *Broniecius*.

L V.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi. (a) a

Concilii rem adjuturum ſe libenter, ſi in tridentinarum actionum conſilium adhiberetur; quod contra fieri: bene ſe tamen de iis ſperare. 1. aug. 1562.

EX literis tuis (b) video, & controverſiarum (c) & decretorum maximum eſſe diſcrimen. neque a tua ratione abhor- b c

 ret

(a) Edita in *Tabul. eccl. rom.* haec epiſtola reperitur pag. 239.

(b) *tui* exempl. Emeudavi. *R. D. tuae* Tabul.

(c) Si Hoſii litteras haberemus, quibus hac epiſtola Truchſeſius reſpondet, nihil negocii eſſet, haec ſibi quid vellent, intelligere. nunc, illarum ignoratione, tantummodo ſuſpicionibus locus relinquitur. ſuſpicor autem, ſignificari heic controverſiam illam, quae in concilio tridentino patrum magnis utrimque ſtudiis per haec ipſa tempora agitabatur, de epiſcoporum, ut ajunt, reſidentia: de qua Pallavicinius lib. XVII. c. 13. n. 6. *Ma quanto*, inquit, *apparteneva alla reſidenza, i legati di poi, benchè riſapeſſero il tenor della lettera venuta dal rè cattolico, eſpoſero* (die 30. jul. 1562.) *a Roma, Non poterſi per tutto ciò ſurgere in fidanza di terminar col ſilenzio; haver i veſcovi ſpagnuoli univerſalmente riſpoſto ſecondo la forma, che dianzi noi riferimmo del Guerrero* (hoc eſt: *Il papa non vuole queſta diffinizione; e il rè non sà ciò, che rilevi. i ſuoi conſiglieri ſono l'arciveſcovo di Siviglia, e 'l veſcovo di Cuenca, i quali non hanno cura di riſedere. io ubbidirò nell'aſtenermi dal proteſtare: ma non rimarrò dal chiedere queſta dichiarazione ogni volta, che ne ſcorgerò il deſtro. nel che sò di non offendere ſua maeſtà*): *sì che l'unica*

d ret ſententia mea, quam & piam & veriſſimam (*d*) credo. vellim, tantum rem adjuvare poſſe, quantum cupio: me enim haberes proximum. ſed egregiae voluntati facultas deeſt. nam in conſilium iſtarum rerum non adhibeor; &, quicquid ipſe ſcio tridentinarum actionum, iſtinc ſcio, non aliunde. nolim me dare & inſinuare in ſermonem, unde arceor aliorum diligentia. ſed tamen nullam occaſionem praetermittam proferendae ſententiae; ut vel res declaretur primo quoque tempore, vel actio differatur, dum illuſtrari poſſit. nihil enim tanti eſt, quo non

l'unica maniera onorevole, e non difficile d'abbonacciar quell' agitamento in concilio, era il far opera, che i prelati s'accordaſſero di rimettere tutto l'affare al giudicio del papa &c. Illorum autem verborum *video, & controverſiarum & decretorum maximum eſſe diſcrimen* hanc eſſe ſententiam, crediderim: *ſive articulus de epiſcoporum reſidentia diutius in controverſia & tanta patrum contentione verſetur, ſive de eo tandem aliquid in alterutram partem decernatur, video, maximum periculum ex utraque re atque diſcrimen impendêre.*

(*d*) De epiſcoporum reſidentia quae fuerit Hoſii ſententia, docet Stanislaus Reſcius in ejus *Vita* lib. II. cap. 7. *De reſidentia quoque epiſcoporum in ſuis eccleſiis*, inquit, *magna contentione laboratum a nonnullis eſt, ut in S. concilio diſputaretur, num ea eſſet juris divini; quod ita futurum putarent, ut epiſcopi tanto eſſent in paſcendo grege ſibi commiſſo vigilantiores, ac in ſuis eccleſiis perpetuo reſiderent, ſi decretum eſſet, quod jure divino ad reſidendum in ſuis eccleſiis & epiſcopatibus aſtringerentur. Verum Hoſius faciendum id potius & re ipſa praeſtandum eſſe, non diſputandum, quo id jure faceremus, expedire, reſpondebat. Qua etiam de re ad Seldium, Caeſaris Ferdinandi cancellarium, in hanc ſententiam ſcripſiſſe legimus. „ Mecum quoque fuit actum, ut vellem diſputari, quo jure paſtores in eccleſiis ſuis reſidere tenerentur. quaeſivi ex nonnullis, quem finem ſibi propoſitum haberent in hac diſputatione. producebant illud ex evangelio, Forte verebuntur filium meum. Quid autem? inquam. an in eodem evangelio non legiſtis, malos illos, quos male Deus perdidit, dixiſſe, cum viderent filium, Hic eſt haeres, venite occidamus eum? Videte itaque, quod, qui ſervos trucidarunt, idem etiam de filio fecerunt. ac vel inde cognoſcere poteſtis, quod, qui non audit Deum per miniſtros ſuos, per eccleſiam ſuam praecipientem, non audiet eum etiam per filium mandantem. Fingamus autem, nuſquam praecepiſſe Deum, ut reſiderent in eccleſiis ſuis epiſcopi, ſed eccleſiae tantum praeceptum eſſe; num ideo non parebunt paſtores, quoniam eccleſiae praeceptum eſt? Ego vero Dei vocem hanc lego, Si quis non audierit eccleſiam, ſit tibi tanquam ethnicus & publicanus. itaque divino jure teneri paſtores ad reſidentiam perſuaſum habeo, etiamſi nihil de ea in ſcripturis reperiatur, ſed eccleſiae tantum praeceptum ſit; quam qui non audierit, eum tanquam ethnicum & publicanum haberi, Chriſtus voluit. Indubitati juris divini eſſe, Dilige, Non concupiſces, Diligite inimicos veſtros, nemo dubitat. num ideo praeſtantur haec ab omnibus, quia juris divini eſſe ſciuntur? utinam vel a paucis ſaltem praeſtarentur. Quam ob rem non ſcire, ſed facere jus divinum ad ſalutem prodeſt: ſcienti vero bonum, & non facienti, peccatum eſt illi. Sciebat Eva, divinum eſſe praeceptum, non eſſe comedendum de ligno vetito. num propterea, quia ſcivit, ſtatim fecit? praeſtiterat, eam neſciviſſe. &c. „*

non extet ratio officii mei. nondum potui arbitratu meo colloqui cum cardinale Borromaeo, a quo aliquid omnino cognoſcam. interea veſtrae principum patrum ſingulari ſapientiae tantum confido, ut nihil latum iri ſperem, quod aut in offenſionem ſanorum cadere poſſit, aut caeteris anſam dare magis a nobis abhorrendi. pontificem (e) ipſum mihi polliceor acturum e
omnia ex ſua & ſanctae ſedis dignitate, & ita habiturum rationem membrorum, ut ei caput antiquiſſimum ſit futurum. Vale (f). Roma. Kalend. auguſti. M. D. LXII. f

(e) *ſanctiſſimum quidem dominum noſtrum mihi &c.* Tabul.

(f) *Deus amplitudinem tuam ſervet incolumem. Romae &c.* Tabul.

L V I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus N. N. (a) a

Officium ſuum elevat, & prolixe in poſterum pollicetur. 2. aug. 1562.

FAcilis eſt innocentiae defenſio apud aequos judices; boniſque cauſis non hominum modo, ſed Dei etiam patrocinium praeſto eſſe ſolet: quod in te eſt animadverſum. nihil enim facilius eo in genere unquam explicatum fuit, quam res tua, tanta bonorum omnium approbatione & voluntate, ut tibi id majori laetitiae eſſe debeat, quam moleſtiae fuerit negotium, quod eidem tibi nullo tuo merito faceſſitum eſt. quo minus etiam mihi laborandum fuit, ut tuerer te, quam, pro egregia tua virtute, pietate, in meque benevolentia, & cuperem & deberem. illud quidem vehementer opto, tibi ut contingat uti ſtudio & opera mea in honore potius aliquo, quam in periculo tuo; quo intelligas, quantum tua cauſa velim. neminem, mihi crede, habebis, quem cura de te mihi praeponendum putes. quod eo nunc intelligo mihi diligentius enitendum eſſe, quo majorem tuam humanitatem & grati animi virtutem perſpexi ex tuis literis. ſic enim nobis agis gratias, tantum te debere profiteris pro neſcio qua ſignificatione ſtudii in te mei, in quo (b) b
labore aut contentione minime opus fuit, ut me tibi ſingulari bonitate tua devinctum eſſe, fatear, cupiamque dari facultatem ita merendi de te, ut animum meum in veſtros homines pro-

(a) Qui epiſtolam *Semper habuit* d. 10. jun. 1562. legerit, vix dubitabit, quin haec ad Georgium Draſcovicium, epiſcopum quinoueccleſienſem, caeſaris in concilio tridentino oratorem, data fuerit. verum video, ad alium etiam neſcio quem eam dari potuiſſe.

(b) Si *qua re* pro *quo* Pogianus ſcripſiſſet, omne ambiguae orationis vitium effugiſſet.

penſum, in te unum eximium noſſe queas. Deus te incolumem ſervet. Vale. Roma. IIII. non. auguſti. M. D. LXII.

L V I I.

a Otho Truchſes Card. Auguſtanus fratri germano ac fratris (*a*) filiis.

7. aug. 1562. *Cereas divini agni imagines a pontifice max. conſecratas mittit, & earum religionem atque utilitatem commendat.*

b MIttimus ad vos cereas has divini agni imagines (*b*), a Pio IIII. pontifice max. more majorum factas & conſecratas; quas uti pure caſteque accipiatis & colatis, vos magnopere cohortamur. incredibile enim eſt, quantum religionis & c virium habeant (*c*) ad propulſanda ea, quae & hominum corpori-

(*a*) Pro *fratris filiis* exemplar & codex vat. exhibent *nepotibus*. Emendavi.

(*b*) Quo primum tempore hae agni Dei cereae imagines conſecrari coeperint, haudquaquam compertum eſt. valde antiquum eſſe hunc ritum, conſtat. de eo videndi, prae caeteris, Vincentius Bonardus, epiſcopus hieracenſis, in oratione italica, habita ſub Sixto V. an.1586. Andreas Fruſius in carmine de eodem argumento: Baronius tomo I. *Annal.* ad an.58. Joannes Horoſcius lib.I. *Emblemat. moral.* c.3. Jodocus Loricius tomo I. *Theſauri theolog.* Jacobus Gretſerus in *examine myſt. Pleſſ.* c.60. & lib. *de Benedict.* Joſephus Vicecomes lib.V. de *Rit. bapt.* c.51. Gabutius lib.II. c.11. *Vitae S. Pii V.* & lib.VI. c.1. Cornelius Schultingius parte I. tom.III. *Bibliath. eccleſ.* Martinus del Rio lib.I. *Diſquiſ. magic.* c.4. q.4. & lib.VI. c.12. q.3. Theophilus Raynaudus tom.X. a pag.273. ad 400. Petrus Thyreus part.III. *de Daemoniac.* cap.45. & lib.I. *de ſpirit. appar.* c.16. & *de locis infeſtis* part.III. c.69. Hittorpius in *ordine Sabbati ſancti*. Antonius Baldaſſarius in libello italice conſcripto, cui titulum fecit: *Gli agnus Dei dilucidati*: & omnium recentiſſimus ac pereruditus auctor Joſephus Catalanius in commentario ad *Caeremoniale S. Rom. eccl.* Romae edito an. 1750. pag.281. & ſeqq.

(*c*) Ad hunc locum illuſtrandum afferam quaedam ex diſſertatione ms. *de benedictione cerei paſchalis*, auctore theologo ſocietatis noſtrae doctiſſimo, qui, etſi mihi amiciſſimus, a me tamen ſe nominari, modeſtiae ſcilicet cauſa, non ſinit. *Haec*, inquit, *ſunt apud Hittorpium in Ordine ſabbati ſancti pag.52.* „ *Et hic ordo cerei benedicendi in forenſibus civitatibus agitur. nam in catholica eccleſia intra civitatem rom. non ſic benedicitur. ſed mane primo ſabbato ſancto venit archidiaconus in eccleſiam, & fundit ceram in vas mundum ... & miſcitat ibidem oleum, & benedicit ceram & ex ea fundit ſimilitudinem agnorum, & ſervat eos in loco mundo ... In octava paſchae dantur ipſi agni ab archidiacono in ipſa eccleſia poſt miſſam & communionem populi, & ex eis faciunt incenſum incendi ad ſuffumigandum in domibus ſuis pro quacunque tribulatione eis evenerit neceſ-*

Digitized by Google

poribus & frugibus nocere poſſint. communes vero illi Dei atque humani generis hoſtes illuſtres has agni caeleſtis effigies perhorreſcunt. in illis omnino ſummum eſt & hominibus & locis praeſidium conſtitutum: quod & ſanctiſſimorum virorum comprobant teſtimonia, & ſaepiſſime res ipſa declaravit. quare, qua pietate eos eſſe oporteat, qui reviviſcentis victoriſque Chriſti ſimulacra ſuſcipiunt, vel tacente me, ſatis appáret. quam enim ille candor, quam illa mitiſſimae victimae ſpecies nos innocentiae & manſuetudinis admonent! quid non inſigne eſt in illis myſteriis ad memoriam ſalutis humani generis, ad Jeſu Chriſti divinum & immortale erga nos beneficium ponendum nobis ob oculos? itaque ſe ſummo & munere & honore affectos vel maximi chriſtiani nominis reges exiſtimant, cum iis donis afficiuntur. illa enim auro ac gemmis, illa pretioſiſſimis rebus anteponunt. itaque ſpero, vos perinde haec, ut ſunt, accepturos ac veneraturos eſſe. De vobis vero etiam, nobiliſſimi, mihique, non magis cognatione ſanguinis, quam ſumma fidei & pietatis ſpe, chariſſimi pueri, confido, fore, ut tantorum admonitu myſteriorum vitam & mores veſtros ad illius agni ſanctiſſimi imaginem dirigatis, qui agnos plane eſſe vult eos, quibus regnum caeleſte pollicetur, pudore, modeſtia, patientia, probitate caeteriſque virtutibus, quarum nobis agnus Dei & exempla reliquit & prae-

neceſſitas „. Habes igitur conjunctum utrumque ritum & benedicendi & diſtribuendi agnos in octava Paſchatis Romae, aſt alibi particulas cerei. Et pag.58. ſic legitur. „ In eadem dominica poſt Albas, id eſt in octavis Paſchae, intra civitatem rom. dantur agni cerei ab archidiacono in eccleſia ... & ex eis faciunt intro domos ſuas incenſum accendi ad ſuffumigandum in domibus ſuis pro quocunque neceſſitate. Similiter in ſuburbanis civitatibus de cereo benedicto faciunt, ad ſuffumigandum ſcilicet in domibus ſuis, ſeu ponendum in agris vel in vineis propter illuſiones diabolicas, ſive contra fulgura & tonitrua „. Eſt etiam ejuſdem rei teſtimonium deſumptum ex S. Ennodio, ticinenſi epiſcopo circa dimidium ſaeculi VI.. *Nam tomo* I. *operum Sirmondi p.*1043. *eſt duplex benedictio cerei in opuſculo* IX. *hujus doctoris, quam ipſe diaconus cecinit. In prima dicitur: „ Si quis hinc ſumpſerit, adverſus flabra ventorum, adverſus ſpiritus procellarum, tua juſſa faciens, ſit illi ſingulare profugium, ſit murus ab hoſte fidelibus „. In ſecunda autem: „ Sumptam ex hoc contra procellas, vel omnes incurſus fac dimicare particulam „. His concordat antiquum pontificale ms. pictavienſe anni Chriſti* 900. *apud Martenium pag.*435. *&* 436. *ubi notat uſum eccleſiae rom. offerendi eo die agnos, & diſtribuendi dominica in albis cum cantu reſponſorii „ Iſti ſunt agni novelli „. additque: „ &, ſicut fidelium relatione traditur, multa ſanitatum genera per adbitionem ipſius cerae efficiuntur, etiam, ſicut dicunt, mortuorum reſuſcitatio „.* Sed omnino videndus ſanctiſſimi D. N. BENEDICTI XIV. liber IV. admirandi operis *De Servorum Dei beatificatione, & Beatorum canonizatione* Part.I. c.V. num.11. 12. 13. 14. & Part.II. cap.21. num.12. & 13.

Digitized by Google

& praecepta. ad illum locum, quo is hoſtilium naturarum victor aſcendit, contendere debetis. Vobis autem, viri (*d*) & aetate provecti, & ſtudiis ac vitae inſtituto ſpectati, minime idipſum commemorandum putavi. nam & ſcitis ipſi, quanti hoc faciendum ſit munus, quanta etiam religione proſequendum; & caeteros facile poteſtis in eandem rationem adducere. tantum peto a vobis, ut cum rei ſanctitate accipiatis etiam propenſum erga vos ſtudium & voluntatem meam. Dei quidem ipſum agnum precor, ut a vobis eorum luporum inſidias prohibeat, qui agni ſpecie multos mortales circumvenire ſolent, voſque ſalvos & incolumes ſervet ab immanibus rapacis illius lupi faucibus, quem humano generi inſidiantem & inhiantem fide & ratione cognoſcimus. Valete. Roma. VII. id. auguſti. M. D. LXII.

(*d*) Injicit mihi ſuſpicionem hic locus, mendoſam eſſe harum litterarum inſcriptionem, nec *fratri germano*, ſed *fratribus germano & patrueli* (utrumque enim Othoni noſtro fuiſſe, ex epiſtola *Quod Othonem* d. 28. ſept. 1560. diſcimus); ac praeterea non *fratris*, ſed *fratrum*, *filiis* in ea reponi oportere.

LVIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi. (*a*)

8. aug. 1562.

De uſu ſacri calicis promiſcue concedendo ſententiam ſuam rogatus aperit.

MAximas tibi gratias ago, qui me tam amanter ac diligenter de tridentinis actionibus certiorem facias. & quidem in ſingularum rerum & declaratione & ſignificatione agnoſco ſummam prudentiam & pietatem tuam. quo magis confido, fore, ut reliqua vere & ſalutariter decernantur. De quo autem (*b*) ſententiam meam exquiris (*c*), etſi nec auſim nec debeam

(*a*) Edita reperitur haec epiſtola in *Tabul. eccl. rom.* pag. 241.

(*b*) Voculam *autem* omitt. Tabul.

(*c*) De qua re concedenda & Truchſeſius heic agat, & in concilio tridentino tum ageretur, quaeque etiam de ea re Hoſii ſententia fuerit, Stanislaus Reſcius in ipſius Hoſii *Vita* lib. II. c. 10. tradit his verbis: *De calicis uſu, de quo tantas contentiones hac tempeſtate excitatas videmus & ingemiſcimus, cum ejus uſum laicis caeſarea majeſtas concedendum, & alii nonnulli Germaniae principes magna contentione a patribus ſancti concilii poſtularent, quid ſenſerit ac etiam fecerit Hoſius, in aliquot epiſtolis apertiſſime explicat. nam ad regem Poloniae ſcribens his verbis utitur: „Magna contentione petitus eſt a patribus calicis uſus per oratores caeſareae ma-*

Digitized by Google

beam quicquam aut ſentire aut loqui, niſi ex ſanctiſſimis concilii decretis, quas leges ſtatuo omnis rationis & ſententiae meae, tamen, quoniam opinionem meam de ea re ſtudes elicere, non poſſum te, quem unum omnium facio plurimi, caelare quid exiſtimem. ego, ſi ſperarem, conceſſam eam rem provinciis fore ſalutarem, certae (*d*) multorum ſalutis ſpei aliquid remitten- *d*

majeſtatis, de quo cum ſententiae dictae eſſent, fuere patres in ſex partes diviſi. nam alii concedendum eſſe, dixerunt; alii, cum eſſent in eadem ſententia, non a concilio tamen, ſed a pontifice concedi debere; alii negarunt; alii, quamvis negarent, ad pontificem tamen remiſerunt; alii, cum neutram in partem quidquam definirent concedendus eſſet nec ne, totam cauſam ad pontificis arbitrium rejecerunt; alii deliberandum amplius, & negocium hoc in aliud tempus rejiciendum eſſe, cenſuerunt. Qui tantopere calicem petiverunt, ſpem fecerunt, fore, ut multi ex his, qui ſegregaverunt ſemetipſos, ad eccleſiae gremium redirent. quod ſi certum eſſet, minus foret in impetrando negocii. Qui vero negarunt, his maxime cauſis adducti ſunt, quod negarent, eos vere & ex animo ad eccleſiae gremium reverti, qui praeſcribere vellent epiſcopis potius, quam praeſcriptis parere ... Quamobrem cujuſdam in errore tuendo perſeverantiae ſignum eſſe, dicebant, quod non aliter, quam ſub ea conditione ſi calix eſſet permiſſus, ad eccleſiae gremium ſe rediturus, nonnulli oſtenderent. neque poſſe dici, eos ab omni errore liberos eſſe, qui hoc peterent. nam aut eos perſuaſum habere, quod aliter ſalvi eſſe non poſſent, niſi ſumant utramque ſpeciem, quaſi praecepto Dei ad eam ſumendam aſtringantur, aut non credere, quod Chriſtus ſit aeque integer ſub una ſpecie, atque ſub utraque. cum autem utrumque affirmare ſit haereſis, calicem ejuſmodi concedere, nil aliud affirmare (fort. *videri*)*, quam haereſim approbare: maxime cum certo conſtet, non alios quam haereticos, calice uti; ita ut uſus illius, cujuſdam ab eccleſia Dei diſceſſionis ſymbolum eſſe videatur ... Si credunt, totum eſſe Chriſtum ſub altera ſpecie, ſi credunt, nullum eſſe Chriſti mandatum de utraque ſpecie ſumenda, nec eſſe id de neceſſitate ſalutis, quorſum petunt utramque ſpeciem? ſi vero non credunt horum alterum, quid aliud, quam condemnant ſanctos majores ſuos, quin & eccleſiam univerſam, graviſſimi cujuſdam erroris, vel impietatis, quae, cum interdixerit uſum calicis laicis, aeterna ſalute liberos ſuos privaverit? ... Itaque res eo perducta eſt, ut cauſa tota ad ſanctam ſedem apoſtolicam remitteretur, penes quam poteſtas erit, quidquid magis expedire chriſtianae charitati duxerit, hac de re ſtatuere. Ego vero ſi quam non dubiam ſpem oſtendi viderem, extinctas iri haereſes omnes in regnis ac terris majeſtatis veſtrae, modo calix permittatur, exiſtimarem, non ita magno negocio id impetraturum eſſe, quamlibet multa dicta ſint a multis in contrariam ſententiam. ſed, ſi perſtare in ſuis erroribus debent haeretici, non video, quid cauſae ſit, quamobrem de calice magnopere laboretur. quin etiam expedire cum quibuſdam judico, ut haec ſit quaſi teſſera, communio alterius ſpeciei, qua dignoſcantur ab haereticis catholici; ut, quemadmodum illi non aliam ob cauſam ſibi calicem uſurpant, quam ut ſuam adverſus matrem eccleſiam rebellionem declarent, ſic hi propterea ſint unius tantum ſpeciei uſu contenti, ut ſe legitimos illius & obedientes eſſe filios demonſtrent ,,.*

(*d*) *certe* Tabul. ſed melius noſtrum exemplar *certae*, ut referatur ad *ſpei*.

e tendum cenſerem. ſed, ut (e) id futurum ſit, non equidem adducor, ut credam. quod cum ita intelligam, ne mihi quidem perſuadere poſſum, illud permittendum eſſe, quod f concilii (f) auctoritate ſublatum video. veruntamen, ſi quicquam fuerit in concilio conſtitutum contra rationem hanc meam, ſta- g tim, commutata ſententia (g), verum & ſolidum ſequar ſacri concilii judicium. Doctrina, pietas & ſapientia tua uno hic omnium ore celebratur: quem Deus valentem & incolumem h ſervet (h). Roma. VI. id. auguſti. M. D. LXII.

(e) Aliud emendatae latinitatis ratio poſtulat, hoc nempe: *ſed, id futurum eſſe, non equidem adducor ut credam.*

(f) Conſtantienſis ſub Martino V. ſeſſione XIII.

(g) *ſententia mea*, Tabul.

(h) *conſervet*. Id.

L I X.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Epiſcopo Wladislavienſi.

9. aug. 1562. *Redditas pontifici max. ejus litteras, ab illoque probatas ſignificat. Georgium Ticinium laudat.*

CUM ad te proximas literas dedi, nondum tua ad pontificem max. reddita fuerat epiſtola, quae poſtea ei eſt redd- a dita ab optimo & prudenti viro Georgio Ticinio (a) noſtro, me quidem auctore. lecta eſt igitur libenter ab ipſo pontifice, quam & prudenter & pie ſcriptam fuiſſe, dixit. itaque multus fuit in commemoratione laudum tuarum, cum magna ſignificatione amoris erga te ſui: quo nihil tibi ad fructum religionis ac pietatis tuae majus aut jucundius arbitror in hac vita accidere poſſe. Ticinii autem noſtri ſtudium, cura, diligentia & b in omni tuo negotio, & in ea re potiſſimum, quanta fuerit (b), non facile dixerim. quare tantum dicam, tui amantiorem & ſtudioſiorem te habere neminem. id enim veritati teſtimonium mihi eſſe dandum, putavi. Me vero aeque promptum ac paratum eſſe intelliges ad omnia, quae ad tuam utilitatem ac dignitatem pertinebunt, atque ad commoda & ad exiſtimationem meam. Vale. Roma. V. id. auguſti. M. D. LXII.

LX.

(a) De Ticinio vide epiſt. *Ticinius noſter* d. 5. apr. 1562.

(b) *fuerint* exempl. Gratianus emendavit, fortaſſe non neceſſario.

L X.

N.N. N.N. (*a*) a 1562.

Gratulationi de Archiepiſcopatu ſipontino reſpondet.

NON aſſequor, ut pares illuſtriſſimae ac reverendiſs. dominationi veſtrae gratias agam pro ſummi ejus in me officii humanitate, quae (*b*) mihi tam benigne & amanter de ar- b chiepiſcopatu ſipontino gratulatur. ſed ago tamen ei, quantas poſſum, maximas. reliquas officii mei partes reſervabo in id munus atque tempus, cum mihi facultas dabitur opera ac re ipſa reverendiſſimae dominationi veſtrae gratificandi. Tridentinas actiones, in quibus ſcio pietatem ac prudentiam tantorum patrum, in primiſque illuſtriſſimae dominationis veſtrae, deſiderari nullo modo poſſe, beneficentiſſimus Deus ſua gratia proſequatur, & dominationem veſtram reverendiſs. valentem & incolumem conſervet: cui eximium ſtudium & obſervantiam meam ex animo defero.

(*a*) Hac epiſtola auctior, quam noſtrum exemplar, codex vaticanus eſt. eam inde pag.287. depromſi. in ea tamen neque inſcriptio eſt ulla, neque adſcriptio. ad Hoſium ſcriptam, valde credibile eſt: Ptolemaei autem Gallii nomine a Pogiano ſcriptam, certum eſſe debet. conſtat enim, non niſi unum Gallium, quamdiu concilium tridentinum coactum fuit, ſipontinorum archiepiſcopum eſſe factum, idque die 6.jul. an.1562. poſt Cuevii cardinalis ſipontini obitum: de quo vide epiſt. *Bene de* d. 1. jul. ejuſdem anni. eam fortaſſe rectius inter julii menſis epiſtolas collocaſſem. ſed, quum in manus meas caſu quodammodo, & univerſis illius menſis atque aliquot praeterea auguſti epiſtolis ab impigro typographo noſtro jam excuſis, veniſſet, hoc loco non repugnantem recenſui.

(*b*) Fort. *qua*.

L X I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

De ſuis occupationibus & de Hoſii ruſticatione. 15. aug. 1562.

AMO ſtudium & voluntatem tuam de eo, quod lunemburgenſia & bremenſia negotia mihi quoque non ignota fore confidis; quae erunt mihi gratiſſima, ſi cognovero. ſed nihildum mecum contulit Borromaeus cardinalis. Quae multorum ſit de concilio ſententia, ex iis, quae ad me ſcripta miſiſti, fa-

 cile

cile intelligo ; de quorum ratione quid ipſe ſentiam, cognoſces primo quoque tabellario (*a*). impedior enim nonnullorum moleſtia negotiorum, ne his literis huic muneri ſatisfaciam. Ruſticationem (*b*) iſtam tibi & amoenam & ſalubrem opto & precor. gratulor etiam conſuetudinem Julii, boni medici, & probi viri; cui in curanda & tuenda valetudine tua dux ſit ſummus ille medicus, cujus nutu omnes & corporum & animorum morbi tolluntur. Vale. Roma. XVIII. Kal. ſeptembris. M. D. LXII.

(*a*) Italicam conſuetudinem, non latinam, hoc mihi redolere ac ſapere videtur. italorum eſt enim illud *vi ſi farà ſapere col primo ordinario*. certe non memini, ſimiliter e bonis latinitatis auctoribus eſſe quemquam loquutum, qui res *cognoſci*, non *tabellario*, ſed *ex litteris*, tabellario *datis*, dicere conſueverunt. Cicero ad Curionem libro II. epiſt. 7. *De ſacerdotio tuo quantam curam adhibuerim ... cognoſces ex iis litteris, quas Thraſoni, liberto tuo, dedi*.

(*b*) De hac ruſticatione card. Borromaeum ſacri concilii legati monuerant litteris, die 4. hujus menſis datis, his verbis: *Monſignor illuſtriſs. Varmienſe è ito fuori a pigliare un poco d'aria; havendo havuto da alcuni giorni in quà faſtidio aſſai notabile di catarro*.

L X I I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Decano & Adjutori Epiſcopatus Leodienſis. (*a*)

16. aug. 1562.

Epiſtola commendaticia.

Redeuntem iſtuc Ludovicum Rocilloux, qui fuit a pedibus olim Cuevii (*b*) cardinalis, inprimis pii & religioſi viri, facere non potui, quin tibi valde commendarem, ut eum patrocinio & gratia tua, quibuſcunque rebus poteris, juves. dedit enim is operam ſuam illi optimo cardinali & fidelem & diligentem. quamobrem dignus eſt, qui a bonis & commendetur & adjuvetur. Salutem epiſcopo ac principi (*c*), & ornatiſſimo viro Laevino Torrentio (*d*). Cupio te valentem & incolumem eſſe. Vale. Romae. XVII. Kal. ſeptembris. M. D. LXII.

LXIII.

(*a*) Gherardum Grosbechium intellige: de quo vide epiſt. *Decano*. d. 29. oct. 1561.

(*b*) De Cuevio vide epiſt. *Bene de Caniſio* d. 1. jul. 1562.

(*c*) Epiſcopus ac princeps leodienſium erat Robertus a Berges: de quo vide epiſt. *Ut excellens* d. 19. maj. 1560.

(*d*) Qui tum erat archidiaconus leodienſis eccleſiae. Vide eamdem epiſt.

Digitized by Google

LXIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Ferdinando electo Roman. Imperatori. (*a*) *a*

Gratiarum actio & commendatio. 16. aug. f. 1562.

CHriſtophorus Patavinus, auguſtinianae (*b*) familiae magi- *b*
ſter (*c*), vir chriſtianae non ſolum vitae, ſed etiam do- *c*
ctrinae laude clariſſimus, mirificas apud me tibi gratias egit,
quod Joannem Paulum recinetenſem (*d*), auguſtinianorum ſo- *d*
dalium in ſuperiore Germania vicarium generalem, hominem
& religioſum & doctum & prudentem, humaniter benigneque
acceperis. quamobrem a me vehementer petiit, ut, quantum
propterea & ipſe & univerſa ejus familia tibi deberet, meis li-
teris ſignificarem, eidemque ipſum Paulum vicarium ejuſque
negotia commendarem, ut hominem hominiſque rationes non
ſolum ipſe tua benignitate tueri velis, ſed mandare etiam tuis
magiſtratibus ac miniſtris, ut, quocunque illi venire ſuae ſo-
cietatis cauſa opus fuerit, eum ita tractent, ut virum & ſua
virtute, & magiſtri ſui totiuſque auguſtinianae familiae, &, ſi
quid ad rem pertinet, meo etiam nomine tibi gratum & pro-
batum. nam, praeterquam quod in eo viro ſervabis veterem
illam ac praeclaram tuam conſuetudinem in religioſis homini-
bus omni ſtudio atque humanitate complectendis, ſocietatem
praeterea ipſam, refertam virorum religioſorum ac divinae
ſcientiae peritiſſimorum, eorumque magiſtrum, ampliſſimo quo-
que magiſterio dignum, devinctum habebis, me denique, pro-
pter id ipſum, ita obſtrictum, ut, quanquam ad tua in me me-
rita nihil adjungi poſſe videatur, tamen hac re multum acce-
dat (*e*): cui, ſi minus referenda gratia, habenda certe ac prae- *e*
dicanda, ſatisfaciam. Vale. XVII. Kal. ſeptembris.

P 2 LXIV.

(*a*) In codice barberiniano adſcribitur huic epiſtolæ annus 1558. ſine dubio mendoſe. nam, non niſi anno 1560. ineunte operam Truchſeſio, in ſcribendis epiſtolis, dare Pogianus coepit. in noſtro autem exemplari, itemque in codice vaticano, nullus annus adſcriptus eſt. nos incerti, ad quem illa pertineret, heic eam, non ſine nulla tamen ratione, collocavimus.

(*b*) *auguſtanae* exempl. Emendavi ex cod. barber.

(*c*) *Generalem* vulgo dicunt.

(*d*) Recinetum urbs eſt Piceni, quam alii *Rēcinam novam* dicunt, eamque ex veteris Helviae Recinae ruinis extitiſſe volunt.

(*e*) *accedet* exempl. Emendavi ex cod. barber.

LXIV.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Archiepiſcopo Cameracenſi.

18. aug. 1562.

Studium & operam in ejus negociis pollicetur. Jodoco Ubyts ingenii ac virtutis teſtimonium dat.

PErofficioſe quidem ac peramanter fecit Lucas Dileus, fami-
liaris tuus, qui tibi promptum ac paratum ſtudium & vo-
luntatem meam expoſuerit. nihil enim eſt, quod non tua cau-
ſa & cupiam & debeam, idque non ſolum propter onus officii,
a quod publice ſuſtineo (a), ſed etiam privato nomine ac me-
rito tuo. itaque partes patrocinii meas in tuis negotiis, quae
nunc aguntur apud pontificem maximum, ſumma mea volun-
tate ſuſcipiam; quantumque potero, cauſam adjuvabo: cujus
cauſae cognitionem pontifex dedit Marco Antonio cardinali
Amulio, viro omnibus animi atque ingenii bonis inſtructiſſimo,
ita tamen, ut, cum cognita res fuerit, aliquid ipſe pontifex
arbitrio ac voluntati ſuae reſervet. Praeſtabo etiam libentiſſime
b tibi debitum ſtudium & operam in eo negotio, quod habes (b)
c in camera (c) caeſaris, atque adeo in omnibus, quae ad te per-
d tinere intelligam. Jodoco Ubyts (d), affini tuo, qui cardinali
Amulio operam dat, propter ejus virtutem & humanitatem,
ſummamque obſervantiam, qua me colit, dabo apud te debi-
tum teſtimonium. is igitur gratus & probatus eſt ampliſſimo
viro, patrono ſuo, cujus opera ille & domi & foris libenter
utitur, non ſolum propter italicae linguae notitiam, quam Jo-
docus commodius videtur exprimere, quam poſtulet temporis
ſpatium, quo id agere ſtuduit, ſed etiam propter ingenium mo-
rumque ſuavitatem. is venit ad me ſaepe officii & obſervantiae
cauſa. quare, quod veritati dandum eſt, id etiam ejus erga me
tam officioſae conſuetudini tribuendum putavi, ut de ejus ſtatu
te certiorem facerem: quem Deus valentem & incolumem ſer-
vet. Romae. xv. Kal. ſeptembris. M. D. LXII.

LXV.

(a) Significat Germaniae patrocinium, quod Romæ gerebat. Vide epiſt. *Grata* 2. maj. 1562.

(b) *habet* exempl. Gratianus emendavit.

(c) Non neſciebat certe Pogianus, *cameram* in longe alia ſignificatione, quam qua ipſe hoc loco uſus eſt, latinis dici. ſed coguntur ſaepe, qui latine ſcribunt, cum praeſertim id aliorum arbitratu faciunt, ne non vulgo intelligantur, vulgi quaedam vocabula ſive non ſatis latina, ſive aliud quiddam latine ſignificantia, adhibere.

(d) De eodem agitur in epiſt. *Ea eſt fides*. d.30. maj.1563.

LXV.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Patri Cytardo. (*a*) a

De Henrici Cithardi, canonicatu trajectenſi aucti, in patriam reditu. Pontificem maximum, Cardinales, ſeque in primis nihil non Patris Cithardi cauſa velle. 21. aug. 1562.

Redit ad vos aliquando Henricus Cytardus (*b*), affinis b
tuus (*c*), qui ſemper apud me fuit magna cum laude mo- c
deſtiae, & redit ornatus canonicatu trajectenſi (*d*); minore illo d
quidem beneficio, quam quantum & huic ipſi Henrico, tua cauſa, & caeteris catholicis hominibus dare cupiat pontifex maximus. incredibile enim eſt, quam ſit ejus animus propenſus in illos, qui a te, quem plurimi facit, pietatis & religionis nomine commendantur; quos, ſi facultas dabitur, ſemper ſua benignitate complectetur. in quo etiam promptum erit & paratum ſtudium Borromaei cardinalis, quo, in negotio Cytardi tui, admodum humano ac benigno uſi ſumus & utemur in omnibus rebus, quae ad eorum utilitatem pertinebunt, qui tuo teſtimonio commendati fuerint. neque deerit voluntas & opera reliquorum patrum ampliſſimorum, qui mirum eſt quam ſeſe offerant, quam omnem opem & operam ſuam talibus in rebus polliceantur. Cardinalis Granvellanus praeclare ſe geſſit: nam, quod cupiebamus, ut pontificium beneficium, Cytardo tuo datum, Philippi regis ſententia comprobaretur, facile
impetravit (*e*). qua in re, quantum tua, quantum piorum e
omnium cauſa cuperet, oſtendit. Tu perge, ut facis, reſtituere & propagare in iſtis locis Chriſti religionem, tuamque virtutem ac pietatem apud pontificem maximum, ampliſſimum collegium, bonoſque omnes magna in laude eſſe, tibi perſuade. me vero exiſtima, in te amando, nemini concedere, omniaque libentiſſime ſemper eſſe facturum, quae tibi tuiſque, id eſt piis & bonis, quos tuos maxime ducis, utilia aut honorifica eſſe, intelligam. Vale. Roma. XII. Kal. ſeptembris. M. D. LXII.

LXVI.

(*a*) De eo vide epiſt. *Ego nihil* d. 16. aug. 1560. & *Vere tu* d. 28. ſept. 1560.

(*b*) Romam ineunte hoc anno venerat. Vide epiſt. *Satis*. d. 28. jan. 1562.

(*c*) Neſcio, cur ſic loqui Pogianus maluerit, quam *fratris tui filius* dicere.

(*d*) Alibi monuiſſe mihi videor, duplex eſſe *Trajectum*, alterum *ad Rhenum*, quod etiam *Ultrajectum* latine dicitur, vulgo *Utrech*; alterum *ad Moſam*, quod *Maſtricht* vernacule dicimus. De hoc autem, non de illo, heic agi puto.

(*e*) Vide ep. *Explevit* d. 24. aug. 1562.

Digitized by Google

L X V I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

21. aug. 1562.

Non adhiberi ſe in conſiliis. Explicationem aliquam de ſalutaris coenae ſacrificio non eſſe omittendam.

a QUod in conſiliis non adhibear (*a*), mihi non mea, ſed reip. cauſa moleſtum eſt, cui, ſi nulla alia re, certe hoc uſu, quem mihi aliquem habere videor, germanica-
b rum (*b*) rerum, non nihil adjumenti poſſem afferre. ſed ego fortaſſe fallor, & melius reip. ſine me conſulitur. utinam ita
c d ſit! reliqua facile feremus (*c*). Explicationem non apponi (*d*) ſummo ſalutaris coenae ſacrificio, ne vivam, niſi propter eas cau-

(*a*) Cum factum concilium a tridentinis patribus haberetur, Romae ſummus pontifex Pius IV. de ſingulis rebus, quae in eo agebantur, quaeque etiam in poſterum deinceps tempus comparabantur, certior legatorum ſuorum, quos eo miſerat, litteris factus, tridentinis actionibus quodammodo, quamquam abſens, intererat, illiſque ſumma prudentia atque aequitate tamquam ſupremum eccleſiae univerſae caput moderabatur. adhibebat autem ſibi in conſilium Jacobum Puteum cardinalem, eumdemque ſacri concilii legatum (qui tamen, propter adverſam valetudinem, Tridentum proficiſci numquam potuit), Carolum Borromaeum, M. Antonium Amulium, alioſque ſapientiſſimos cardinales: quos inter nullum ſibi fuiſſe locum, Auguſtanus hoc loco modeſte queritur. ſed tamen adhibitum eum quoque aliquando in conſiliis, epiſtola *Ego mihi*, die 28. hujus menſis data, docebit.

(*b*) *germanarum* exempl. Gratianus illud alterum maluit.

(*c*) *ferimus* exempl. Gratianus alterum illud praetulit.

(*d*) Qua de explicatione, ſalutaris coenae ſacrificio apponenda, heic agatur, ex Pallavicinio in *Hiſt. concil. trid.* lib. XVIII. cap. 1. n. 1. 6. & ſeqq. diſcemus: *Cominciarono*, inquit, *a' ventuno di luglio le congregazioni de' minori teologi ... e tutti convennero in riconoſcer la meſſa per vero ſacrificio del nuovo teſtamento ... In tutti i punti havevano concordato i teologi. onde ſi formarono da' deputati i canoni e i decreti: i quali a' 6. d'agoſto comunicaronſi privatamente a' prelati, acciocchè gli eſaminaſſero per qualche giorno: e agli undici poi furono propoſti nella generale adunanza. Due quivi ſurſero le controverſie principali. l'una, che fu più leggiermente diſputata, ſe doveſſe premetterſi a' canoni qualche ſpoſizion di dottrina. ſoſtenne per opera la parte del nò il Caſtagna: queſt'uſo contrariare allo ſtile di tutt'i paſſati concilii: volerſi imitare ſpecialmente quel degli apoſtoli, a' quali baſtò il dire: „ è paruto allo ſpirito ſanto ed a noi „: così fare i ſavii giudici, i quali non pongono le ragioni nelle ſentenze ... A queſta opinione accoſtaronſi i veſcovi di Chioggia e di Città di Caſtello ... ed era di conforme parere il veſcovo delle Cinque chieſe ... Per altra parte il Calino arciveſcovo di Zara, il Rovere e il Bianco, veſcovi l'uno di Sinigaglia, e l'altro d'Orenſe, Giambatiſta Oſio di Rieti, e Aleſſandro* Sfor-

Digitized by Google

cauſas, quas prudenter colligis, fero graviter ſic, ut nihil aeque doleam. pugna igitur, quoad potes, ut id fiat, quod praetermiſſum mirabor & lugebo. Imbecillitas corporis tui in iſta magnitudine & multitudine negotiorum me ſollicitum habet. quare valetudini, quaeſo, conſule, quam tua & reip. cauſa, ſpero, tuebitur Deus. Vale. Roma. XI. Kal. ſeptembris. M. D. LXII.

Sforza di Parma... harebbon voluta una breve eſplicazione, la qual valeſſe meramente per dichiarare, non per comprovare i canoni, nè per convincere l'ereſie: non eſſer più la coſa intera: ſaperſi, che il concilio altre volte havea poſto la mano a queſto lavoro della dottrina: ſe la ritiraſſe, parrebbe, ch'egli cedeſſe alle riprenſioni degli avverſarii.. doverſi nondimeno oſſervar la brevità e la ſobrietà predetta... Ma la terza opinione prevalſe, che ſi poneſſe in fronte della ſeſſione una dottrina ſecondo la dignità del tema, nella quale ſi vedeſſero fortificate le diffinizioni, e abbattute le oppoſizioni. Così parve a Paolo Giovio, veſcovo di Nocera: e pugnarono gagliordamente per queſto conſiglio lo Stella, il Foſcorario, il Bovio, e Proſpero Rebiba, veſcovo di Troia: non poterſi tralaſciar'ogni eſplicazion di dottrina per la ragione addotta da'ſoſtenitori della ſeconda ſentenza; nè ancora doverſi parlar corto, acciochè gli argomenti degli avverſarii non foſſero ſtimati inſolubili: ſe il concilio haveva tenuto queſt'uſo nelle paſſate materie, aſſai più ciò convenire nella preſente, non trattata ne' ſinodi preceduti, ampia e difficile; e combattuta da varie ſette. &c. De auctoritate autem, qua ejuſmodi explicationes, concilii tridentini canonibus praemiſſae, pollent, audiatur idem Pallavicinius ejuſdem libri XVIII. capite 2. num. 13. *Ragionoſſi ancor traſcorſivamente, ſe a' decreti della dottrina conveniſſe dar autorità pari a' canoni. Ripugnavanvi il Foſcarario e 'l Blanco, dicendo, che in queſta materia ci ha i ſuoi gradi: baſtar, che gl'impugnatori haveſſer nota di temerarii e di ſcandaloſi, ma non d'eretici. Il contrario piaceva all'Oſio Veſcovo di Rieti. Ma di ciò non s'hebbe maturo e pieno conſiglio.*

LXVII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Card. Atrebatenſi. (*a*) *a* *24. aug. 1562.*

De interpoſito officio gratias agit, ſuaque ipſe omnia defert ac pollicetur.

EXplevit animum meum tua diligentia, humanitatis & officii pleniſſima, in conficiendo Cytardi negotio (*b*), cumulumque etiam aliquem addere viſus es illi, quae ſumma erat, obſervantiae erga te meae, & cupiditati morem gerendi & inſerviendi tibi rebus omnibus, quibus opera aut ſtudio poſſem. *b* nihil enim eſt tua in me benignitate propenſius, nihil literis amabilius. quae ego viciſſim ut aſſequar, ſemper enitar; meque

(*a*) Antonio Perenotto Granvellano. Vide epiſt. *Quem ad te* d. 21. jul. 1561.

(*b*) Vide epiſt. *Redit ad vos* d. 21. aug. 1562.

que a te magnum beneficium accepiſſe exiſtimabo; quotieſcunque mihi occaſionem dederis re ipſa probandi, quantum tua cauſa & debeam & cupiam. praeſtabo ſemper rem, ſi modo ea facultatem habebit; ſin minus, animus optimus & propenſa voluntas tibi conſtabunt; in quo & amando & obſervando nemini unquam concedam. quod tibi ita velim perſuadeas, ut nihil exploratius habere poſſis. Deum precor, ut omnibus tuis optatis reſpondeat. Roma. IX. Kal. ſeptembris. M. D. LXII.

LXVIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

22. aug. 1562. *Doctrinam de Chriſti in ſuprema coena ſacrificio non eſſe omittendam. Quibus conditionibus ſacri calicis uſus poſſit populis permitti. De Hoſii cardinalicio titulo commutando.*

EGO mihi perſuadere non poſſum, quenquam eſſe, recte ſentientem (ſi modo is, quid in utranque partem ponderis ſit, intelligit), qui tollenda cenſeat ea, quae tu proximo concilio (*a*) docendi cauſa appoſita eſſe ſcripſiſti in illo venerabili & admirabili ſalutaris Chriſti coenae ſacrificio. quod ne committere-

(*a*) Epiſtolam *Perturbatum* d. 14. Jul. 1562. cum enarraremus, diximus, etſi concilium tridentinum unum fuerit, de eo tamen, propter varias ejus ampliationes, & diverſis temporibus ac pontificibus inſtaurationes, ſaepe a ſcriptoribus tamquam de pluribus conciliis agi. hoc erit etiam ejuſdem conſuetudinis exemplum. nam *proximum concilium* Truchſeſius vocat idem ipſum tridentinum, habitum ſub Julio III. in quo concilio articulis ſive canonibus de ſacroſancto miſſae ſacrificio, die 25. jan. 1552. ferendis, ſed neque tum, propter ejus actionis in diem 19. martii dilationem, neque poſtea, propter ipſius concilii intermiſſionem, latis, explicationes quaedam de eadem re adjunctae fuerant: quarum Pallavicinius lib. XVIII. cap. 5. num. 10. de concilii ſub Pio IV. per aeſtatem anni 1562. actionibus agens, his verbis meminit: *Fra' diſcorſi di queſto tema fu eccitata la maggior quiſtione ſopra il dichiarare, ſe Criſto haveva offerta per noi ſe medeſimo al padre in ſacrificio nella cena, o ſol nella croce. Eraſi taciuto di quella materia negli appreſtati decreti: perciochè haveva eſercitata la principal ſoprantendenza in formarli il cardinal Seripando; a cui non parve già mai, che meritaſſe il pregio l'aſſumer così fatta diffinizione. ma vedevaſi, che nella dottrina, preparata in tempo di Giulio, ciò s'era poſto.* Ab ejuſmodi doctrinae appoſitione abſtinendum hoc tempore eſſe, multi alii, praeter Seripandum, concilii patres cenſebant. contra Hoſius Tridenti, Truchſeſius Romae ſentiebant.

teretur, multa me ſcito proximo ſenatu (*b*) verba feciſſe: illud- *b*
que etiam tuliſſe reſponſum, decreturos eſſe (*c*) patres (*d*) ex *c d*
rei veritate, de eo non eſſe praejudicandum (*e*); neque quic- *e*
quam ad arbitrium revocandum. quid multa? contraxi vela (*f*), *f*
neque deſperavi, fore, ut recte atque ordine agantur omnia.
De calice quid ſentiam (*g*), laetor intelligere te, & ab opinio- *g*
ne mea rationem tuam non abhorrere. ſi certa ſit utilitas, ſi
perſpicua ſalus aliquot hominum, non ſolum civitatum ac provinciarum, quae tamen remota ſit a pernicie reliquorum, affirmabo, concedendum eſſe illis optatiſſimum calicem; ſed ea lege, ut, in caeteris omnibus ſe dicto ſacroſanctae ſedi (*h*) apo- *h*
ſtolicae audientes futuros, polliceantur, reque ipſa id praeſtent: quam ſi accipiant conditionem, hujus ſententiae auctoribus ac ſuaſo-

(*b*) De ea tridentinorum patrum controverſia ita concilii legati ad card. Borromaeum die 13. aug. 1562. ſcripſerant: *Noi havemo di gran travagli per conto di queſta dottrina; eſſendoci molti, che non la vorrebbono in niuna maniera, & molti, che la vorrebbono d'altra ſorte; & chi deſiderarla una coſa & chi un altra: & le ragioni ſono potenti da tutte le parti. ſichè biſogna, che lo ſpirito di Dio ſia quello, che lavori, & levi queſti diſpareri.* Aliquot autem ante diebus, quarto nempe ejuſdem auguſti die, haec litteris, ad eumdem Borromaeum datis, adſcripſeraut: *Noi trovamo tante difficoltà in far queſte dottrine, che, ſe ſi ha da farne una per ogni articolo & materia, che ſi tratta, mandarà il concilio in lungo mezzo anno di più. & perchè ſono quì molti padri, & dotti & gravi & prattichi de' concilii, che dicono, queſte dottrine non eſſer neceſſarie, & non molto uſitate nelli concilii paſſati, havemo riſoluto dar di queſto loro parere avviſo a voſtra illuſtriſſima & reverendiſſ. ſignoria, acciochè ſappia, che, ſe non ſi haveſſero da far queſte dottrine, il concilio ſi finirebbe di parecchi meſi prima.* Pontifex, quid facto opus eſſet, Romae conſultans, conventum cardinalium, ſive ſenatum habuit, in quo Truchſeſius pro Hoſii, quae erat eadem ſua, ſententia pugnavit. Docet autem hic locus, non ſemper, neque omnibus conſiliis de tridentinis rebus fuiſſe excluſum Truchſeſium. quod monendum duxi, memor illius querelae, quae epiſtola *Quod in conſiliis*, die 22. data, continetur.

(*c*) *poſſe* exempl. Gratianus emendavit.

(*d*) Illius ſenatus, Romae habiti, haec ſententia fuit, relinquendam eſſe tridentinis patribus, de illa controverſia, quod verum aequumque eſſet, ſtatuendi, liberam poteſtatem.

(*e*) Nullum ea de re Romae judicium, ante quam Tridenti, eſſe faciendum, ſed omnia ad concilii, potius quam ad ſenatus, arbitrium eſſe revocanda.

(*f*) Ideo deſtitit rem urgere Truchſeſius, quod vidit, nihil proficere ſuam contentionem poſſe; ſiquidem ſenatus ſtatuiſſet, nihil de illa decernere, ſed totam tridentinis patribus decernendam permittere.

(*g*) De uſu ſacri calicis, etiam non ſacerdotibus concedendo, ſententiam ſuam Truchſeſius jam aperuerat epiſtola *Maximas*, ad eumdem Hoſium d.8. hujus menſis data, quam vide.

(*h*) *ſedis* exempl. Emendavi. nam latinum non puto *dicto audientem eſſe alicujus*, pro *alicui*.

ſuaſoribus princeps ſemper aſſentiar. ſed nihil tale agitur; ne cogitatur quidem. memini enim, me, Paulo III. pontifice maximo, cum is, ſe conceſſurum eo modo, quo dixi, calicem, profeſſus eſſet, praedicare Auguſtae de ſuperiore loco pontificis max. voluntatem propenſam in ſalute communi, dicereque, ſi vellent ſedi apoſtolicae in omnibus praeterea ſubjecti & obedientes eſſe, daturum me iis, qui poſtularent, mea manu calicem. quo tempore nemo fuit, qui profeſſus ſit, aut petierit quidem. quod ipſe re ipſa ſum expertus, id ab aliis etiam principibus viris, qui ſtudia illorum hominum optime norunt, cognovi. mihi quidem in ea permiſſione nulla videtur eſſe ſpes meliorum rerum. utinam fallar! ſed progreſſio ad iſtam actionem rem declarabit. non dubito, quin ſpiritus ſanctus, cujus nutu iſtic omnia decernuntur, vobis eam mentem daturus ſit, ut ea ſtatuatis, quae Deo glorioſa, ſuae eccleſiae ſint ſalutaria: quorum decreta & rationi & voluntati meae ſemper anteponam. Quod ſcripſi de tuo titulo commutando (*i*), id ea re feci, quod videbatur in laurentianis virginibus non nihil eſſe curae, quodammodo remotum a dignitate cardinalis (etſi pietatem habet res & religionem), & quod in titulo ſancti Pancratii non nihil etiam utilitatis eſſe, audiveram, id eſt, facultatem habere eum, qui titulo praeſit, quorundam beneficiorum. ſed rem melius cognoſcam, deque ea te faciam certiorem, qui, cum agnoſcis meam in te ſingularem benevolentiam & obſervantiam, ſimul agnoſcis officii mei partes: quae, quia non debent (*k*), nunquam tibi deerunt. Vale. Romae. v. Kal. ſeptembris. M. D. LXII.

(*i*) Truchſeſii ſive epiſtola, ſivè epiſtolae particula ea, in qua de titulo S. Laurentii in Paniſperna, in titulum S. Pancratii commutando, ſcripſiſſe ad Hoſium ſe, ſcribit, ad nos non pervenit. titulo autem S. Laurentii ornatus a pontifice max. Hoſius fuerat die 8. auguſti ſuperioria anni. Vide epiſt. *Nihil mihi* d. 9. aug. 1561.

(*k*) Subaudiendum puto *deeſſe*.

L X I X.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

5. ſept. 1562. *De cardinalicio S. Pancratii titulo, Hoſio impetrato.*

Biduum interceſſerat a proximis meis ad te literis, cum in limine curiae (erat enim ſenatus) mihi praeſto fuit Ticinius (*a*) noſter, una cum altero cliente tuo, mecumque vehementer

(*a*) Hoſii negociorum Romae procurator.

menter egerunt, ut agerem ipſe cum pontifice de titulo ſancti Pancratii. quibus cum reſponderem, me nondum, quanti id tua intereſſet, cognitum habere, ſcripſiſſe vero ad te proxime; ubi rem cognoſſem, ſubtiliter te de tota ratione certiorem facturum: inſtiterunt id petere, ut poſtularem eum titulum. quid quaeris? poſtulavi rem, ut tum fuit, mihi minime notam, tibique facillime impetravi. ſed vide, quo negotium reciderit. nulla eſt in eo facultas beneficiorum. nam, ſi qui ſunt ejus loci fructus, ſodales quidam, qui habitant in eo templo, ibique rei divinae operam dant, illis vitam tolerant. caeterum aedes magnifica ac vetuſta; titulus honeſtiſſimus, qui fuit multorum cardinalium, ſuae aetatis facile principum; celeberrimus locus, quo ſtatis anni diebus (*b*) omnes commeant religionis ergo: praeterea novus titulus habet vitationem alicujus & ſumptus & moleſtiae, quam prior habebat (*c*), & plus etiam eſt in eo dignitatis. Cupio te valentem & vigentem eſſe. Romae. non. ſeptembr. M. D. LXII. b c

(*b*) Die aprilis tertio, qui dies S. Pancratii martyris memoria conſecratur, & iterum octavo poſt paſcha, qui *Dominica in albis* dicitur, quo ad S. Pancratii aedem ſtatio ſolemnis indicitur.

(*c*) Vocem *habebat* omittit exempl. Addidi ex cod. vat. Gratianus mendi notam adſcripſerat.

L X X.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Comiti Tarnovio. (*a*) a

Epiſtola officioſa. 5. ſept. 1562.

CUM ad te ſaepius pro vetere amicitia noſtra literas dediſſem, etſi ad eas nihil reſcripſiſti, fortaſſe quod perlatae non ſunt, tamen fecit idem meus in te amor, ut tibi Pragam, quemadmodum accepi, hoc tempore venienti, aliquid etiam ſcriberem. ſcio enim, fore, ut hae tibi literae reddantur, quibus tantum te ſalutandum putavi, tibique omnia utilia, honeſta & ſalutaria precanda, ac meum denique ſummum in te ſtudium & amorem deferendum ac profitendum; ut intelligas, me & clariſſimi atque optimi viri parentis tui (*b*) memoriam ſumma cum benevolentia conſervare, & te, tanto patre digniſſimum b

(*a*) Joanni Chriſtophoro, Joannis filio.

(*b*) Habes Truchſeſii epiſtolam, in obitu Joannis Tarnovii ad Joannem Chriſtophorum filium datam 26. jul. 1561. cujus initium eſt *Vere tu quidem exiſtimas*.

ſimum filium, unice diligere, cupereque tua cauſa omnia, quae ad tuam utilitatem dignitatemque pertineant. Vale. Romae. non. ſeptembr. M. D. LXII.

L X X I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Archiepiſcopo Magdeburgenſi. (*a*)

a

10. ſept. 1562.

Ad liberam catholici archiepiſcopi profeſſionem cohortatur.

b

CUM mihi oblata eſſet occaſio Alberti Thumii, patris tui (*b*), clariſſimi viri, ad pontificem max. legati, facere non potui, quin te ſalutarem per literas, &, quod tibi praeſenti ſtudium

(*a*) Nomen illi *Sigiſmundus*. Didici ex Hoſii epiſtola viceſimaſeptima, ad eum die 10. jul. 1560. Vienna data, & ex Gratiani *Itinerario* ms. inferius afferendo.

(*b*) Non hoc intellige, Albertum Thumium, archiepiſcopi magdeburgenſis patrem fuiſſe, ſed illud, Thumium fuiſſe cum legatione miſſum ad pontificem max. ab ejuſdem archiepiſcopi patre. qui autem archiepiſcopi pater fuerit, diſces ex litterarum Commendoni ad card. Borromaeum particula, die 17. febr. 1561. Cremetzio datarum: *Da Lipſia*, inquit, *paſſammo per il contado di Mansfeldt, preſſo la patria di Luthero, & venimmo ad Halla di Saſſonia, città ſuddita a l'arciveſcovo di Magdeburg, & reſidentia ordinaria di ſua ſignoria reverendiſs. Ma eſſo poco prima ſi era partito, chiamato, come i ſuoi conſiglieri mi diſſero, dall'illuſtriſs. ſuo padre. Io diſſi loro, come haveva lettere di noſtro ſignore per ſua ſignoria illuſtriſs.* (fort. *reverendiſs.*) *& che voleſſero dargliene avviſo: perchè io andarei diritto nella Marcha di Brandeburg a ritrovare anche l'illuſtriſs. elettore, ſuo padre &c.* Hujus autem patris nomen, & alia quaedam ad archiepiſcopum filium pertinentia, Gratianus prodit in ſuo *Itinerario* ms. his verbis: *A dì 14.* (febr. 1561.) *partiti da Lipſia .... arrivammo ad Hala ... Queſta terra è ſul fiume Sala, & è aſſai grande & bella. Ci è un fonte appreſſo la piazza, che ſorge continuamente, & entra in quattro pozzi murati, poco diſtanti l'uno dall' altro, & tanto profondi & oſcuri, che vi gettano dentro paglia acceſa, per veder l'acqua, la quale bollita al fuoco ſi converte in ſale bianchiſſimo & perfettiſſimo. Queſta terra è di Sigiſmondo, figliuolo di Gioachimo elettore & marcheſe di Brandemburg, che la poſſiede aſſolutamente, come arciveſcovo di Magdeburg, ch'è principe d'imperio & primate di Germania, il quale ſta quì la maggior parte, havendoci una roccha aſſai bella, commoda, & forte. egli ha l'intrata di queſto fonte di ſale, che gli dà circa 25. mila ſcudi d'intrata. tiene anchora il veſcovato d'Halberſtat, ſotto titolo d'amminiſtratore, che vale da diecimila taleri: & in tutto dicono che ha circa 60. mila ſcudi d'intrata. queſto arciveſcovo è d'anni 22. & non ha barba, & è grande, groſſo, & tanto graſſo, che a pena può caminare ... Il marcheſe* (Gioachimo ſudetto) *ha per moglie Edevige, ſorella, ma d'altra madre, di Sigiſmondo, preſente rè di Polonia, la quale è d' età d'anni 45. graſſa eſtremamente, & picciola*

Digitized by Google

ſtudium & operam meam in omnibus, quae ad tuam utilitatem dignitatemque pertinerent, pollicitus ſum, his literis etiam eidem tibi deferrem. idem enim meus in te amor eximius hoc tibi de me profiteri cogit, in reliquis (*c*) quod Romae praeſtiti, *c*
nonnullis vehementer contradicentibus. cum enim hic de catholica fide & vera pietate tua affirmarem, incredibile eſt, quam multos nactus ſim ſententiae atque orationi meae adverſarios (*d*); *d*
quos tamen ſi non fregi, certe ita ſuſtinui, ut ſe victos potius, quam victores fuiſſe, intellexerint. dixi vero, quod ſentio. quid enim non exiſtimem, eo genere, eo gradu dignitatis virum id ſentire & loqui, quod exiſtimationem continet (*e*)? cur non *e*
credam, eſſe in ea Petri navi archiepiſcopum, & magdeburgenſem archiepiſcopum, quam & ipſe ſalvator conſcendit, & docuit, neminem, niſi per eam, in ſalutis portum invehi poſſe? qua in cogitatione valde me moverunt exempla majorum tuorum, qui cum ſumma illa nobilitate antiquiſſimae familiae parem catholicae religionis integritatem mirabiliter conjunxerunt (*f*). haec *f*
mea

ciola & ſtroppiata de le gambe per tal modo, che non può muoverſi ſenza eſſer portata. queſta donna ha voluto ſempre eſſer cattolica, non oſtante le molte perſuaſioni, che le ſono ſtate fatte dal marito, da' figliuoli & da altri.... Da queſta donna il marcheſe ne ha havuti l'arciveſcovo di Magdeburg ſudetto, Eliſabeth Maddalena vedova &c.

(*c*) Mendi notam contra hunc locum adſcripſit in exemplaris margine Gratianus: & certe mendum ſubeſt. nec aliter eſt in codice vaticano.

(*d*) Minime mirum. nam multis jam ante de ſe ſuſpicionem praebuerat in eo, quod famulis & adminiſtris non niſi haereticis uteretur. Commendonus quidem in ſua ad card. Borromaeum epiſtola, die 4. mart. 1561. Berolino Romam data, *Egli è*, inquit, *giovane di ventidue anni, & moſtra buoniſſima natura. ma non ho potuto conoſcere anchora un catholico fra tanti ſuoi ſervitori*. Caniſius vero litteris, ad Hoſium die 29. jan. 1562. Auguſta datis, plane ad haereticos eum defeciſſe confirmat: *Immortales*, inquit, *Deo optimo maximo gratias agimus, qui ſacram ſynodum* (tridentinam) *voluit aperiri... Ut autem catholicos recreat meritoque confirmat hoc auſpicium, ita non parum offendit ac perturbat hoc loco, quod archiepiſcopus madeburgenſis una cum primario clero ſuo recens deſecerit ad factionem confeſſioniſtarum*.

(*e*) Hoc eſt, *in quo exiſtimatio ac dignitas continetur atque conſiſtit*.

(*f*) Hujus brandeburgenſium majorum religionis indicium eſt illud, quod Commendonus card. Borromaeo litteris illis ſuis die 4. mart. 1561. datis ſignificavit: *Finiti*, inquit, *queſti ragionamenti* (coll'elettore Gioachimo) *gli domandai la riſpoſta al breve di noſtro ſignore, & licentia per partire la mattina ſeguente. & ſua ſignoria illuſtriſs. mi fece inſtantia a fermarmi due giorni anchora, perchè deſiderava moſtrarmi le reliquie & le cerimonie de la ſua chieſa. io, ſchiſando d'andare a la meſſa d' huomini non conſecrati, andai doppo pranzo, & viddi tutte le reliquie, beniſſimo tenute, & molte ſtatue d'argento, & vaſi & croci d'oro fin dal tempo di Carlo magno, & donati da quello imperatore, come io credo, a la chieſa di Magdeburg. v'è anchora una roſa, donata a*
ſuo

Digitized by Google

mea de te ſententia eſt: quam ut hic caeteris , ſic tibi notam eſſe volui ; ſimulque pro ſingulari meo in te amore ac ſtudio hortari & orare , ut , quod & tui officii maxime eſt , & ad comprimendas illorum hominum voces, in tuum nomen erumpentes , paene eſt neceſſarium , mittas ad tridentinum concilium aliquem tuo nomine ; idemque faciendum cenſeas parenti tuo , praeſtantiſſimo viro : quo nihil melius aut utilius, nihil denique honorificentius facere poteſtis . iſtud enim pii & boni omnes deſiderant ; ego vero tanto ejus deſiderio teneor , pro meo erga vos animo ac voluntate, ut nihil magis; quibus, quicquid ſemper opera ac ſtudio meo potero, ſumma mea voluntate polliceor ac defero. Vale. Roma. IIII. idus ſept. M. D. LXII.

LXXII.

ſuo avo da papa Nicola V. Eadem paullo diligentius Gratianus in ſuo *Itinerario* perſequitur: *Nelle coſe*, inquit, *della religione egli* (Gioachimo elettore) *è Lutherano. nondimeno è oſſervantiſſimo delle cerimonie. ogni giorno ode il veſpro & gli altri uffici, & fa dire la meſſa nel modo noſtro (fuorche amette il canone) in una chieſa, che ſi congiunge per un corridoro al ſuo palazzo: nella qual chieſa ſono molti ſacerdoti, conſecrati già ſecondo la religione antica, & alcuni in Vittemberg, ſecondo il modo loro d'adeſſo: ſopra i quali è un capo, che porta la beretta roſſa, come un cardinale, quali fanno tutti quegli uffici, che ode l'elettore. In queſta chieſa un giorno il marcheſe moſtrò a monſignore* (Commendone) *in una ſtanza terrena molte ſtatue d'argento di diverſi ſanti, & fra gli altri di S. Mauritio con una corona ornata di molte perle & altre pietre pretioſe, & un Carlo magno con una corona & una caſſetta con molte perle & pietre, croci d'argento & d'oro, calici, candeglieri & tabernacoli, & altre coſe per chieſe, che dicevano valere più di 300. mila taleri. Moſtrò anche ne la ſacriſtia de la medeſima chieſa una gran quantità di pianete & altri paramenti per la meſſa & per altri uffici di veluto & broccato, lavorati con oro & perle, & una roſa d'oro benedetta da Nicolò V. & donata a l'elettore d'allora: le quali ſtatue & paramenti erano de l'arciveſcovo di Maguntia, fratello di Joachimo, padre del preſente Joachimo elettore; il quale per riſpetto de le ceremonie, che oſſerva, è chiamato da gli altri proteſtanti Papiſta. & in molte coſe moſtrò di portare honore al papa: & ſpetialmente una mattina, ragionandoſi a tavola di molte coſe, fra l'altre uno del marcheſe diceva, che l'imperio haveva accreſciuto gran dignità al papato. al che monſignore riſpoſe, che anzi l'imperio haveva ricevuta tutta la ſua dal papato, & ſpetialmente il marcheſe; & perciò doveva tacere: il quale ſubito, cavatoſi il cappello, diſſe, Ego hoc non diffiteor.* &c.

LXXII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

Hoſii animum, nonnihil ab Soto propter opinionis cujuſdam diverſitatem abalienatum, placare conatur. 20. ſept. 1562.

UT pro iis, quae ſalutariter iſtic acta & ſcripta ſunt (*a*), Deo gratias immortales agere, ſic, ut reliqua ex ſententia ſuccedant, aſſidue preces facere debemus. atque in illis magna laus tua, magna item in te ſpes eorum, quae impendent. unum illud certe doleo magis, quam miror (*b*), patrem Sotum non omnino cum amplitudine tua ſentire (*c*), planeque tibi

(*a*) Ea, ut opinor, ſignificantur, de quibus concilii legati ad card. Borromaeum die 3. hujus menſis ſcripſerant his verbis: *Attendemo ſimilmente alli canoni & alla dottrina, della quale già ſi ſtà d'accordo per gratia di Dio, & penſamo, che ſarà ſtabilita per domani, sì che ſi potrà dare ad eſaminare alli padri, li quali tuttavia ſi ſollecitano in dir i voti loro nella materia del calice: & tenemo buona ſperanza d'eſſer all'ordine d'ogni coſa, & celebrar la ſeſſione il giorno determinato; che a Dio piaccia di farcela ſuccedere felicemente, come la paſſata.*

(*b*) *mirer* exempl. & Tabul. Sed praetuli Gratiani emendationem.

(*c*) Diſſenſio inter Hoſium & Sotum fuit, ut opinor, de eo, utrum Chriſtus dominus in coena illa noviſſima ſe Deo patri in ſacrificium pro hominibus obtulerit. quae controverſia agitari coeperat ſuperiori menſe in concilio, de eaque ipſius concilii legati card. Borromaeum die 27. his verbis admonuerant: *Per dare hora conto a voſtra illuſtriſſ. & reverendiſſ. ſignoria delle coſe noſtre quì, le diciamo, che queſta mattina, & non prima, hanno finito i padri di votar ſopra la dottrina & decreti del ſacrificio della meſſa. & la coſa è andata così in longa, per eſſerſi in queſta materia intromeſſo un punto non propoſto da noi, ciò è,* An Chriſtus ſe obtulerit in coena. *& non s'hà potuto far di meno di non laſciarvi dir ſopra chi ha voluto dirvi a ſacietà, per eſſer dell' importanza, che è.* Cardinalis Seripandus has ad protonotarium Guilhelmum Sirletum litteras die 13. ejuſdem menſis auguſti Tridento Romam dederat: *Rev. Monſignor come fratello. Li voſtri teſtimonij intorno al ſacrificio della meſſa ſono parſi a tutti belli & rari, i quali eſplicano quella verità, della quale quì, benedetto ſia Dio, non è controverſia alcuna, ciò è, che la meſſa ſia ſacrificio. Quì una coſa ſi deſidera, nella quale tutti convengono, & un altra ſi diſcute con qualche controverſia. Nella prima vorrebbeno tutti eſplicare, che la meſſa ſia ſacrificio propitiatorio. il che è veriſſimo, offrendoſi in quella quell'iſteſſo prezzo della ſalute humana & quell'hoſtia, che fu offerta in croce, la qual ſola baſtò a placar Dio con gli huomini, & far che foſſe propitio a' peccati del mondo. Ma quel, che ſi deſidera, è trovar modo degno o per la ſcrittura o per i padri da poterlo bene & ſofficientemente eſplicare. & hoc qua-*

tibi non ſatisfacere in rebus omnibus. quod illum ſummopere cupere ſcio non ſolum ex ejus ad me literis, quas una cum his ad te mitto, ſed ex perpetuitate ejus orationis, quam mecum de ſumma ſua erga amplitudinem tuam obſervantia, tuiſque ſingularibus virtutibus Romae habuit. porro nemo eſt, quem ille magis colat & admiretur. quare accidiſſe aliquid, in quo

quoque dabit nobis Deus. Se havete niente, come credo, che habbiate aſſai in ogni materia, fate il voſtro ſolito. Quello, ch'è in controverſia, è, che alcuni affermano inſtantemente, che Chriſto benedetto nell'ultima cena offeriſſe ſe ſteſſo ſotto ſpecie di pane & di vino in quel modo, che s'offriſce ogni giorno nella meſſa. a queſto ſono alcune autorità molto ſtimate da coloro, che ſono in queſta openione. ma dall'altra parte, pochi però, non vogliono, che queſto ſia da eſſer tenuto come coſa di fede, ma più preſto come openione probabile, & coſa, che poſſa ſoſtenerſi nell'una & l'altra parte. & in queſto ancora ſi ſpera, che lo ſpirito ſanto farà l'opera ſua. Hò voluto che 'l ſappiate, ut proferas de theſauro tuo nova & vetera. Quando vi verrà bene, baſate la mano in nome mio a monſignor illuſtriſs. di Trani, & fate il medeſima officio con monſignor illuſtriſs. Amulio, communicandoli, ſe vi piacerà, queſto che vi ho ſcritto &c. Idemque die ejuſdem menſis 17. ad eumdem has alias litteras dederat: *Queſti luoghi, che v'è piaciuto mandare con la voſtra di 8. ſono parſi a tutti ſecondo il ſolito di molta conſideratione & ſtima. ma a me ſono ſtati grati un poco più dell'ordinario. A quei particolari, che pochi dì ſono vi ſcriſſi, mi par hora giongere queſto, che monſignor illuſtriſs. Varmienſe nella ſua Confeſſione, nel capitolo De ſacerdotio, tiene, come ancor' io tengo, che Chriſto benedetto non s'offerſe nella cena, ma ſolamente in croce: & allega in confirmatian di queſto un luogo di Ecumenio; il quale luogo vorrei haver dal greco. però prego voi, cui omnia haec ſunt prae manibus, a mandarmene copia. &, ſe ſopra di queſto havete altro, non laſciate il voſtro officio di charità &c.* Sane mirandum eſt, Seripandum dicere, in eadem illa ſua de Chriſti oblatione, in cruce dumtaxat, non in coena, ſententia Hoſium fuiſſe, quem in contraria fuiſſe, & Truchſeſii ſuperior epiſtola *Ego mihi* d.28. aug.1562. data, & Hoſii ipſius ad card. Amulium litterae, mox afferendae, & Oecumenii locus ille ipſe, a Seripando indicatus, evincunt. en ipſum locum, a me ex Hoſii *Confeſſione* editionis antuerpienſis an.1561. p.158. ſumma fide deſcriptum: *Oecumenius, qui vixit ante nongentos annos, enarrans illum Pauli* (hoc eſt Davidis, a Paulo in epiſtola ad Hebraeos allatum) *locum „ Tu es ſacerdos in aeternum, ſecundum ordinem Melchiſedech „ Significat*, inquit, *ſermo, quod, licet Chriſtus non obtulerit carentem ſanguine hoſtiam, ſiquidem ſuum ipſius corpus obtulit, attamen, qui ab ipſo fungentur ſacerdotio, quorum Deus pontifex eſſe dignatus eſt, ſine ſanguine offerent: nam hoc ſignificat In aeternum. neque enim de ea, quae ſemel a Deo facta eſt oblatio & hoſtia, dixiſſet In aeternum: ſed reſpiciens ad praeſentes ſacrificos, per quos medios Chriſtus ſacrificat & ſacrificatur; qui etiam in myſtica coena modum illis tradidit hujuſmodi ſacrificii*. Hactenus Oecumenius. tum ſubdit Hoſius: *Hinc vel coeco perſpicuum eſſe poteſt, quam ſit eorum ſacrilega audacia, qui ſacrificium ex eccleſia ſublatum eſſe volunt*. Vides, neque Oecumenii verba Seripandi ſententiae de Chriſti dumtaxat in cruce oblatione ſuffragari, ſed adverſari potius, neque Hoſii conſilium iis afferendis fuiſſe,

quo ille ab amplitudine tua diſſentiat, magis dolendum, quam mirandum mihi videtur. hoc enim magis optaſſe omnes amicos omnibus temporibus, ut nunquam eorum ratio diſcreparet, quam aſſecutos eſſe, exiſtimo. non commemorabo exempla, quorum referta ſunt omnia, eorum, qui in diſſimili interdum ſententia eodem ſemper inter ſe animo fuerunt, ea-

ſe, ut, Chriſtum ſe patri obtuliſſe dumtaxat in cruce, non in coena, probaret. Sed audiatur ipſe Hoſius in epiſtola inter editas nonageſimaquinta, ad M. Antonium Amulium cardinalem Heilſperga anno 1565. Romam data. *Pauli*, inquit, *Manutii typis excudi lucubratiunculas noſtras, & quidem Romae, diligenter etiam in id opus incumbi, lubens admodum ex literis illuſtriſs. dominationis veſtrae cognovi... De ſententia quadam Gregorii Nyſſeni, ubi de oblatione in coena agitur, magnam audio fuiſſe diſceptationem, ferenda ne eſſet, an auferenda ex libro. Video, quod medium quiddam eſtis ſecuti. nam nec ferre nec auferre voluiſtis integram, ſed, priore particula poſita, reliquum omne, quod ſequebatur, & quod ad rem faciebat maxime, ſuſtuliſtis. ego vero nihil dubito, quin magno judicio id factum ſit: cui cedo non invitus. ſed, quod bona cum venia ſcriptum velim, vehementer metuo, ne plus nimio ſuis affectionibus quiſquam indulſerit. nec enim defuerunt in ſacro concilio tridentino, qui graviter* oblationem, in noviſſima coena factam, *oppugnarent: quod haud ſcio an unquam antea pari contentione factum ſit, atque hoc infelici noſtro ſaeculo, primum a Luthero, deinde a reliquis ſectatoribus illius; quamvis & Petrobruſſiani & Henriciani, Bernardi ſaeculo, non diſſimile quiddam tentaſſe videntur, & qui poſt hos miſſae ſacrificium oppugnarunt. Quibus itaque viſum non fuerat, ut aliquid in concilio tridentino ſtatueretur de oblatione, per Chriſtum in coena facta (quos non ita multos fuiſſe conſtat) ſententiam hanc Gregorii Nyſſeni, cujus auctoritate ſe valde premi videbant, graviter oppugnarunt. Verum ex altera parte fuerunt multo plures patres excellenti doctrina pietateque praediti, qui fortiter eam defenderunt: quorum etiam tandem obtinuit ſententia, quam* ego tanto veriorem eſſe perſuaſum habeo, *quod ſynodi totius conſenſu fuit approbata. Sed nec illud ambigo, ſi nullum affectum, ſed ſanum aliquis intellectum afferat horum Gregorii Nyſſeni verborum, nihil in eis reprehendi recte poſſe, cum nullus in eis error ab his deprehenſus fuerit, qui doctrinam de oblatione in coena facta tuebantur.* Qui Gregorii Nyſſeni auctoritatem illam, negantibus Chriſti oblationem in coena tam valde adverſantem, e ſuo libro ſublatam tantopere queritur, eum ne credibile eſt eamdem Chriſti oblationem negaſſe? Addam etiam particulam litterarum Chriſtophori Madruccii card. tridentini, ad Hoſium die 29. aug. 1562. Tridentum Suſiano datarum, qua ex particula, quae Hoſii de hac re ſententia tum fuerit, ſatis intelligimus. *De rebus*, inquit, *ad ſanctam ſynodum pertinentibus quod me R. D. V. in ſummis occupationibus tam diligenter certiorem fecerit, maximas illi gratias ago. Id autem animum non mediocri dolore affecit meum, quod ex ipſis litteris percepi, in poſtrema ſeſſione verba illa, ad hanc uſque diem a catholicis accepta & confirmata, neſcio quo pacto praetermiſſa eſſe, quod Chriſtus ſe ipſum obtulit in coena, atque ea de re poſtea non ſine aliqua controverſia a triginta patribus fuiſſe diſceptatum. Haec profecto quicumque aut ignorantia oppreſſi in dubium revocant, aut invi-*

Digitized by Google

demque voluntate (cui enim illa notiora ſunt, quam tibi?);
ne ii quidem diſputabo, praeſertim ſcribens tibi, factum eſſe
ſaepe, iidem ut homines pugnantia & dicerent & ſcriberent;
d quorum cauſam (*d*) non ipſi, ſed aliquod rei attributum, aut
e tempora ſuſtinerent. res, quarum (*e*) una ratio vera ac neceſ-
ſaria eſt, unam ſententiam poſtulant, praeterea nullam: reli-
quae non item. potuit igitur Sotus, ut de re probabili, & quae
habeat defenſores in utranque partem, aliter dicere, quam ante
ſcripſerit; neque fortaſſe ſine cauſa. Sed haec opinione ductus
ſcribo, non quo quicquam cognoverim, praeter id, quod ab
amplitudine tua ſcriptum eſt. illud ita mihi perſuaſum eſt, ut
nihil magis poſſit, neminem tui amantiorem aut obſervantio-
f rem eſſe, quam Sotum; qui ſi forte (*f*) minus frequens tecum
eſt, quam tu velles, totum aſſignato occupationibus, nihil ejus
g voluntati: de quo tamen non dubito fore (*g*), quin ſarciat omnia,
&, ut conjunctiſſimis ſenſibus ſemper antea fuiſtis, ſic nihil fu-
turum ſit illius in amplitudinem tuam, nihil tuo in illum amo-
re praeſtantius; quo nihil mihi nec certius nec gratius eſſe
poteſt. Deus te ſalvum & incolumem ſervet. Vale. Roma.
h IV. id. ſept. M. D. LXII. (*h*)

LXXIII.

invidia malevolentiaque ducti impugnant, hoſtibus praebent arma, & divinam in ſe iram vehementius concitant: ſiquidem totam hanc rem nobis Chriſtus apertiſſime declaravit &c. Niſi ex Hoſii litteris Madruccius cognoviſſet, ſententiae de Chriſti in coena oblatione illum adhaerere, adeo ne libere ac propemodum atrociter in eos, qui aliter ſentirent, invectus eſſet? Non eſt igitur dubitandum, quin Hoſius, contra quam Seripandus in illis ſuis ad Sirletum litteris teſtificatur, ita ſenſerit, Chriſtum ſe patri etiam in coena pro hominum ſalute obtuliſſe. contrarium ſenſiſſe Sotum, tradit Pallavicinius lib. XVIII. c. I. n. 10. Hanc igitur inter eos diſſenſionem ſignificari hoc truchſeſianae epiſtolae loco, cenſeo.

(*d*) *cauſa non ipſe, ſed* &c. exempl. Gratianus emendavit, ut edidimus, & ut habet *Tabularium*.

(*e*) *quorum* exempl. Emendavi ex Tabul.

(*f*) *fortaſſe* exempl. Emendavi. cauſam autem ad epiſt. *Georgii* d. 3. maj. 1560. attuli.

(*g*) Vel *fore* ſupervacaneum eſt, vel, quod ſequitur, *quin* in *ut* commutandum. Vide epiſtolas *Ego vero* d. 31. jan. 1561. & *Abſtulimus* d. 20. maj. 1561. & *Non aſſequor* ineunte jun. 1563. & *O jucundiſſimas* d. 28. jul. 1564. in quibus omnibus ſimiliter peccatum eſt.

(*h*) M. D. LXI. exempl. & cod. vatic. Emendavi ex Tabul.

Digitized by Google

LXXIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi. (*a*) *a*

Euchariſtiam ſub utraque ſpecie petentibus non eſſe concedendam. 19. ſept. 1562.

O Gravem & pernicioſam hominum ſitim (*b*) non tam pretioſi ſalutariſque Chriſti ſanguinis (cujus corpus, quando ita ſanguinem flagitant, vereor, ne exangue putent), quam majoris cujuſdam licentiae, ad quam hac calicis conceſſione gradum ſe facturos, ſperant! utinam ea ne aperiatur feneſtra, qua patefacta nihil praeterea munitum, nihil ſanctum cuſtodiri poſſit! mihi enim id agi videtur, ut ad multorum peccatum noſtra accedat auctoritas, qua catholici infirmentur, alii confirmentur magis: ut interdum me & pudeat & taedeat vivere, cum haec (*c*) audiam. utinam, iterum utinam, ne ita ſit, ut, re conceſſa (quemadmodum magnus ille & vir & pontifex Gregorius in re diſſimili, ſed tamen in ſimili quorundam petendi ratione, dixit), noſtrum morem (*d*) viciſſe glorientur! equidem (*e*) *b* *c* *d e*

 non

(*a*) Edita eſt haec epiſtola in *Tabul. Eccl. rom.* pag. 246.

(*b*) Hujus ſitis recens indicium Georgius Draſcovicius, epiſcopus quinquecclesienſis, in concilio tridentino praebuerat, de quo concilii legati ad card. Borromaeum die 14. hujus menſis illa ſcripſerunt: *Eſſo veſcovo, in compagnia del ſignor Sigiſmondo da Ton, è ſtato hoggi dopo pranſo da noi, & ci ha di nuovo inſtato, che vogliamo proponere alla ſinodo la conceſſione del calice per la Boemia ſolo, havendoci forſe anco ripenſato bene, & conoſciuto finalmente, che, ſe l'haveſſero da principio governata così, potevano ſperar d'ottenerla al ſicuro. Noi havemo loro riſpoſto, che non ſi può fare, perciochè ſaria nuova propoſta, & ſi metteria la ſeſſione in forſe, non ci eſſendo tempo da conſultarla co' padri, come biſognerebbe. & con queſte & con altre ragioni, che non accade ſcriver quà, pare, che ſiano aſſai acquetati, & che ſi contentano, che facciamo domani in congregatione la propoſta intorno alla coſa del calice, che mandamo quì alligata.*

(*c*) *hoc* exempl. Correxi ex Tabul.

(*d*) *more* exempl. in cujus margine mendi notam Gratianus inſcripſit. Correxi ex Tabul.

(*e*) In hanc eamdem ſententiam Joannes Baptiſta Oſius, romanus, reatinorum epiſcopus, in concilio tridentino doctiſſime diſputaverat, Stanislai Hoſii noſtri auctoritate etiam uſus: *Uno de' più lunghi*, inquit Pallavicinius lib. XVIII. c. 4. n. 17. *e più memorabili ragionamenti, che contraſtaſſero alla richieſta* (del calice), *fu quello di Giambatiſta Oſio, romano, veſcovo di Rieti, addottrinato egualmente del diritto ne' canoni, e del fatto nell'iſtorie. Premiſe, non eſſer ufficio del ſinodo il diſpen-*

non memini legere, conceſſum unquam eſſe quicquam petentibus

diſpenſar nelle leggi, ma il coſtituirle e il rivocarle, e però ſopra il chieſto diſpenſamento non doverſi colà decretare, ma ſolo poterſene dar conſiglio al pontefice. Nel concilio di Baſilea non eſſerſi diſpenſato, ma confermata ivi la legge del coſtanzienſe: e benchè vi foſſero ſtabiliti alcuni patti co' Boemi, non poter il preſente concilio procedere per via di quei patti, de' quali non ſi trattava, ma ſolamente in conformità degli articoli propoſti dall' imperadore .... Eſſere ſtato ſin dal principio della chieſa indifferente il coſtume di prender la comunione o ſotto una o ſotto ambedue le ſpezie, come da molti padri ſi raccoglieva: ma l' ereſia di Neſtorio haver data cagione al divieto della ſeconda maniera nel concilio efeſino, a ſin d'eſtinguer negli animi quell' erronea credenza, com'eraſi notato dallo ſteſſo legato Oſio nel ſuo dialogo della comunione ſotto l'una e l'altra ſpezie. Tal conſuetudine eſſerſi tenuta generalmente dalla chieſa in proibire o in comandare ciò, che in verſo di ſè era d'uſo indifferente. Recar di ciò due ſimili eſempij il già lodato cardinal Oſio in altra ſua opera (De expreſſo Dei verbo): *l'uno, che quando lo ſteſſo Neſtorio haveva inſegnato, che Maria non era madre di Dio, ma sì ben di Gesù, incontanente s'era ordinato dal concilio, ch' ella ſi nominaſſe Madre di Dio: l' altro, che in uno de' ſinodi di Toledo, regiſtrato da Graziano, per ire incontro all' errore de' donatiſti, i quali iteravano il batteſimo, s'era interdetto a' cattolici con autorità di Gregorio magno l'immergere tre volte, lecito per l'addietro in quel ſacramento; volendoſi torre ogni ſembianza di multiplicato batteſimo. Gli ebioniti haver creduto, che foſſe neceſſaria a' criſtiani l'oſſervazion degli antichi riti legali. e ſubito, per levar di ciò l'apparenza nell' uſo degli azzimi, eſſerſi ſtatuito, che ſi ſacrificaſſe nel lievitato, come uſano anche oggi i greci. Parimente gli apoſtoli, per non convenir co' giudei, haver mutata la feſta del ſabbato nella domenica, e decretato, che la paſqua non ſi celebraſſe prima dell' equinozio. Un fatto ſomigliante, come altri haveano accennato, riferirſi comunemente di S. Leone, traendolo dal ſermone ſuo quarto della quareſima: ciò era, che a ſin di ſmorzar l'errore de' manichei, neganti a Criſto il vero corpo, haveſſe comandato eziandio a' laici il comunicarſi ancora col ſangue. e forſe allo ſteſſo fine eſſerſi rinovato queſto comandamento ſotto pena di ſacrilegio da Gelaſio, pontefice vicino a S. Leone: benchè un tal canone poteſſe ricever ancora altri intendimenti. Mancata quell' ereſia, eſſer tornata la libertà di comunicare i non celebranti in amendue i modi: ſinchè, ſuſcitato il moderno errore in Boemia, che la comunion del calice foſſe determinatamente di evangelico diritto, eſſa era ſtato proibita nel ſinodo di Goſtanza. Rimanendo pertanto allora più che mai la ragion della legge, convenir, che duraſſe altresì la legge, e ch' ella duraſſe intatta e non ferita con la contraria diſpenſazione. &c.*

Si hac Joannis Baptiſtae Oſii oratione, a Pallavicinio ſummatim expoſita, admonitus, Pallavicinium ipſum, graviter atque adeo atrociter a pſeudonymo quodam (quem ego caeteroqui, tum ſuo tum inclyti ordinis ſui nomine, plurimi facio, & certe tanti, quanti ipſe Pallavicinium, quem obſequii, ut ait, cauſa, *anonymi* appellatione, quoties ei ſive contradicit ſive maledicit, deſignare ſolet, facere ſe, profitetur) reprehenſum atque accuſatum, defendero, lector, opinor, ignoſcet. nam neque diutius diſſimulanda injuria tanta eſt, tanti viri dignitati atque exiſtimationi irrogata, &, niſi hanc ejus propulſandae occaſionem, mihi nunc forte oblatam, arripuero, verendum eſt, ne, quod alias atque ube-

tibus haereticis, quod contra eos decretum fuiſſet; contra vero,

rius factueus ſum, ut omnes pſeudonymi in Pallavicinium criminationes, quae multae ſunt, refutem, nimis ſero id facere coepiſſe videar.

Jam, quo Pallavicinius exordio uſus ad oſianae orationis capita exponenda acceſſerit, meminimus: *Uno*, inquit, *de' più iunghi e più memorabili ragionamenti ... fu quello di Giambatiſta Oſio, romano, veſcovo di Rieti*. Nomen, patriam, epiſcopatum hominis tenemus. Porro de eodem Oſio idem Pallavicinius libro XIV. c.4. n.5. illa prodiderat: *Ottenne il duca* (d'Alba) *da Paolo* (IV. nel ſettembre del 1557.) *la liberazione di varii prigioni, ch'erano ritenuti in caſtel Santangelo, rimanendone quivi ... il cardinal Morone, e 'l veſcovo della Cava ... e l'Oſio, che già datario aſſai valevole col papa, eragli poi caduto in gravi ſoſpetti*. Cui quidem ſuae de Oſio, *olim datario, & valde apud pontificem gratioſo*, narrationi fidem conciliaturus, in libri margine, ut ferme ſolet, rei auctores idem Pallavicinius his verbis adſcripſit: *Vita di Paolo, ſcritta dal Panvino, e Lettera del cardinal Farneſe al cavalier Tiburzio de' 24. agoſto 1555*. Sane in Paulli IV. *Vita*, quam Panvinius ſcripſit, leguntur illa: *Oſio, antiquo familiari*, DATARIO DECLARATO, *datariatue reditus ſuſpendit ... Oſium eundem, quem ſupplicibus libellis, ut dixi, inbnotandis, ſummaeque conſiliorum omnium praefecerat, &* EPISCOPATU *demum* REATINO EXORNARAT, *morum ruſticitate graviorique ejus ingenio ſuboffenſus .... in Hadriani mole praeduro carcere habitum, per quadriennium fere cuſtodiri juſſit*. Nunc audi mirificam rem ac propemodum incredibilem. Pſeudonymus noſtee hiſtoricus, acerbus ille anonymi, hoc eſt hiſtorici Pallavicinii, corrector atque infectator, in ſecundo operis cujuſdam ſui volumine, quod Ravennae typis Antonii Maeiae Landi anno 1753. vulgavit hoc titulo, *Storia di Paolo IV. pontefice maſſimo ſcritta da Carlo Bramato da Erano, Tomo ſecondo*, ea, quae de Joanne Baptiſta Oſio, romano, reatinorum epiſcopo, Panvinius & Pallavicinius tam diſerte tradiderunt, ad Stanislaum Hoſium, polonum, varmienſium epiſcopum, nihil haeſitans transfert, &, quod etiam magis mireee, tam ridiculae tamque monſtroſae metamorphoſeos auctores ac teſtes Panvinium ipſum atque Pallavicinium in maeginibus paſſim affert atque producit: *Giunto*, inquit lib. XI. num. 3. pag. 449. *in Roma ſul finir d'Agoſto in queſt'anno 1558. il celebre Oſio* (margini adſcripta haec leguntur: *Vedi il Reſcio Vita dell'Oſio lib. 1. cap. 23. ... e vedi il Ciaccone nel ſeſto cardinale di Pio IV.*) *per obbedir al pontefice, che dalla Polonia chiamato avealo ... Eraſi da lui* (Paolo IV.) *accolto* (l'Oſio) *con grandiſſima allegrezza, per la ſtima, che faceva della ſua pietà e dottrina ... Per la ſtima, che ne faceva, aveagli anche il pontefice conferita la carica di datario* (Valde deſiderata eſſet Paulli IV. pontificis prudentia, ſi homini polono, nuper in urbem advecto, romanarumque rerum atque hominum rudi ac prorſus imperito, illam tam multiplicem tamque difficilem procurationem demandaſſet, theologo praeſertim, non civilis, non canonici, non pontificii juris ſatis perito; quorum ſcientia in illa adminiſtratione excellens ac ſumma requiritur. Sed neque ſatis habuit rem falſam atque incredibilem egregius noſter hiſtoricus prodere, niſi etiam magis incredibilem, tempore, quo rem contigiſſe dicit, deſignando, effeciſſet. non enim ait, Paullum pontificem *datarii* munus illud Hoſio, poſtquam is in urbem e Polonia venerat, contuliſſe, *gli conferì*, ſed, de primo illo hominis in urbem adventu etiamnum agens, *aveagli anche*, inquit,

vero, quaedam, quae recte pieque ſervabantur; quod inde ſibi

quit, *Il pontefice conferita la carica di datario.* quae verba, munus illud Hoſio, etiam antequam in urbem veniſſet, fuiſſe a pontifice demandatum, ſane ſignificant), *uffizio per un tal pontefice di gran geloſia; mentre volevalo amministrato con perfettiſſima circoſpezione, e penſava di riformarlo* (Paulli IV. pont. max. hiſtoriae pſeudonymus noſter hic ſcriptor turpiter ignoravit, Paullum pontificem de reformando *datarii* munere primo ſtatim pontificatus ſui anno, hoc eſt jam inde ab an. 1555. *cogitare* coepiſſe, neque ad Hoſii in urbem ultimo ejuſdem pontificatus anno adventum rem tantam tamque neceſſariam diſtuliſſe), *e ridurlo all' ultima illibatezza. onde all'Oſio medeſimo ſoſpeſe tutte l'entrate di quell' ufficio* (Margini autem haec adſcribuntur: *Vedi il Panvinio e Natal Aleſſandro nella vita di Paolo IV.* Qui tamen Natalis non niſi de eo Oſio, de quo Panvinius, hoc eſt de romano, non de polono, ibidem agit), *ſeveramente ordinandogli di non prendere un quattrino per qualunque beneficio o compoſizione ... Pure con tutta la ſtima, che ne aveva, non tardò molto Paolo IV. a farlo metter prigione in caſtel Santangelo per gravi ſoſpetti contro di lui concepiti* (Marg. *Pallav. Stor. Conc. l.14. c.4. n.5.* Heic mihi pſeudonymi noſtri acumen conſidera. Pallavicinius eo in loco de colloquio Albenſis ducis cum pontifice agit, quod in diem 19. ſeptembris anni 1557. diſertiſſime confert; aitque, eo in colloquio Albenſem ducem a Paullo IV. Oſii, qui in arce S. Angeli cuſtodiae cauſa detinebatur, liberationem petiiſſe, nec impetraſſe. pſeudonymus noſter, qui Hoſii e Polonia in urbem adventum in extremum menſem auguſtum anni 1558. paullo ante contulerat, Pallavicinium de Oſii ſui calamitate calamitatiſque cauſa teſtem producit; nec animadvertit, aut de alio quodam Oſio, non de polono, Pallavicinium illa prodidiſſe, aut, ſi de polono, qui non niſi anno 1558. Romam venerat, talia ad annum 1557. prodita ab eo eſſent, non ſibi eum, tamquam idoneum in tali re auctorem, appellari, ſed vel negligi ac praeteriri, vel etiam continuo confutari, oportuiſſe). *o foſſero ſtate, come diſſero alcuni, calunnie dei nipoti* (Marg. *Panvinio Vita di Paolo IV.* Qui tamen Panvinius, Paulli IV. pontificatus initia ordine enarrans, de Oſio, *reatinorum*, non de Hoſio, varmienſium epiſcopo, planiſſimis verbis illa commemorat) *forſe offeſi dal ruſtico naturale di quel prelato* (Non pontificis propinquos, ſed ipſum pontificem Oſii *morum ruſticitate graviorique ingenio ſuboffenſum*, propinquos vero Oſio infeſtos, quod ab eo *negligerentur*, Panvinius dicit, is, ad quem pſeudonymus lectorem rejicit. Illud etiam animadverte, de offenſionis erga Hoſium cauſis, quas propinqui habuiſſe narrantur, pſeudonymum dubitanter affirmare, *forſe*, inquit, *offeſi dal ruſtico naturale di quel prelato*; de *ruſtica* autem poloni illius *praeſulis natura* nihil aut ipſum dubitare, aut dubitari ab aliis velle. atqui conſtat, neminem placidiore ingenio manſuetioribuſque moribus, quam polonum illum praeſulem, fuiſſe; de quo Latinus Latinius in litteris, ad Andream Maſium die 4. mart. an. 1560. datis, *Stanislaus*, inquit, *Oſius, Varmiae epiſcopus, eſt deſignatus legatus ad caeſarem ... Eum virum miramur hic omnes, ſuſpicimus, & ſumma obſervantia colimus ... Abeſt a theologorum recenti academia plurimum, tum ab omni contentionis conviciique ſtudio quam longiſſime. denique ea morum ſuavitate praeditus eſt, ut, qui cognitum modo hominem habeat, nemo ſit, qui non mirifice diligat.* Verum pſeudonymus, qui ſua unius auctoritate eumdem polonum illum in vincula miſe-

rum

ſibi occaſionem oblatam putaſſent haeretici ad ſua monſtra confingen-

rum conjecit, & in S. Angeli arcem a militibus diligenter cuſtodiendum incluſit, noluit videri, cauſas ſe tam ſeverae animadverſionis nullas habuiſſe: nec tamen ut veras, aut certe probabiles proderet, laboravit; falſas ac plane incredibiles excogitavit ac protulit. primam, de *agreſti* poloni illius *natura*, qui tamen fuit *ea morum ſuavitate praeditus, ut, qui cognitum modo hominem haberet, nemo eſſet, qui non eum mirifice diligeret*, audivimus: alteram nunc, aeque commenticiam, ſed multo magis ejuſdem poloni illius nomini famaeque injurioſam, audiamus) ... *o foſſero ſtate* VERAMENTE *alcune propoſizioni dette o ſcritte da quel gran letterato .... Si ſà, che l'Oſio ſcriſſe moltiſſimi trattati in materia di religione, ſino a divenire il più celebre controverſiſta del ſuo tempo: onde è facile per l'umana debolezza, che fra tante verità, da lui inſegnate, alcuni errori vi foſſero, o alcuni equivoci, in quella ſtagione ſoſpetti.* Quid ais, pſeudonyme? *è facile, che vi foſſero alcuni errori?* Immo, inquam, difficillimum, ac prorſus, vel tuo ipſius judicio, incredibile: ſiquidem polonus ille, quemadmodum tu ipſe ais, fuit *quel gran letterato, ſino a divenire il più celebre controverſiſta del ſuo tempo*. quid? aſſentireris ne tu cuiquam, ita diſputanti ac rationem colligenti? *Si ſà, che il Bellarmino ſcriſſe moltiſſimi trattati in materia di religione, ſino a divenire il più celebre controverſiſta del ſuo tempo: onde è facile per l'umana debolezza, che fra tante verità da lui inſegnate alcuni errori vi ſieno &c.* Vide, num tibi, ſimiliter in Hoſii perſona diſputanti, & hominis doctrina doctrinaeque opinione ad errorum ſuſpicionem atque invidiam abutenti, aſſentiri quiſquam poſſit. nos quidem, qui & Hoſii ſcripta legimus, &, quae Stanislaus Reſcius de iiſdem ſcriptum reliquit, meminimus, *errorem* in ejuſmodi ſcriptis nullum, ac ne erroris quidem indicium aut umbram agnoſcimus. ait autem in praefatione ad ſecundum Hoſii operum tomum edit. colon. an. 1584. Reſcius: *Ad libros autem ejus quod attinet, tam eſt omnium laudibus pervulgata & percelebrata hoſianarum lucubrationum utilitas, ut, quod olim de quodam Gregorii thaumaturgi ſcripto creditum eſt, id quidem de Hoſii quoque noſtri libris exiſtimare non dubitent, quod eos ipſa mater Dei virgo Maria ſcribenti dictaverit; vel, quod de Baſilio ſuo Theologus ſcriptum reliquit, in pixide ſpiritus ſancti calamum ſuum ſcribens intinxerit ... Ita ut merito poſſit, propter admirabilem vitae ſanctitatem, & divinam pene eruditionem, rerumque maximarum uſum & experientiam, non pro qualibet eccleſiae Dei columna, ſed pro altero hujus temporis Auguſtino reputari. cujus rei illud quoque maximum argumentum eſſe ſtatuo, quod, ipſo etiam authore vivente, bis & trigeſies in praecipuis chriſtiani orbis urbibus, latina, germanica, gallica, flandrica lingua, omnes Hoſii libri typis excuſi, in polonicam etiam & italicam tranſlati videbuntur*. In hiſce, tam vulgo commendatis atque expetitis, catholicaque doctrina & pietate refertis, Hoſii libris haereticos errores pſeudonymus ſomniavit, quo ſomnium alterum ſuum de illorum ſcriptoris carcere minus incredibile lectoribus videretur. non modo falſa narravit, ſed, cum vera narrare videri vellet, falſa illa ipſa novis ac manifeſtis falſis additis cumulavit: Hoſium polonum, *datarii* munere pontificia plane munificentia a ſe paullo ante donatum, mox in carcerem apoſtolica quadam auctoritate detruſit; hujuſque tam ſeverae animadverſionis ſuae cauſas duas attulit, alteram, quod *agreſti natura* ille polonus eſſet, qui admodum urbana amabili-

bilique fuit; alteram, quod aliquid, quod haereſim ſaperet, ejus ſcripta fortaſſe continerent, quae omnium judicio ac teſtimonio, non niſi perpetuam atque acerrimam omnium haereſum confutationem continent. Valde abnormia haec ſunt, &, ſi vis etiam, valde ridicula, hiſtorici, praeſertim poſt innumerabiles alios, qui de iiſdem rebus ſcripſerint, ſcribentis, in ſcribendo peccata, atque ejuſmodi, ut univerſae illius hiſtoriae fidem abrogare per ſe ſola valeant. quae tamen ego omnia, vel quia homini ejuſque induſtriae faveo, nec ſimiliter in reliqua hiſtoria peccatum ab eo video, immo in pleriſque ejus dictis veritatem, in nullo mendacium fallendique voluntatem agnoſco, vel quia univerſum ejus ordinem obſervavi ſemper, atque etiam curavi, ut hujus ipſius obſervantiae meae non unum in lucubratiunculis aliquot meis, atque in his ipſis ad Pogiani epiſtolas adnotationibus, indicium ac monumentum exſtaret, vel denique, quia non modo *fas*, ut ait Flaccus, verum etiam propemodum neceſſe eſſe, puto, *ſomnum in longo opere*, quale ejus eſt, aliquando *obrepere*, haec ego, inquam, omnia facile apud alios diſſimulaſſem, mihique uni animadverſa voluiſſem, niſi ea ipſa in anonymi, hoc eſt Pallavicinii, injuriam atque infamiam pſeudonymus convertiſſet. neſcire ſe de *Oſio* romano, reatinorum epiſcopo, neſciens, nec, niſi de *Hoſio* polono, varmienſium epiſcopo, ſciens, quiddam a Pallavicinio de romano illo, quod certe in polonum minime conveniebat, veriſſime, auctoribus Panvinio & Farneſio, `dictum, tamquam certiſſimum graviſſimumque illius peccatum arripuit, eique propemodum inſultans exprobravit; &, quod minime liberale, immo plane *agreſte*, inhumanum & iniquiſſimum eſt, quodque ego nec ferre nec tacitus praeterire potui, hiſtorico illi doctiſſimo atque ſanctiſſimo non tam rei illius plurimarumque aliarum, quas in hiſtoria ſua narrat, ſcientiam, quam fidem ac religionem ademit; ut, ſi pſeudonymum audiamus, non plus Pallavicinio, aliquid de aliqua aut re aut perſona teſtificanti, credendum ſit, quam ſycophantae alicui, exquiſitas tabulas atque abdita monumenta, unde hiſtoriam ſuam concinnarit, magnifice jactanti, contraria autem iis, quae in tabulis illis monumentiſque repererit, plerumque prodenti. *L' anonimo*, inquit lib. X. num. 13. pag. 395. adnot. 3. *citando il Panvinio ed anche una lettera del cardinal Farneſe al cavalier Tiburzio in data de' 24. agoſto 1555. dice, che in caſtel Santangelo v' era ancora l'Oſio, già Datario aſſai valevole col papa, e poi cadutogli in gravi ſoſpetti. ma dalla mia nota prima, che appreſſo vedraſſi ſotto il numero* XVI. *compariſce evidente, che l'Oſio era ancor' in Polonia; e che perciò nè al Panvinio ſi ha a credere nè all'anonimo, benchè citi il manoſcritto della lettera Farneſiana* (Poteſtne quidquam magis inconſiderate a quoquam dici? ſed reliqua, multo inconſideratiora, audiamus). *e ſempre più confermaſi ciò che ho detto nell'antecedente nota circa i manoſcritti citati da quell' anonimo*. Dixerat autem pag. 393. *Queſte riflesſioni io faccio fare ai lettori, perchè vedano chiaramente, non doverſi credere alla cieca a queſto mio anonimo, quando per le ſue narrazioni cita de' manoſcritti: Queſto ſuo prender'abbagli nel citare i manoſcritti da me veduti co' proprj occhi, l'ho dimoſtro pur chiaramente nella ſeconda nota del num.* XIX. *del libro* VIII. Hanc quoque pſeudonymi, ſi ita loqui fas eſt, inconſiderantiae *demonſtrationem* audiamus. *Evvi*, inquit pag. 171. *una raccolta di lettere di un Perſonaggio inſigne* (cardinalis Pallavicinius, hoc eſt pſeudonymi anonymus, ſignificatur) *ſtampate, dove una lettera trovaſi diretta al ſignor marcheſe Gianluca Durazzo ſopra le coſe di Paolo IV. . . . Gli sbagli ſono groſſi, e forſe in detta lettera ne potrei moſtrare degli altri. ma ora non ho*

caro

fingenda, ſublata eſſe non ignoras. At iſti ſunt forta ſſe catho-

lici.

caro diffondermi in ciò: dirò ſolamente (quid dicat, audiamus, &, ſi poſſumus, id eum potuiſſe dicere, non miremur) *E chi ſà, che queſto perſonaggio non abbia ancora commeſſi groſſi sbagli in una ſua vaſtiſſima ſtoria* (cardinalis Pallavicinii hiſtoriam concilii tridentini intellige) *nel riferire circa Paolo IV. il contenuto di que' manoſcritti, ch'egli dice eſiſtenti e tra le ſcritture de' ſignori Borgheſi, e tra quelle de' ſignori Panfilj, e negli atti conciſtoriali, o nei ſommarj dei proceſſi, che ſtanno preſſo di lui? chi lo ſà? ... chi ne può far ſicurtà? Io tengo per ſicuro, con mio gran rammarico, che non avrò mai nè il merito nè il modo di arrivare tant'oltre, che la ſoſpirata ſorte mi tocchi di metter mano in quelle recondite ſcritture, che ha potuto a ſuo piacere volgere e rivolgere il detto perſonaggio, per ſaper bene le coſe appartenenti a Paolo IV. ma almeno potrò con ragion dubitare, ch' egli non le abbia riferite* VERACEMENTE. Nos vero jam minime dubitamus, quin haec a pſeudonymo admodum inconſiderate (ne quidquam gravius dicam) de tanto viro, deque ejus tam excellenti, nec niſi ab romani ac catholici nominis hoſtibus ad hanc diem improbato, opere ſcripta ſint. quid neceſſe fuit, de aliquo *vaſtiſſimae* illius *hiſtoriae* loco dubitantem, aut etiam de certo aliquo ejus mendo atque errore non dubitantem, continuo univerſam hiſtoriam illam in dubium revocare, & hiſtorici praeterea fidem ac religionem in omnibus aut certe in pleriſque in *mendacii* ſuſpicionem adducere? nam, ſi, quod ſemel aut iterum aut etiam ſaepius falſa de Paullo IV. prodentem Pallavicinium, non quidem deprehenderit (id quod aliàs oſtendam), ſed deprehendere ſibi pſeudonymus viſus ſit, nihil, de Paullo ab illo proditum, non ſuſpectum habet, optatque, ſibi ut eorum manuſcriptorum, e quibus illa ipſa ſe hauſiſſe Pallavicinius teſtificatur, legendorum poteſtas fiat, quaſi hominis teſtimonio diffidens, nec niſi ſuis oculis crediturus: quì poterit caeteros prohibere, quibus illius hiſtorici fidem in toto Paulli IV. pontificatu ſuſpectam fecerit, quo minus ipſi in reliquis etiam pontificatibus, hoc eſt in univerſa hiſtoria, ſuſpectam habeant? quis cum Sfortia Pallavicinio ſimiliter egit umquam? nonne ſatis fuit, ſi quid illi, homini nimirum, quique falli atque errare poſſet, minus vere prolatum exciderat, errorem demonſtrare, contraque dicere? quì convénit, male etiam dicere, nec tam deceptum ac falſum illa prodentem, quam deceptorem ac mendacem appellare? *Queſte rifleſſioni*, inquit pſeudonymus, *io faccio fare a' lettori, perchè vedano chiaramente, non doverſi credere alla cieca a queſto mio anonimo, quando per le ſue narrazioni cita de' manoſcritti ... Potrò con ragione dubitare, ch'egli non le abbia riferite* VERACEMENTE. Me pſeudonymus, pueriles illas ac putidas, nec modo non veras, ſed ne veri quidem ſimiles, de Hoſii poloni *Dotarii* munere, de carcere, de ruſticitate, de haereſi fabellas, a ſe in Paulli IV. hiſtoria illa ſua tam ſerio confidenterque narratas, ad totius hiſtoriae futilitatem atque adeo figmentum detorquentem, certe non ferret. pſeudonymum ego, neſcio quae, minus vere, quemadmodum quidem ſibi ipſe perſuaſerat, a Pallavicinio narrata, ad falſitatis in reliquis *vaſtiſſimae* illius *hiſtoriae* partibus ſuſpicionem lectoribus commovendam, immo etiam in malae hiſtorici fidei argumentum trahentem, ego, inquam, aut quiſquam ferat? atqui, ſi totam ego pſeudonymi hiſtoriam fabuloſam dixero, atque etiam hominibus talem eſſe perſuaſero, verum quidem non dixerim, & falſum ſane perſuaſerim; attamen nullo me graviore

placu-

piaculo obſtrinxerim ; quam ſi quia meam quamdam *S. Firmani Abbatis* hiſtoriam, quam ante annoa ferme triginta ſcripſi, & typia tarviſinia vulgavi, aeque falſam dixerit, idque hominibus perſuaſerit. privatae nempe hiſtoriae, nec cum publica cauſa conjunctae, fidem uterque detraxerit. at vero Pallavicinii *concilii tridentini* hiſtoriae auctoritas ſine magno publicarum rationu n incommodo ac detrimento attentari non poteſt ; quam magnopere catholicae eccleſiae intereſt eſſe atque haberi veridicam. eſt enim cum graviſſimum tum etiam veriſſimum teſtimonium, quod illi Joannes Bona, monachorum reform. S. Bernardi ſupremus tum abbaa, deinde S. R. E. cardinalis, dedit, quodque ſecundae operis editioni an. 1664. praefixum legitur: *Queſta iſtoria*, inquit, *del concilio di Trento, che dopo la prima impreſſione meritò gli applauſi di tutto 'l mondo, e l'approvazione di tutti i virtuoſi, hora, in queſta ſeconda, dall'eminentiſſimo ſuo autore accreſciuta e rabbellita, non ſolo è eſente da ogni cenſura, ma ſuperiore ad ogni lode. E' oppoſta al bugiarda racconto d' un' empio ſcrittore, maſcherato ſotto il finto nome di Pietro Soave. eſſamina ſottiliſſimamente le ſue menzogne, & efficacemente le confuta. Stabiliſce con ſaldi fondamenti la fede romana &c.* Qui ejuſmodi hiſtoriae detrahit veritatem, ia firmiſſima illa fundamenta convellit, quibua hiſtoricus *romanam fidem* conſtituere ac *ſtabilire* conatus eſt. qui hujuſmodi hiſtorico, *impium fabulatorem* confutanti, fidem ac religionem adimit, is fabulis potius credi vult, & impietati quodammodo patrocinatur. Velim, ſecum ipſe pſeudonymua reputet, quo Pallavicinium carpendi libidine progreſſua ſit ; nec putet, aut illi ſe non magnam injuriam irrogaſſe, aut mihi non juſtam de ea expoſtulandi cauſam dediſſe. Illud etiam conſideret, quam non difficulter, cum mihi primum per occnpationes meaa licnerit, reliquas ejua in Pallavicinium criminationea, tota paſſim hiſtnria illa ſua inculcataa, refutaturua ſim, qui prope omnium graviſſimam, in quaque manifeſti neque inficiandi erroria tenere ſe non modo Pallavicinium, verum etiam Panvinium, aequalem Paulli IV. ſcriptorem, arbirratua eſt, & ea re nobiliſſimum quemdam de utroque triumphum agere ſe, laetabundus, gloriabundus, mirabundus, prope etiam minitabundua exiſtimavit, tam facile refutarim. nam de Panvinio quidem, *Chi non gli crederebbe*, inquit pag. 533. *quando dice, che Paolo IV. fece metter l'Oſio in caſtello ... e vel tenne in un duro carcere preſſo a quattr' anni ? ... Ecco dunque quali* ENORMI E SPERTICATE FALSITA' *ſiānſi dette di Paolo IV. anche da ſtimatiſſimi ſtorici.* de eodem autem conjunctim ac de Pallavicinio illa, a nobis jam ſemel ſupra recitata, extremo autem hoc loco omnino iteranda, effutiverat: *L'anonimo citando il Panvinio ed anche una lettera del cardinal Farneſe al cavalier Tiburzio dei 24. agoſto 1555. dice, che in caſtel Santangelo vi era ancora l'Oſio, già datario aſſai valevole col papa, e poi cadutogli in gravi ſoſpetti. Ma dalla mia nota, che appreſſo vedraſſi ſotto il numero* XVI. *compariſce evidente, che l'Oſio era ancor in Polonia ; e che perciò* nè al Panvinio ſi ha a credere nè all' anonimo, benchè citi il manoſcritto *della lettera Farneſiana ; e ſempre più confermoſi ciò che ho detto nell' antecedente nota circa i manoſcritti citati da quell' anonimo.* Defenſio autem Panvinii & Pallavicinii mea, perfacilia, expedita, eademque pſeudonymum plane jugulana, haec eſt : Oſiua, quem Panviniua *in carcerem* a Paullo IV. *conjectum*, ibique *quadriennio ferme* detentum dicit, quemque Pallavicinius *olim* (hoc eſt anno 1555.) *datarium*, in carcere etiam tum (anno nimirum 1557.) fuiſſe affirmat, nomine Joannes Baptiſta, patria romanua, reatinorum epiſcopus fuit. Hoſius autem, quem pſeudonymus & *datarium* fuiſſe, & *in carcerem*

lici. at (*f*) eorum mos (ut mittam caetera) eſt conſtantienſi, *f*
ne dicam baſilienſi & tridentino (*g*) concilio damnatus. Faciat *g*
Deus, ut me mea fallat opinio, ſitque & iis, qui petunt, &
iis, qui concedent (ſi modo concedetur), calix ille ſalutaris;
neque potius ſit (*h*) *vini plenus mixto*, quem *bibant peccatores terrae*. Haec, dum integrum eſt, dicta volui. Quod ſi *h*
res huc rejicietur (*i*), dum licuerit, dicam, quod ſentio; re *i*
S 2 judi-

rem a Paullo IV. *conjecturam* commentus eſt, quemque Panvinio Pallaviciniοque inſultans, eoſque palmaris erroris atque adeo mendacii coarguens, in romano carcere neque per quadriennium, neque certe anno 1557. eſſe potuiſſe, quippe qui Romam a Polonia nondum veniſſet, ſupervacaneo ridendoque conatu contendit, Stanislaus nomine, natione polonus, varmienſium epiſcopus fuit: quem fuiſſe umquam in carcere, hiſtorici illi neque dixerunt, neque dicere potuerunt. Non igitur a Panvinio, ſed a pſeudonymo dictae ſunt *enormi & ſperticate falſità*; & *anonymo*, hoc eſt Pallavicinio, *manuſcriptos codices citanti*, non vero pſeudonymo, anonymum temere atque inconſiderate allatranti, *credendum eſt*.

(*f*) *quorum mos* &c. Tabul.

(*g*) Seſſione XXI. die 16. jul. hujus anni 1562. celebrata, cap. 2. *Quare agnoſcens ſancta mater Eccleſia hanc ſuam in adminiſtratione ſacramentorum auctoritatem, licet ab initio chriſtianae religionis non infrequens utriuſque ſpeciei uſus fuiſſet, tamen progreſſu temporis latiſſime jam mutata illa conſuetudine, gravibus & juſtis cauſis adducta, hanc conſuetudinem ſub altera ſpecie communicandi approbavit, & pro lege habendam decrevit, quam reprobare, aut ſine ipſius Eccleſiae auctoritate pro libito mutare non licet.*

(*h*) Pſalm. 74. 9.

(*i*) Quid concilii patres de hac rejectione ſenſerint, legatorum hae litterae, die 16. hujus ſeptembris ad card. Borromaeum datae, docent. *Hieri ſi propoſe in congregatione generale la coſa del calice, cioè di far un decreto, che rimetteſſe queſta deliberatione liberamente alla ſantità di noſtro ſignore: & furono dette molte coſe da molti; che non volevano, che queſta remiſſione ſi faceſſe per decreto, ma per ſemplice lettera noſtra; & a replicarle qui ſaria una manifattura faſtidioſo, la quale non giovarebbe a niente, maſſimamente havendo noi da dire a voſtra illuſtriſs. & reverendiſs. ſignoria, che queſta mattina eſſendoſi ſopra ciò pigliati i voti, la coſa ſi è ottenuta, benchè con contradittione di molti. percioche quelli, che hanno rimeſſa la detta conceſſione a ſua beatitudine ſono ſtati novantaſette, & quelli, che hanno negato, trentaſette. Ve ne ſono ſtati poi da circa quattordeci, che non hanno nè negato nè conceſſo. Baſta, che per li più la coſa è paſſata, & ſi è levata l'occaſione a queſti ambaſciatori ceſarei di reſtar mal ſodisfatti, & penſar a qualche coſa, che non foſſe a propoſito & ſervitio di queſto ſanto negotio. Toccherà dunque a ſua ſantità il fare queſta conceſſione, come parerà & piacerà alla bontà & prudenza ſua, ſecondo che voſtra illuſtriſs. & reverendiſs. ſignoria vederà dall'iſteſſo decreto. Qui non volemo laſciar di dire, che alcuni di queſti prelati ſono ſtati in queſta coſa tanto protervi, che ci hanno fatto meravigliare, & ſpecialmente il Caprealenſe* (Egidio Falcetta, veſcovo di Caurle o Caorle, *Lat.* Caprulae), *il quale, non ſapemo da che ſpirito moſſo, diſſe non ſolo; che quel decreto ſi cercava extorqueri a patribus, ma paſſato più oltre ſi laſciò uſci-*

Digitized by Google

judicata, tum omnem & ſenſum & rationem meam ad id decretum accommodabo. Doleo vehementer, iſtas in tuis oppidis turbas excitari; quas tamen ſpero veſtris ſacroſancti concilii decretis, vel libentibus vel invitis illis hominibus, rerum novarum cupidis, aliquando ſedatum iri. Amo & vicarii tui
k & Lindáni (*k*) ex eorum ad te literarum exemplis fidem &
l pietatem. Rem actam de coena vocari in dubium (*l*), moleſte fero. etſi, quod attinet ad id, utrum ſe tum Chriſtus obtulerit, an in cruce, res habet rationem in utranque par-
m tem. eſſe vero, qui negent, tum inſtitutos fuiſſe ſacerdotes (*m*), equi-

uſcire, che voleva proteſtare di nullitate illius acti, & che ſe quel decreto haveva luogo, voleva partire dal concilio. Queſto ſia detto a voſtra illuſtriſs. & reverendiſs. ſignoria, perchè ſappia, che cervelli ſono queſti, & che pazienza conviene che ſia la noſtra. &c.

(*k*) De Guilhelmo Lindáno, ruraemundenſium epiſcopo, vide epiſt. *Magnam habeo* d. 8. novembr. 1561.

(*l*) De qua re Pallavicinius lib. XVIII. c. 5. n. 5. *Intorno*, inquit, *all'oblazione di Criſto, i deputati havevano meſſo il più communemente approvato, con tacere il conteſo, dicendo, come ora parimente ſi legge, che il Redentore nella cena s'era offerto in ſacrificio al Padre ſotto le ſpezie del pane e del vino; ma non eſprimendo in qual ſorte di ſacrificio. Pertanto i decreti della dottrina e i canoni corriſpondenti furon portati alla maggiore adunanza il giorno ſettimo di ſettembre: e, paſſando nel principio ſenza diſcordia, trovarono poi duro incontro nel Granateſe, quantunque egli ne foſſe ſtato uno de' formatori, ma contrario d'opinione a' ſuoi colleghi, e perciò più contrario di poi all'opera.*

(*m*) De hac item controverſia idem Pallavicinius ibidem, *Riprovò*, inquit, *egli* (il Guerrero, arciveſcovo di Granata) *con lunghiſſimo ragionamento il terzo canone, che ora è il ſecondo, in cui ſi diffiniſce, che Criſto nella cena ordinò gli apoſtoli a ſacerdoti con quelle parole, Fate queſto in mia commemorazione. Recava in mezzo per l'oppoſta ſentenza Nicolò Cabaſilla nel libro primo del ſacrificio della meſſa: il quale opinò, che tal podeſtà foſſe data nel giorno della pentecoſte, e con lui S. Germano, Iſichio prete nel libro primo de Comentarij ſopra il Levitico; l'Armacano, a cui è avviſo, che foſſer creati ſacerdoti, quando apoſtoli; S. Tommaſo e Scoto, il qual tiene, che l'eſeguzione foſſe conceduta loro nel capo venteſimo di S. Giovanni, ſicchè nella cena otteneſſero la podeſtà di far ciò, ma di farlo dapoichè riceveſſero lo ſpirito ſanto. E tante ragioni accampò, che fè dubitar aſſai di contraſto e di lunghezza nell'approvazione della dottrina... Egli accompagnato coll'arciveſcovo di Braga, e co' veſcovi di Segovia e d'Almeria, fu il dì appreſſo a parlare a' Legati, e, incagionando l'obligazione della coſcienza, riſpoſe, Non poter sè e i compagni approvar quel canone ſopra l'iſtituzione de' ſacerdoti: eſſer ciò ſtato indiſcuſſo nelle conferenze de' minori teologi, e toccato con lieve mano in quelle de' padri: alcuni prelati di grandiſſima ſtima diſſentirvi, il qual diſſenſo non convenia, che nella ſeſſione appariſſe: onde meglio era il riſerbar quell'articolo alla ſeguente, dove ſi fermerebbono i dogmi ſopra il ſacramento dell'Ordine, come a più proprio luogo, ed a più opportuno tempo &c.* Non deſtitit autem eamdem hanc rem vehementer urgere idem archiepiſcopus, quoad licuit. pridie enim ejus diei, quo

quo illa definita a patribus in ſeſſione XXII. aliter fuit, concilii legatos adiit, eaque apud eos dixit atque egit, de quibus ipſi card. Borromaeum certiorem a ſe faciendum eſſe duxerunt, litteris ad eum die 16. hujus menſis datis. *E' venuto*, inquiunt, *a noi l'arciveſcovo di Granata, dicendoci, che ſono molti prelati, li quali vengono con una candela per claſcuno in congregatione, eſſendo riſoluti di ſtarvi tanto, che ottengano in ogni modo, che ſi levi il terzo canone de ſacrificio miſſae, dove ſi determina, che Criſto noſtro ſignore inſtituì i ſacerdoti per quelle parole, Hoc facite &c. & ſi riſerbi a determinare nel ſacramento dell'Ordine, eſſendo quella veramente il luogo ſuo: & che eſſendo egli uno di coloro, che haveva quella opinione, ſe bene haveva recuſata la candela, ne trovarebbe però una in congregatione, & vi ſtarebbe, ſe biſognarà, tutta la notte. Noi ci ſiamo ſforzati aſſai di levarlo di quella fantaſia con infinite ragioni fondate ſu la ſcrittura, & l'havemo pregato con ogni efficacia amorevolmente a non mettere più rumore nè difficoltà, ma laſciarci fare la ſeſſione quietamente a lode di Dio. nè mai ci è ſtato ordine di piegarlo; ſtando eſſo ſempre fermo in dir, che, quando ſi tratterà dell'Ordine, all'hora ſi determinerà la inſtitutione de' ſacerdoti. Con queſto ce ne ſiamo iti in congregatione; & Granata ha fatto l'ultimo di ſua poſſa intorno a queſto particolare: nel quale ſe ben' è ſtato ſeguito da alcuni pochi, ha però havuto il contraſto di tutto il reſto della ſinodo; &, diremo così, con poco ſuo honore: perchè ognuno gli ſi è rivolto come a perſona, che non ſi quieti mai al giudicio & ſaper d'altri; quaſi ch' egli ſolo ſappia & ſolo intenda le ſcritture. Onde i canoni ſono rimaſi nell'eſſer loro.* Sublata tamen omnis controverſia proximo die decimoſeptimo fuit, celebrata a patribus, judiciis atque animis mirifice conſentientibus, ſeſſione XXII. quae inſtaurati a Pio IV. concilii ſexta numeratur: de qua eodem die has ad card. Borromaeum legati concilii litteras dederunt: *Havemo pur fatta queſta mattina la ſeſſione, lode di Dio; coſa, che pochi dì ſono non credevamo già di poter fare. tanti erano gl'intrichi & le difficoltà, che da ogni banda ci ſi paravano inanzi, & tanto ſcarſi i partiti, & breve il tempo. la bontà di Dio ci ha fatto conoſcere, che queſta è opera ſua. del che le ſiano ſempre reſe gratie. L'arciveſcovo d'Otronto è ſtato quello, che ha cantata la meſſa & letti i decreti con molta gravità & decoro, facendo in queſto così bene la parte ſua, come l'ha fatto in tutto il reſto, che queſti giorni ſi è trattato nelle congregationi, nelle quali ha moſtrato dottrina, bontà & prudenza, accompagnata da una deſtrezza grandiſſima; che torna a ſervitio di queſto negotio publico, & lo rende amabile. Monſignor Viſconte poi ha fatta l'oratione, & è riuſcita tutta dolce & tutta pia. & per lo ſoggetto & per la maniera, con che l'ha recitata n'ha meritata molta lode, & s'ha guadagnata aſſai più di benevolenza & d'affettione, che prima non haveva appreſſo di queſti padri. Si è poi venuto alla publicatione delli decreti; & quanto alla dottrina & al reſto così degli abuſi intorno al ſacrificio della meſſa, come della riforma, tutto è paſſato con pochiſſima contradittione, ciò è d'alcuni pochi, che non paſſano il numero di ſette; i quali vi havrebbono voluto certe modificationi, che non ſono ſtate tenute di momento. A quello poi della conceſſione del calice ſono ſtati da undici a dodici quelli, che hanno negato, che ſi deve concedere. Finalmente indicendoſi il giorno dell'altra ſeſſione alli XII. di novembre, con promeſſa di trattare & di ſtabilire in eſſa i canoni dell'Ordine & del Matrimonio, ne moſtrarono i padri tanto contento, che ſenza aſpettar d'eſſer richieſti delli voti loro diſſero tutti ad alta voce, Placet. Così è dunque paſſata la noſtra ſeſſione, nella quale non ſono ſtati meno di cento ottanta quattro voti, per quel che ci hanno det-*

Digitized by Google

detta. *&c.* De ſelici ejuſdem ſeſſionis exitu Guilhelmum Sieletum peotonotarium ſecundus concilii legatus Seripandus his litteria, quas, ut ejuſdem Seripandi reliquas, quaſcumque attuli aut afferam, e codice vaticano deſcripſi, certiorem fecit.

Al M. R. monſignor prothonotarlo Sirieta, come fratello. a Roma. Palchè è piaciuto a vol pigliar per amor mio & per queſta cauſa publica tante ſaeighe in ſcrivermi lettere piene de' iuoghi importantiſſimi circa la materia del ſacrificio ſanto della meſſa & dell'obiatione fatta nella cena, è coſa boneſta, che ancor lo vi dica, ebe le voſtre lettere fino a queſt'ultima di 12. di queſto hanno a me & a molti altri portato giovamento grande, come eredo, ebe voi ſteſſo & oncor altri vedranno per la riſolutione fatta a lande & gloria di N. S. Dio nelia ſeſſione eelebrata alli XVII. *di queſto. Gli articoli importanti, & mai più trattati interamente, erano due, la giuſtificatione, & il ſacrificio della meſſa. Benedetto Dio! al qual'è piaciuto ſarmi trovar preſente all'uno & all'altro. Ma vorrei bene eſſere ſtato preſente a queſto ſecondo, come ſui al primo, ciò è a ſervire ſecretamente la ſelice memoria di papa Marcello, & non con tanto peſo, quanto mi trovo ſu le ſpalle: il quale mi tiene come ſegno non ad una, ma ad infinite ſaette. & voglio con voi gloriarmi in Chriſto, & dire, che non ho trovato verſo di me chi ſia ſtato tale, qual' io fui verſo quell' anima benedetta; che poſſo dire d'haverla ſervita, ſenza ricercarne niente di gloria, ſe non appreſſo Dio. Voglio ebe ſappiate quel, che s' è fatto dell' oblatione in cena, alla quale pochi contradiſſero nelle congregationi & ne i trattati, perchè nelia ſeſſione & ne i decreti ſi trovò ſomma uniformità. Quei pochi, ebe contradiſſero nelle congregationi, peſavano molta, & non contradicevano per la coſa in ſè, ma per le difficoltà, che laſciava, com'è a dire, che ſorte di ſacrificio ſu quello, che effetto fece, & conoſcere interiormente la differenza tra quello, ebe ſu nella cena, & quello, che ſu poi nelia croce. perchè non baſtava loro, che ſe ll diceſſe, ebe il primo ſu incruento & il ſecondo cruento. Perciò lo ſpirito ſanto ha ben proviſto, facendo ſolo determinare quel, ebe harete già viſto nel decreto. Il che è coſa tanto ſobria, ebe, quanto tocca a queſte queſtioni, non rimarranno le menti legace a una coſa più che a un' altra. State ſano, & laſciate ogn'altro penſiero, attendendo a queſto ſolo, dal quale naſceranno molti beni. & occorrendovi de i ſacramenti dell'Ordine & Matrimonio qualche coſa, i quali ſubito ſi tratteranno, fatemene parte; & raccomondatemi nella buona gratia de tutti i miei illuſtriſs. ſignori, ſalutando ancora meſſer Giulio Pogiano. Di Trento 21. di ſettembre del 1562.*

Di V. S. Rev.

Fratello Il card. Seripando.

Quantopere autem Sirletus tridentinos patres ipſe Romae conſiſtens ſtudiis ſuis doctrinaque adjuvecit, Seripandi epiſtolae, die 27. aug. 1562. datae, particula haec docet: *Queſta di diecinove quanto è ſtata più lunga, tanto maggiormente m'è aggradata, perchè contiene in ſe magior copia di belle autorità: dalle quali ſo queſta concluſione, che vol ſtando coſtì dote quì magior ajuto, & fate magior ſervitio, che ſe vi foſſero gionti cinquanta altri prelati.*

Caeterum duo illa, de quibus fuiſſe tum in concilio controverſiam Truchſeſius in extrema epiſtola ſua ſignificat, alterum de Chriſti in coena oblatione, alterum de ſacerdotum inſtitutione, fuerant jam die 17. ſeptembris, hoc eſt triduo ante quam eadem epiſtola data eſt, a patribus definita. Vide *concilii Tridentini* ſeſſ. XXII. cap. 1. ubi illa inveniea: *Is igitur Deus & Dominus noſter, etſi ſemel ſeipſum in ara Crucis, morte intercedente, Deo Patri oblaturus erat, ut aeternam illic redemptionem operaretur, quia tamen per mortem ſacerdotium ejus extinguendum non erat, in coena noviſſi-*

ma

equidem & miror & fero indigniſſime. Vale. Roma. XIII. Kal. octobris. M. D. LXII.

LXXIV.

ma .... ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedech ſe in aeternum conſtitutum declarans, corpus & ſanguinem ſuum ſub ſpeciebus panis & vini Deo Patri obtulit; ac ſub earundem rerum ſymbolis Apoſtolis, quos tunc novi Teſtamenti ſacerdotes conſtituebat, ut ſumerent, tradidit. & canone 2. *Si quis dixerit, illis verbis Hoc facite in meam commemorationem, Chriſtum non inſtituiſſe Apoſtolos ſacerdotes, aut non ordinaſſe, ut ipſi aliique ſacerdotes offerrent corpus & ſanguinem ſuum, anathema ſit*. Valde mirandum ac dolendum eſt, neque tamen diſſimulandum, de hac tam aperta concilii definitione Joannem Maldonatum, virum caeteroqui doctiſſimum, & catholicarum partium contra haereticos, calvinianos praeſertim, acerrimum voce ſcriptiſque propugnatorem, adeo non cogitaſſe, ut eam aut neſciiſſe, aut oblitus fuiſſe videatur, illa cum ſcriberet in commentariis eruditiſſimis illis ſuis ad cap. 6. n. 13. in Marci euangelium, *Haec dicimus non neceſſario. ſi enim velimus ſummo uti jure, unde iſti auctores probant, nondum tunc* (cum apoſtoli a Chriſto ad praedicandum miſſi *ungebant oleo multos & ſanabant*: quo loco *ſacramentum extremae unctionis, a Chriſto domino noſtro apud Marcum*, ut ait concilium tridentinum ſeſs. XIV. cap. 1. *inſinuatum*, ipſe Maldonatus deſignari adſtruique egregia diſputatione contendit) *Apoſtolos fuiſſe ſacerdotes? ſcio, vulgarem eſſe ſententiam, ſed incertam tamen eſſe*. Haec mihi adeo pugnare non modo cum Tridentini definitione, verum etiam cum Maldonati ipſius eruditione ac religione videntur, ut aliud quiddam eum, cum *Sacerdotes* diceret, quam quod vulgo intelligimus, intelligi voluiſſe, mihi propemodum perſuadeam. Sed profecto nollem, ita eum ſcripſiſſe; nollem, qui illos commentarios poſt ejus mortem primum Muſſiponti anno 1596. deinde Lugduni an. 1598. ediderunt, id ipſum ita ab eo ſcriptum retinuiſſe: denique in novis, ſi quae poſthac curabuntur, eorumdem commentariorum editionibus, illa verba removeri velim, nec tam inſignem tam egregio in corpore tamquam naevum relinqui. Caeterum concilii tridentini definitionibus tantum tribuiſſe Maldonatum, quantum hominem catholicum tribuere neceſſe eſt, non uno ſuorum commentariorum loco teſtatum reliquit, illo praeſertim in Matthaei caput XIX. n. 9. ad illa Chriſti domini verba, *Quicumque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, moechatur*. ait enim: *Tertia* (ſententia) *eſt, quam ſemper eccleſia ſequuta eſt, & ultimo tridentino concilio ita eſt noſtro tempore confirmata, ut nemini jam catholico dubitare liceat, Chriſtum ita permiſiſſe adulteram uxorem dimittere, ut nec uxori liceat alii nubere viro, neque viro aliam uxorem ducere, quamdiu vixerit uterque*. Maldonati autem commentarios illos quis primum in lucem ediderit, docet Graveſonius in tomo ſuorum operum VII. edit. venet. anni 1740. pag. 198. *Romam*, inquit, *a Gregorio XIII. pont. max. ad concinnandam novam ſeptuaginta interpretum verſionis editionem vocatus Joannes Maldonatus, ibi tandem meritis clarus e vita exceſſit die 5. menſis januarii anni Chriſti 1583. aetatis ſuae 50. Poſt ejus obitum, opera ac cura Clementis Puteani, ejuſdem ſocietatis Jeſu theologi doctiſſimi, prodierunt in lucem eruditiſſima illius commentaria in quatuor euangeliſtas; in quibus, ut teſtantur periti critici, nullum in theologia probatum graecum latinumve auctorem praetermiſit Joannes Maldonatus, quin totum legerit perlegeritque diligenter, ac notarit. quo ſit, ut tanta eruditione ac tanta*

tanta rerum ſcientia ejus commentaria ſint referta. Sed potuit Maldonato, ejuſque commentariorum doctiſſimo editori Puteano id in uno concilii tridentini canone contingere, quod in quodam concilii nicaeni praeſcripto S. Auguſtinus ſibi ac Valerio coëpiſcopo contigiſſe in epiſtola 110. memoriae prodere non dubitavit. ait enim: *Adhuc in corpore poſito beatae memoriae patre & coëpiſcopo meo ſene Valerio, epiſcopus ordinatus ſum, & ſedi cum illo. Quod concilio nicaeno prohibitum fuiſſe neſciebam, nec ipſe ſciebat.*

L X X I V.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi. (a)

a

26.ſept. 1562.

Conceſſioni calicis, arbitrio romani pontificis a concilii patribus permiſſae, ſe, quoad licuerit, reſtiturum.

b AUdivit igitur preces tuas (*b*) Deus in rejectione calicis ad nos. me enim etiam interpono, magis ex tuis literis,

(*a*) Reperitur haec epiſtola in *Tabul. eccl. rom.* pag. 251. & quidem eodem die 17.oct.quo altera *Ne mihi*, inferius ad eum diem recenſenda, notata: in qua notatione noſtrum quoque exemplar conſentit. quis autem ſibi perſuadeat, binas eodem die, nulla neceſſitate cogente, ad eumdem ab eodem litteras fuiſſe datas? quum praeſertim id, de quo in hac epiſtola potiſſimum agitur (nempe *de rejectione calicis* ad romanum pontificem), ſit ejuſmodi, ut ejus mentionem ad decimumſeptimum octobris diem a Truchſeſio, qui id tantopere concupierat, cuique res ipſa ante octobrem innotuerat, credibile non ſit fuiſſe dilatam. certe ipſe ille epiſtolae exorſus *Audivit igitur &c.* recentis rei nuperrimeque cognitae ſignificationem continet. jam de ea rejectione card. Borromaeum concilii praeſides die 16.ſept. certiorem fecerant. vide adnotationem *b* ad epiſtolam ſuperiorem. litterae autem nunciique Tridento Romam ſeptem aut octo dierum intervallo per haec tempora afferebantur (quamquam, ſi ſumma a tabellariis diligentia ac celeritas fuiſſet adhibita, poterat hoc totum iter quatriduo etiam confici. video enim in legatorum quibuſdam litteris, die 5. oct. hujus anni ad card. Borromaeum datis, infraque afferendis, ita ab iis ſcriptum: *Preghamo voſtra illuſtriſſ. ſignoria, che uſi diligenza in fare, che ſubito ſappiamo la ſua volontà al più lungo inanzi che i padri habbino finito di dare i voti loro, che al creder noſtro ſarà di quà ad otto o dieci giorni*). itaque, quae tridentini legati de illa rejectione calicis die 16.ſept.nunciarant, ea Romae die 24.aut 25.cognoſci potuerunt: & vero fuiſſe cognita, mihi ex multorum apud me litteris exploratum eſt. ſtatuo igitur, inſequenti die, hoc eſt 26. (quo die tabellarios Roma Tridentum profectos ex legatorum iiſdem illis diei 5. oct. litteris didici) hanc epiſtolam a Truchſeſio de re, recentibus nunciis & Hoſii etiam ad ſe litteris Romam allata, fuiſſe datam; ac propterea ejus adſcriptionem tum in noſtro exemplari, tum in *Tabulario* ſic eſſe corrigendam, ut ex XVI. *Kal. nov.* fiat VI. *Kal. oct.*

(*b*) Optaverat ſemper Hoſius atque contenderat, ne quidquam in concilio de calice, Germaniae populis concedendo, definiretur; ſed res tota ad arbitrium rom. pontificis a concilii patribus rejiceretur. id & factum eſſe in patrum

ris, quam ex ipſa re (*c*). nihil enim adhuc mecum neque c
publice neque privatim actum eſt; ne actum quidem iri, ſpero.
quod ſi res ſpem meam fefellerit (*d*), non ferent tacitum, qui d
calicem urgebunt, quandiu licuerit. ſed, ſi conſecutus es tu
optatum tuum a Deo, debes etiam adjuvare nos tuis precibus;
ut, quod a vobis alio rejectum videtur, quod vix habere vide-
batur aequitatem illa poſtulatio, ne hic (*e*) quidem impetre- e
tur: niſi (*f*) forte credimus, rei pondus afferre loci mutatio- f
nem (*g*); quae ſi conceditur, vereor, ne impendeat, quam tu g
non ignoras, illa horrenda *pars calicis eorum* (*h*), atque adeo, h
ne praebeatur is calix, quem Hieremias (*i*) juſſus (*k*) eſt adhi- i k
bere gentibus. ſed non arbitror, ſic averſum futurum Deum a
nobis, hanc ut det laetitiam iis, qui disjunctiores a ſua eccle-
ſia futuri videntur ea impetratione, quam antea fuerint. neque
me parva ſpes tenet, fore, ut, quod aliquot pontificibus ma-
ximis antiquiſſimum fuit, nihil ut infirmarent, quod ſuperiores
pontifices cum aliqua ratione decreviſſent (quod ea res aucto-
ritatem ſanctiſſimae ſedis confirmaret), eum morem, imita-
tione dignum, non contemnat, pro ſua prudentia ac pietate,
ſanctiſſimus dominus noſter. ſed, utcunque res feret (*l*), par- l

 tes

patrum conventu, qui habitus fuerat die 16. ſeptembris, & in eo ſuas a Deo auditas fuiſſe preces, Truchſeſio gratulabundus ſignificarat.

(*c*) Ad pontificis quidem arbitrium rejecta calicis conceſſio fuerat. ſed, quum is in gravioribus deliberationibus uti conſiliariis cardinalibus ſoleat, rejecta etiam ad cardinales quodammodo dici poterat. ad ejuſmodi autem conſilia non adhiberi ſe, Truchſeſium ſaepe querentem audivimus. recole, praeter caeteras, epiſt. *Quod conſiliis* d.22. aug.1562. Hoc igitur dicit: Ideo ſcripſi, calicis conceſſionem rejectam eſſe *ad nos*, non quod ullas meas partes in ea re futuras credam, qui conſiliis omnium rerum excludi ſoleo, ſed quod tu eam deliberationem *ad nos* rejectam eſſe, in tuis litteris poſuiſti.

(*d*) Hoc eſt, ſi, contra quam fore exiſtimo, in conſilium de ea re adhibebor.

(*e*) Romae ſcilicet.

(*f*) *non enim credimus &c.* Tabul. & hoc praeterea adſcripſit margini Cyprianus: *Hic verba quaedam intelligi nequeunt*. Ea autem verba, quae in autographo intelligi nequeunt, ſunt profecto illa ipſa *niſi forte*, quae in noſtro apographo perſpicue leguntur.

(*g*) Quod res Tridento Romam rejecta ſit.

(*h*) Pſalm. x. verſ. 7. *Pluet ſuper peccatores laqueos. ignis & ſulphur & ſpiritus procellarum pars calicis eorum.*

(*i*) *Divus Hieremias* Tabul.

(*k*) In *Prophetia* Jeremiae cap.XXV. verſ.15. *Quia ſic dicit dominus exercituum Deus Iſraël: Sume calicem vini furoris hujus de manu mea: & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te.*

(*l*) Hanc & ſequentem vocem reliquit in lacuna *Tabularium*: teſtaturque editor Cyprianus, *heic in autographo quaedam legi non poſſe.*

m tes meae non deſiderabuntur. Gallorum adventum (*m*) equidem
n horreo. ſed iſtic fortaſſe (*n*) ſententiam mutabunt. nam & Saul
o ipſe, cum peſſima mente veniſſet, fuit inter prophetas (*o*).
p De commoratione (*p*) epiſcoporum praeclara tua vox, & tanto patre

(*m*) A concilii legatorum litteris, ad card. Borromaeum die 3. ſept. datis, haec de hoc Gallorum adventu leguntur: *Quel, che di più ci occorre da dire, è, che monſignor di Lanſac, il quale è ſtato alcuni dì fuori di Trento a fuggir il caldo & le facende, hieri ſera tornò dentro, & ci fece domandar audienza per hoggi; la quale gli havemo data dopo deſinare, inanzi la congregatione. La ſomma del ragionamento ſuo è ſtata, che, col ritorno d'un huomo ſuo, che già più giorni mandò in Franza, ha ricevute lettere del rè & della regina, delle quali ci ha promeſſo di dar copia; &, facendolo inanzi l'hora dello ſpaccio, ne verranno con queſta: che le lor maeſtà gl'incaricano il più che ſia poſſibile a farci intendere da loro parte, che hanno deliberato di mandar li prelati di Franza al concilio, & di voler, che di quel regno, computativi queſti pochi, che ci ſono, ce ne ſiano in numero di ſeſſanta, oltre molti theologi minori, che verranno con eſſo loro, & alcuni ſpecialmente della Sorbona; & che capo di tutti loro ſarà il ſignor cardinal di Lorena: & vogliono, che ſiano quì in ogni modo inanzi la fine del meſe di ottobre. però ci pregano con ogni inſtanza & efficacia, la maggior che poſſano, che ci vogliamo contentare di differire queſta decretatione & ſeſſione, che havemo per le mani, fin' alla gionta loro. & udirli, come havemo udici gli altri, così perchè è poſſibile, che dicano delle coſe degne d'eſſer avvertite in coſa di tanto momento, come perchè, con queſto maggior numero di prelati & di più nationi, meglio ſi ſtabiliſce & tanto più ſarà ferma & da eſſer riverita & oſſervata in ogni luogo &c.* Horum tot epiſcoporum ac theologorum adventum *horrere* ſe, Truchſeſius dicit, propterea quod, eos cum reliquis concilii patribus in aliqua fortaſſe re non conſenſuros, ſuſpicabatur. Melius ac ſane verius ominatur Caniſius in ſuis ad Hoſium litteris, hoc ipſo die 26. ſept. Auguſta datis: *Adventus*, inquit, *gallorum epiſcoporum, ut ſperamus, novam ſynodo pariet auctoritatem.*

(*n*) *forte* Tabul.

(*o*) Libro 1. Reg. 22. *Et iratus iracundia Saul abiit etiam ipſe in Ramatha ... & exſpoliavit etiam ipſe ſe veſtimentis ſuis, & prophetavit cum caeteris coram Samuele.*

(*p*) *commemoratione* exempl. Mendoſe. emendatam *Tabularii* lectionem ſequutus ſum. *Epiſcoporum commorationem* vocat, quam vulgo *reſidentiam* dicunt; de qua quid agitari in concilio, poſt celebratam die 17. ſept. ſeſſionem, coeptum eſſet, docet litterarum, quas ad card. Borromaeum pontificii legati dederunt, haec particula: *Siamo tuttavia ſu l'udire due volte il giorno i theologi ſopra gli articoli dell' Ordine: nell'uno de' quali era al tempo del card. Creſcentio, An epiſcopi ſint jure divino inſtituti. Et diſcorrendo noi, che, a laſciarlo così, ſi daria nuova occaſione d'entrare un'altra volta ſul voler, che ſi dichiaraſſe, Reſidentiam eſſe juris divini, havemo fatte levar via quelle parole: come voſtra illuſtriſſ. & reverendiſſ. ſignoria haverà potuto vedere. di che alcuni, che a quel tempo erano in concilio, eſſendoſi avveduti, ne hanno mormorato aſſai, & non ſiamo ſicuri, che non ne facciano maggior rumore. Noi havemo moſtrato di non gli udire: & così in queſto ci andaremo tenendo, finchè potremo ... Eſſendo già ſcritta la lettera, ci è ſopragionta nuova materia di ſcrivere, percioche gli ambaſciator-*

patre digna ſententia, te ut potius, quam diſputatione comprobetur (q). habebit iſta contentio maximam offenſionem. ſed moderabitur ſpiritus ſanctus; qui te tueatur ac foveat. Roma. xvi. (r) Kal. novembr. M. D. LXII.

T 2 LXXV.

ſciatori di Franza ci ſono venuti a ritrovare, & quaſi come per amorevole avvertimento ci hanno detto, come nel concilio era gran mormoratione per le parole, che ſi erano levate da quell'articolo ... & che già ſi diceva, che noi le havevamo levate per paura, che non s'introduceſſe di nuovo il parlare, che la reſidenza foſſe de jure divino. Noi, dopoi haverli ringratiati, dicemmo loro, che quelle parole non s'erano levate per queſto, & che, per ſegno di ciò, ſi parlarebbe della reſidenza in ogni modo, ſecondo l'intentione data nella congregatione generale. Et eſſi ci replicorno, che non ſi curavano, che la reſidenza foſſe più de jure divino, che humano, purchè ſi faceſſe, che i veſcovi & i curati reſedeſſero: eſſendo coſa chiara, che dal non reſeder era nata la maggior parte della ruina, che hoggi ſi vede nella chieſa. & con queſto ſe n'andorno. Appena furono partiti eſſi, che ſopragionſero Granata, Braga, Meſſina, & Segovia, pur per parlarci della medeſima cauſa. Granata fu il primo, che diſſe, che ſotto Creſcentio furono fatti queſti articoli dell'Ordine con le parole, che hora ſi ſono levate, & che haverle levate era di gran ſcandalo; & però pregava, che ſi voleſſero reſtituire: & non fece motto alcuno di reſidenza. Braga ſubintrò, & poſcia gli altri, dicendo, che, ſe quelle parole non ſi reſtituivano, ſi dava chiaramente a conoſcere, che non ſi voleva, che ſi parlaſſe della reſidenza: il che era ſcandaloſiſſimo & odioſiſſimo a tutti i padri, a' quali ſi era promeſſo, che ſe ne parlarebbe. Noi, dopoi haverli laſciati dire ciò, che volevano, riſpondemmo, che havevano il torto a penſare queſto di noi; perchè, conforme alla promeſſa, fareſſimo, che ſi parlarebbe della reſidenza: ma che havevamo levate quelle parole, perchè non c'era heretico alcuno, che negaſſe, l'inſtitutione del veſcovo eſſer de jure divino: sì che era ſuperfluo a parlarne. Eſſi ci replicorno, che non mancavano chi haveſſero havuto queſta opinione. & alla fine dopo molte parole reſtammo, che ci moſtraſſero chi foſſe ſtato di queſta mente. Hora non ſappiamo quel, che ſuccederà, cioè, ſe potremo ſoſtenere queſta pugna, o pure ſe converrà ritornare l'articolo nella forma ſua di prima. Con un altro ſpaccio daremo avviſo del ſucceſſo.

(q) In quam eamdem ſententiam illa deinde ſcripſit ad card. Chriſtophorum Madruccium die 31. inſequentis octobris idem Hoſius: *Verum ſpes eſt in Deo, quod jus divinum, hoc eſt charitatem, infundat in cordibus noſtris per ſpiritum ſuum ſanctum. quod cum erit factum illius benignitate, magis implere jus divinum, quam diſputare de eo volemus. modo ne deſit nobis verbum illud abbreviatum Ama, quod eſt maniſeſtiſſimi juris divini, praeſto ſtatim erit reſidentia perſonalis, neque quaeremus, quo jure teneamur; ſed, ſive per ſe, ſive per prophetas, ſive per apoſtolos, ſive per eccleſiam Deus id praeceperit, libenter acquieſcemus.*

(r) XIII. cod. vat. Sed hoc etiam mendoſum putamus. quo autem modo tota haec adſcriptio corrigenda ſit; ſupra in prima adnotatione diximus.

Digitized by Google

LXXV.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio
a Card. Varmienſi. (a)

3. oct. 1562. *Revocatam inter Hoſium & Sotum concordiam gratulatur.*

b ITA vero fore ſperaram, ut tuum illi (b) amorem conſervares, quem in te amando & obſervando nemini concedere, ſemper animadverti. ergo me maximo gaudio cumulavit veſtra concordia; quorum ſumma animi & ſcriptorum conſenſio jucunda eſt catholicis, gravis & odioſa haereticis. diſſenſiones in ſententiis dicendis (modo abſint ab iracundia & pertinacia) perutiles eſſe ſolent interdum ad eliciendam & illuſtrandam veritatem. uterque vincit, & qui refellit, & qui refellitur. huic enim error eripitur, qui eſt hoſtis acerrimus; quo ſublato, non parvam victoriam idem ille conſequitur, qui in errore verſabatur. tantum igitur cavendum eſt, ne ſtudium adſit contentionis, a quo amicum noſtrum ſpero eſſe alienum. equidem doleo, ſi qui ſunt inanis hujus concertationis cupidi, quae chriſtiano ho-
c mine eſt, maxime vero ſacerdote, indigna (c). libere & ſentire & diſſentire, veri inveniendi cauſa, nunquam fuit impeditum; modo contraria opinio deponatur ibi, ubi ſuſcepta eſt, nec offendatur animus. nam vel manus conſerebant iſraelitae, mente tamen pacifica. ſed, ut ad prima redeam, mihi gaudeo, vobis gratulor de tuo in illum amore, qui te maxime omnium
d e & colit & admiratur. Accepi (d) nunc Caniſii literas, mihi (e) a te miſſas. Diſputationes de ordine ac matrimonio optime procedere, & cupio & ſpero. Vale. Roma. v. (f) non. octo-
f bris. M. D. LXII.

LXXVI.

(a) Editam reperies hanc epiſt. in *Tabul. eccl. rom.* pag. 250.

(b) De Hoſii diſſenſione cum Petro Soto vide epiſt. *Ut pro iis* d. 10. ſept. 1562.

(c) *indigna. hanc enim, inquit vir ille ſanctiſſimus, Eccleſia Dei conſuetudinem non habet. Libere &c.* Tabul.

(d) *Accipe* exempl. Correxi ex Tabul.

(e) Omitt. Tabul.

(f) VI. *Kal. oct.* exempl. Emendandum putavi ex Tabul.

LXXVI.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Baſilio Joanni Heroldo. (*a*) a

Ad libere profitendam catholicam religionem cohortatur, ſi libros ſuos legi a catholicis velit. 10. oct. 1562.

Quod veritus es in tuis ad me literis, ne ejus, quod optas, muneris (*b*) impetratio perdifficilis eſſet, quod & tuum b
& Hervagii (*c*) nomen eo catalogo contineretur, quo c
& libri & impreſſio condemnantur (*d*), id ita eſt. ut enim d
nunc res eſt, non modo id difficultatem habet, ſed omnino nullam

(*a*) *Herold Baſile Jean* (inquit Baylius in ſuo Dictionario hiſtor. & crit.) *náquit à Hoechſtad* (*de là vient, qu'il ſe ſurnomme* Acropolita *dans ſon* Philopſeudes.) *ſur le Danube dans la Suaube l'an 1511. Il s'apliqua bien aux lettres, & il s'en alla à Bâle l'an 1539. où il étudia tout à la fois la Theologie & l'hiſtoire. Il s'y maria. & il fut donné pour Miniſtre à un village du Canton: mais comme les libraires l'avoient trouvé propre à leur ſervice, ils le firent revenir à Bâle l'an 1546. Son attachement à leur preparer des Ouvrages fut incroiable, & ce fut pour reconoître ſes longs travaux que le Magiſtrat de Bâle l'honora de la bourgeoiſie l'an 1556. Depuis ce temps-là il prit le prénom de Baſilius. Il étoit encore en vie l'an 1566. &c.* Ejus opera idem auctor haec recenſet: *Philopſeudes*, ſive *Declamatio pro Deſ. Eraſmo Rot. contra dialogum famoſum anonymi cujuſdam medici*. Baſileae 1541. *Leges antiquae Germanorum*: & *Princeps juventutis, ſive panegyricus, Ferdinando Archiduci Auſtriae dicatus, cum hiſtoriola Turcici belli anno 1556. geſti*. Baſileae 1557. *Belli ſacri hiſtoriae continuatae libri ſex*. an. 1560. atque alia.

(*b*) Videtur Heroldus id a Truchſeſio petiiſſe, ſibi ut a pontifice max. aliquod diploma impetraret, quo libri ſui e proſcriptorum catalogo eximerentur.

(*c*) Joannes Hervagius typographus baſileenſis ſaeculo XVI. fuit, inter proſcriptos & ipſe Romae relatus, quod haereticorum ſcripta, ſive aliorum, ab haereticis curata, opera ſuis formis excuderet atque vulgaret.

(*d*) Non modo libri, qui haereſim continerent, ſed reliqui etiam, qui modo haereticorum operâ excuſi eſſent, inter proſcriptos relati reperiebantur. hoc eſt, quod Truchſeſius dicit, in eo *catalogo & libros & impreſſionem condemnari*. Significatur autem catalogus, non is, quem poſt abſolutum concilium tridentinum Pius IV. die 24. mart. an. 1564. ex ipſius concilii decreto promulgavit (nondum enim ad ea tempora, cum haec ſcriberentur, ventum erat), ſed is, qui extremo Paulli IV. pontificatu prodierat. de quo Latinus Latinius in litteris, ad Andream Maſium die 7. jan. 1559. Romae datis, agit his verbis: *Sed heus tu! quem terrarum angulum incolis? ſi inter homines vivis, nondum ad te perlatum aliquid eſt de tota librorum cauſa? aut quid tibi tandem venit in mentem, ut, quo maxime tempore omnibus pene libris, qui adhuc ſunt editi, nobis*

nullam facultatem. quinetiam mea deprecatio multum hac in re invidiae haberet & querelae, ſi, priuſquam probata eſſet innocentia ſcriptorum tuorum, tibi hic aliquid conarer impetrare. quare primum tibi cenſeo faciendum, ut pignus aliquod des integrae tuae & catholicae religionis iis, qui ſecus de te ſentiunt; redeaſque in gratiam cum ſanctiſſima parente eccleſia, ſi quibus vel ſcriptis vel dictis bonorum ac piorum animos offendiſti. erit tibi vero perfacile, praeſertim cum iſtum habeas animum (e), quem ad me ſcribis. in primis vero tollere debes nomina ſcriptorum damnatorum, quorum auctoritate niti vidéris in his libris, quos pontificia auctoritate roborari vis. fac, ut intelligant homines, te id ſentire, quod lóqueris. noli committere, ut tot labores tui, poſiti in ſanctorum hominum libris (f), pereant, immo vero, ne (g) ille ipſe vir doctiſſimus atque ſanctiſſimus (h), in quem tantum operae ac ſtudii contuliſti, ut integer & emendatus pervulgaretur, eccleſiae lucem, quam ipſe multum illuſtravit, tua cauſa vitare cogatur

bis interdicitur, etiam novos publicare audes? Nemo apud nos, ut ego quidem ſentio, multis annis reperietur, qui ſcribere aliquid audeat, niſi ſi quid inter abſentes per epiſtolas agendum erit. Prodiit nuper index librorum, quos ſub anathematis poena habere prohibemur. Ii vero tot ſunt, ut pauciſſimi nobis relinquantur, praeſertim eorum, qui in Germania ſunt excuſi. Quare de Demoſthenis verſione, & de varia lectione ſacrorum bibliorum nihil omnino tibi laborandum eſſe, cenſeo. Faërnus in putanda purgandaque bibliotheca ſua jam aliquot dies occupatus totus eſt. Ego eros cogito, ſi vacabit, aliquam operam ei rei dare, ne quid apud me ſit, quod habere non liceat. Hoc ego librorum naufragium dicam, an incendium? multos etiam apud vos a ſcribendi propoſito deterriturum, exiſtimo, typographiſque quampluribus exemplo futurum, ne paſſim ſine delectu omnia cudant.

(e) Heroldi animus ſi non plane catholicus, at certe a catholicis non abhorrens, non modo harum Teuchſeſii litterarum indicio, verum etiam Danielis Papebrochii in *Synopſi quaeſt. curioſ.* art. 24. illo teſtimonio intelligitur: *An Joannes Heroldus Hochſtettenſis, continuator* Belli ſacri, *cujus continuationis ſingulos libros catholicis praelatis dedicavit, ſemper cum laude etiam de religioſis mendicantibus locutus, ... an, inquam, Heroldus iſte indignus ſit, qui citetur, tanquam infeſtiſſimus ſedis apoſtolicae hoſtis? eſto juvenis, ſub nomine Heroldi Acropolitani, ſcripſerit apologiam pro Eraſmo, inter prohibitos relatam.*

(f) *Il ne ſont pas*, inquit idem ille Baylius in ſuo Dictionario, *oublier, qu'il publia (a Bâle l'an 1555.) les écrits de 76. Auteurs ſous le titre d'Orthodoxographi, & une, (a Bâle l'an 1556.) Haereſeologia ſeu ſyntagma veterum Theologorum tam graecorum, quam latinorum num. 18. qui graſſatas in eccleſia haereſes confutarunt & praecipua theologiae capita tractarunt.*

(g) Pro *ne* videtur ſententia poſtulare *ut*.

(h) Editio alicujus e ſanctis eccleſiae ſive graecis ſive latinis doctoribus, quam Heroldus adornarat, ſignificatur. quis is nominatim fuerit, equidem neſcio.

tur (*i*). & vero cujus impudentiae atque impietatis eſt velle diſſentire a tot ſummorum patrum ſententiis, qui cum admirabili doctrina caeleſtem quandam vivendi rationem conjunxerunt? quis eſt ita ſui oblitus, qui illorum velit officere luminibus, ſibique aliquid arrogare, quod illi ignorarint? nemo, ut arbitror, niſi amens & plane perditus. haec, judicio bonorum omnium, ſumma eſt, nullam ingenii vim, nullam animi virtutem neque laudem apud pios neque praemium a Deo habituram, niſi fidei catholicae fundamento nitatur. quid igitur agunt, qui ea vel praedicant vel literis mandant, quae eccleſiae praeceptis & inſtitutis ſint adverſaria? nihil, niſi ut Dei muneribus uſi adverſus Deum, hic contempti & abjecti vivant, ſaepe etiam numero exquiſitis afficiantur ſuppliciis, ut (*k*) vero migrarint (*l*) e vita, ſempiternas ſubeant poenas. ſpero, te & praeſentis & futurae vitae rationem habiturum. quod ut facias, tibi vehementer auctor ſum. fac, ut appareat, te eum eſſe, quem ſcribis in tua ad me epiſtola. tum enim omnes boni ingenii ac doctrinae tuae laudibus favebunt: ego vero tibi operam ac ſtudium meum, ſalvo religionis officio, libentiſſime ſemper praeſtabo. Haec ad te ſcripſi ductus cupiditate exiſtimationis & ſalutis tuae. tibi nec ingenium nec judicium deeſt. Vale. Roma. VI. id. octobris. M. D. LXII.

(*i*) Id quod accidere neceſſe eſſet, ſi illa illius ſancti doctoris editio, ab Heroldo, homine, ut hominum opinio erat, non catholico, curata, prodiiſſet. nam eo ipſo nomine inter proſcriptos ab eccleſia romana libros referretur.

(*k*) Malim *ubi*.

(*l*) *migrarent* exempl. Gratianus emendavit.

LXXVII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

Culmenſium epiſcopi deſignati rem ex animi ſententia eſſe confectam. De Pruſſiae Duce. De ſcriptis cujuſdam ad Hoſium. 10. oct. 1562.

QUod abeſt Alexander Farneſius cardinalis, cujus eſt relatio de polonicis rebus (*a*), munus mihi delegavit referendi de culmenſium epiſcopo deſignato. qua in actione

(*a*) Pallavicinius lib. XV. c. 9. n. 4. *Hiſt. concil. trid.* ita loquitur, ut illi non plane conſtitiſſe de Alexandri Farneſii Poloniae patrocinio, quod perſpicue hon-

ne heri uſus ſum mirifica & pontificis benignitate & patrum
b approbatione. itaque res acta eſt ex animi noſtri ſententia (*b*).
c Pruſſienſium duci (*c*) concilium liberum non videri, minime
miror. non enim unus is eſt, qui libertatem libidine agendi,
vel de haereticis rebus, metiatur. Quod nihil, niſi de ſenten-
d tia mea, te reſponſurum ad ea, quae a quodam (*d*) tibi ſcripta
ſunt,

hoc loco ſignificatur, appareat. ait enim: *Di che il rè* (Sigiſmondo Augusto) *diede ragione con lettere piene di riverenza al pontefice, & al cardinal Farneſe, protettore, com' io avviſo, della Pollonia.*

(*b*) Card. Borromaeus litteris ad Hoſium die 21. hujus menſis datis, *Poſtulatus*, inquit, *culmenſium epiſcopus ſummo ſtudio confirmatus fuit. idque in primis reverendiſſimae D. V. cauſa, cui ſanctiſſimus D. N. gratificari omnia vehementer cupit.*

(*c*) Ad Albertum, marchionem brandenburgenſem, ducem in Pruſſia, dederat Hoſius eam epiſtolam, quae eſt inter ejus editas quadrageſimaſecunda, quaque illum ad oratores ſuos mittendos ad concilium tridentinum cohortatus fuerat. negavit ille, ſe miſſurum; quod diceret, in eo concilio libere agi per pontificem rom. non licere. quid vero pontifex de eo duce amplius ad concilium Hoſii litteris invitando cenſuerit, diſcimus ex illa card. Borromaei ad eumdem Hoſium epiſtolae, die 21. hujus menſis datae, particula: *Quod vero ad Pruſſiae ducem attinet, videtur ejus ſanctitati, non eſſe poſthac in ea re laborandum. facile enim intelligitur, ejus animum a piis & ſalutaribus admonitionibus abhorrere, nihilque velle, niſi diſputationis & contentionis cauſam.*

(*d*) Ad Henricum, ducem braunſvicenſem, praeclaram illam de religione epiſtolam, quae eſt inter editas quinquageſimaſexta, Hoſius die 24. mart. 1562. dederat. huic epiſtolae neſcio quis ſibi reſpondendum ſuſcepit; idque ejus ſcriptum Albertus, Bavariae dux, ad ipſum Hoſium miſerat, rem ipſemet Hoſius in epiſtola ſexageſimaſecunda, ad eumdem Albertum anno 1563. ineunte data, narrat his verbis: *Ex his, quae ſcripſit ad me Fridericus Staphylus, certior ſum factus, D. V. negotium illi dediſſe, ut curaret, per aliquem theologum ei ſcripto reſponderi, quod a neſcio quo confectum ante menſes aliquot ad me miſerat D. V. quo refutare quidem conatur eas rationes, quibus ego ſcribens ad illuſtriſ. ducem braunſvicenſem adduci debere putabam principes proteſtantes, ut ſuos huc oratores mitterent, & hic potius cognoſci de dogmatibus, de quibus ipſimet inter ſe dimicant, cuperent, quam in neſcio quo Saxoniae angulo, cum, quae pertinent ad fidem catholicam, non ſit fas niſi ab eccleſia, quam concilium oecumenicum repraeſentat, definiri. quod ſi quid in angulo ſtatuitur, catholica fides dici non poſſit. Plurimum hoc nomine me debere profiteor D. V. quae cum intelligeret, perſonae meae, quam hoc tempore ſuſtineo, non eſſe, ut ipſe nugis ejuſmodi reſponderem, quarum auctorem etiam ignorarem, provideri nihilominus voluit, ut, quiſquis eſt ille, qui, cum, ſe male agere, ſibi ſit conſcius, odit lucem, nec edere nomen ſuum audet, inſulſo ſuo ſcripto reſponſum tamen per aliquem eſſe videat. &c.* Hoc idem ſcriptum miſſurum ſe ad Truchſeſium, Hoſius ſcripſerat, nec niſi de ejus ſententia ad id reſponſurum receperat. at vero nihil reſponderi oportere card. Borromaeus in illis ſuis ad Hoſium litteris, die 21. oct. datis, pontifici maximo videri ſignificavit: *Ad eas autem*, inquit, *literas, quibus orator illuſtriſ. ducis Bavariae requirit reſponderi, cenſet ſanctitas ſua,*

eo

Digitized by Google

ſunt, ſcribis, agnoſco uſitatum & ſummum tuum in me amorem, qui, cum conſilio abundes, quo & me, & caeteros juvare poſſis, mihi tamen tantum tribuas, ut ea de re judicium meum exquiras. Ego vero mihi perſuadeo, quod res poſtulabit, te divinitus eſſe facturum. exemplum autem eorum, quae ab illo neſcio quo ſcripta ſunt, legam libentiſſime. Vale. Roma. vi. id. octobris. M. D. LXII.

eo magis eſſe omittendam reſponſionem omnem, quo minus eſt aeſtimandum malevolorum hoc ſcriptorum genus, quod in tantis & tam arduis occupationibus reverendiſs. dominationis veſtrae quaerit tam in tali loco & gradu conſtitutam, & tam praeſtanti doctrina & virtute praeditam, a publico officio detorquere, & ſuis nugis occupatum detinere. Itaque, ſi D. veſtra reverendiſs. ſuperſederit hoc labore, & nihili ſe facere oſtenderit hos homines, & ex dignitate ſua faciet, & publicae cauſae plurimum proficiet. Vix aliter cenſuiſſe Truchſeſium Hoſio faciendum, ex ſequenti ejuſdem epiſtola *At mihi quidem* cognoſcemus. Quis autem ille anonymus fuerit, didici ex Hoſii *Vita* a Stanislao Reſcio ſcripta, lib. II. cap. 15. *Vergerius tamen*, inquit, *profligatiſſimus ille pudoris & pudicitiae hoſtis, cum feliciorem, quam cupiebat, concilii progreſſum & Hoſii conatus aequo animo ferre non poſſet, incitata in hominem innocentem illa ſua vecordi mente, omnibus maledictis lacerandum & in odium hominum adducendum putavit. ſparſit enim complures libellos latina, italica, germanica, gallica lingua ſcriptos, ubi cum acta S. Concilii, tum Hoſii praecipue epiſtolam ad ducem braunſvicenſem exagitat ... Verum his turpiſſimi hominis conviciis & opprobriis laudari ſe potius, quam vituperari Hoſius exiſtimabat. quinetiam, cum theologus quidam illuſtriſſimi Bavariae principis apologiam pro Hoſio contra Vergerium ſcripſiſſet, quam etiam in manibus tenemus, non putavit eſſe dignas Vergerii vanitates, ut a viro bono refutarentur. itaque liber hic non fuit in lucem editus.*

LXXVIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi. (*a*) a

Confutandae haeretici hominis contra Hoſium invectivae negocium alteri demandandum. De haereticorum diſſidiis. 17. oct. 1562.

NE mihi quidem videtur ullum eſſe pondus in eo homine, qui tuae epiſtolae reſpondit (*b*). levia & inſulſa ſunt omnia. quem tamen non arbitror eſſe negligendum. ſed, ſi occupatus, vel potius, quoniam occupatus es in rebus graviſſimis, illud reſcribendi negotium vel Caniſio (*c*), vel cuipiam alii des, qui

b

c

(*a*) Edidit hanc epiſtolam Cyprianus in *Tabul. eccl. rom.* pag. 252.

(*b*) Vide ultimam adnotationem ad ſuperiorem epiſtolam *Quod abeſt*.

(*c*) Caniſii ſententia quae de hoc negocio fuerit, apparet ex ejus ad Hoſium

d qui retundat ſtultam hominis impudentiam (*d*). Premisllienſem
e epiſcopum (*e*) adventare, libenter cognovi. Cupio videre ſex-
f tam centuriam (*f*); nec deerit Caniſius huic cupiditati meae.
Ita

ſium litteris, die 24. hujus menſis Auguſta datis. ait enim: *Vidi ſeriptam germanice apologiam, qua verſipellis aliquis, ficte blandiens & atrociter mordens, reſpondit epiſtolae celſitudinis tuae, ad principem lutheranum datae. Mihi non videtur opus reſponſione aut latina, qualem Ingolſtadii meditatur homo in catholica fide vacillans & ſuſpectus, aut etiam germanica, ne citra fructum & infra dignitatem ſuam reſpondeat amplitudo tua pervicacibus iſtis, quos etiam cum tantis viris libet & juvat contendere, quique vinci poſſunt, placari non poſſunt ullis diſputationibus. At ſpero, ſcriptum hoc in publicum non exiiſſe, nec exiturum eſſe; quod ejus generis eſſe fere videtur, quo princeps vilnenſis, ejuſdem farinae homo, reſpondit optimo epiſcopo veronenſi* (Aloyſio Lipomano) *felicis memoriae, cum is in Polonia legatum pontificis ageret. Epiſtola vero latina, quae anſam dedit huic apologiae, digna mihi videtur, quae aliquando cum epiſtolis aliis ejuſdem auctoris ſelectis edatur, ac reliquis domini varmienſis operibus, nunc ſimul excuſis, adjungatur &c.* Id factum deinde eſt anno 1584. Coloniae, ſtudio atque opera Staniſlai Reſcii: eſtque Hoſii illa epiſtola in ea editione ordine LVI.

(*d*) *imprudentiam* exempl. Gratianus emendavit.

(*e*) Cum haec Truchſeſius ſcriberet, advenerat jam ille Tridentum. de quo adventu ſunt illa in legatorum ad card. Borromaeum litteris, die 15. hujus menſis datis: *Hier ſera non ſi fece congregatione per la venuta del veſcovo di Premislia, ambaſciatore di Polonia: il quale con tutto che entraſſe con una gran pioggia, che durò parecchie hore, fu incontrato da buon numero di prelati, & entrò molto honoratamente.*

(*f*) Significatur opus ita inſcriptum: *Eccleſiaſtica hiſtoria, integram eccleſiae Chriſti ideam, ſecundum ſingulas centurias, complectens ſingulari diligentia & fide congeſta per aliquot ſtudioſos ac pios viros in urbe magdeburgica.* Praecipui auctores fuerunt e Lutheri ſecta quattuor, Matthias Francowitzius, cognomento Flacius, gente illyricus, patria albonenſis, Joannes Vigandus, Matthaeus Judex, Baſilius Faber. De eo opere Baylius ad dictionem *Illyricus* agens, *Mr. de Sponde*, inquit, *a fait une groſſe faut en parlant des centuries de Magdebourg. Il dit*, (ad ann. 1560. n. 31. pag. 601.) *qu'on commença à les donner au public l'an 1560. & que le quatriéme tome fut le premier qui parut. Ce la eſt trèsfaux. Les trois premieres centuries furent imprimées avant la quatriéme. Le catalogue de la Bibliotheque de Francfort publié l'an 1604. par Becman marque l'an 1559. aux trois premieres centuries, & l'an. 1560. à la quatriéme. Draudius met auſſi l'édition des trois premieres à l'an 1559.* Omnino, in tota hac edendorum priorum centuriarum voluminum ratione, aliquid ſive caſus ſive fraudis interveniſſe, mihi perſuaſum eſt. nam non modo Spondanus centuriam quartam ante tres priores anno 1560. primum paruiſſe affirmat, verum etiam Gaſpar Sagittarius in *Introduct. ad hiſt. eccleſiaſt.* pag. 279. teſtificatur, fuiſſe penes ſe centuriarum omnium (hoc eſt tredecim) exempla, quarum quartae annus 1560., tribus prioribus, itemque quintae & ſextae annus 1562., ſeptimae & octavae annus 1564., nonae annus 1565., decimae & undecimae annus 1567., duodecimae annus 1569., denique decimae tertiae annus 1574. adſcriptus eſſet. Catalogi autem illius franco-

Ita ne vero? exortus eſt neſcio quis iſte Fabritius, qui concilium volumine concideret (*g*)? ſed rei auctoritatem illarum

V 2 peſtium

ſrancofurtenſis auctor, & Draudius, a Baylio citati, editionem priorum trium centuriarum ad annum 1559. retrahentes, ſive decipere nos voluerunt, ſive ipſi a falſa aliqua ac mendaci annorum in ſuis exemplis adſcriptione decepti ſunt. eſt enim inter typographorum & bibliopolarum fraudes, quibus lectoribus illudere ſaepe ſolent, magnaſque illis moleſtias ac difficillimas quaeſtiones & controverſias creare, illa non poſtrema, quod librorum frontem immutent, & ſive antiquioribus libris proximos annos, ſive recentioribus ſuperiores adſcribant. potuit igitur hoc fieri, ut, cum quartae centuriae editio anno 1560., trium autem priorum anno 1562. vere notatae reperirentur, aliquis, anachroniſmo illo offenſus, veterem inſcriptionem a prioribus centuriis in iis exemplis, quae venalia apud ſe erant, removerit, novamque, anno 1559. notatam, ſubdiderit: qua re deinde evenerit, ut non unum eumdemque annum omnibus unius & ejuſdem operis exemplis adſcriptum haberemus. Sed cur, in quattuor illis prioribus centuriis edendis, voluminum ſeries ab ſuis auctoribus ſervata non eſt, ſic, ut quartum priore loco prodierit? Cauſam non me ſcire, profiteor. ſed certe multae eſſe potuerunt; quarum unam, tamquam exempli cauſa, dabo. credibile eſt, quattuor illos, quos ſupra nominavimus, priorum quattuor centuriarum auctores ſic inter ſe conveniſſe, ut ſingulae a ſingulis ſcriberentur. potuit autem accidere, ut is, cui quarta obtigerat, celerius, quam reliqui, ſuum penſum abſolveret, & ut non diutius exſpectandum, ſed ſtatim centuriam illam ſuam, conſenſu etiam reliquorum, edendam judicaret. Sed, vere ut dicam, aliò me conjectura mea atque ſuſpicio ducit. quò autem, dicerem, ſi ea mihi nunc agenda res eſſet. tantum dicam, ita demum ſive excuſas ſive vulgatas quattuor priores centurias fuiſſe, ut, non niſi ineunte anno 1562. vulgo innoteſcere, & in manus hominum venire coeperint. Caniſius certe, qui Auguſtae conſiſtens, &, tamquam in edita quadam totius Germaniae ſpecula excubans, omnes haereticorum conatus motuſque obſervabat, de iiſque continuo Hoſium certiorem diligentiſſime faciebat, non ante diem februarii nonum illius ejuſdem anni 1562. ullam magdeburgenſium centuriarum ſignificationem dedit. tunc vero ad Hoſium ſcribens, *Utinam*, inquit, *prodeat aliquis ex doctiſſimis epiſcopis & theologis, quorum ingens iſthic* (Tridenti) *eſt numerus, qui ex profeſſo refellat peſtilentiſſimum illud opus magdeburgenſium theologorum de eccleſiaſtica hiſtoria, nuper editum*. Ubi vero quinta centuria prodiit, monitus ſtatim eſt Hoſius Caniſii litteris, die 11. aprilis datis: *Magdeburgenſes*, inquit, *theologi quintam centuriam addiderunt prioribus tomis hiſtoriae eccleſiaſticae*. de ſexta monitum eum fuiſſe, ex hoc ipſo Truchſeſii litterarum loco poſſumus intelligere. de ſeptima, ante etiam quam prodiret, ſcripſit Caniſius ad Hoſium die 6. nov. an. 1563. his verbis: *Audio ſeptimum opus centuriatorum ſub praelo eſſe Baſileae. mittam illud cum primum videro, ſi tamen ſynodus* (Tridentina) *durat*. De reliquis deinceps num ſcripſerit, compertum non habeo. ſed de prioribus, ut quaeque in lucem veniebat, ſcripſiſſe eum, certe conſtat. quumque is non niſi anno 1562. ſcribere de iis coeperit, nullam ante eum annum (etſi aliquae editionis annum ſive 1559. ſive 1560. praeferant) vulgatam fuiſſe, publicique juris factam, credere debemus.

(*g*) De hoc eodem Fabricii contra concilium tridentinum opere non ſemel ad Hoſium Caniſius ſcripſit. litteris

qui-

peſtium magis comprobant maledicta. Digladiantur igitur Cal-
b viniani & Lutheriani (*b*)? laetandum eſt. magna enim eſt in
eorum contentione ſpes eorundem exitii: etſi, in caeteris diſ-
i ſentientes, in uno noſtri odio conſentiunt. Confeſſionem (*i*)
mitto; quae opto ut pro rei dignitate imprimatur. nullus enim
his temporibus editus eſt eccleſiae Dei liber utilior. Deus te ſer-
vet incolumem. Romae. XVI. Kal. novembris. M. D. LXII.

LXXIX.

quidem, die 7. nov. datis, *Offendit*, inquit, *quoſdam non indoctos oratio Fabricii, quam ego ſane vellem a theologo quodam non indocto nec indiſerto refelli. arbitror autem, iſthic complures huic pares eſſe negotio, quod mihi non omnino negligendum videtur*. Die vero 26. dec. ejuſdem anni, *Expectamus*, inquit, *theologi ſcriptum, qui adverſus Fabricii orationem ſynodi auctoritatem defendat*. Die 2. jan. 1563. *Illud mihi*, inquit, *pergratum fuit audire, quod ob hiſpano quodam oratio Fabricii confutetur*. Denique die 8. maj. ejuſdem anni, *Non male*, inquit, *reſpondit Fabricio doctor ſegobienſis; qui liber brevi, ut ſperamus, in lucem exibit*.

(*b*) Etſi non dubitem, quin *Lutherani*, quemadmodum eſt in noſtro exemplari, potius, quam, quemadmodum eſt in *Tabulario*, *Lutheriani*, Pogianus ſcripſerit, tamen *Tabularii* lectionem, utpote ad latinorum conſuetudinem propius accedentem, praetuli. cum enim gentilia familiarum nomina (nomina, inquam, non cognomina) in *ius* ſyllabam apud latinos perpetuo deſinerent, eaque, quae ex ipſis gentilibus proxime derivarentur, exitum ſuum in *ianus* haberent (ut *Tullianus*, *Clodianus*, *Furianus &c.* ex *Tullius*, *Clodius*, *Furius &c.*), fit, ut ex gentili nomine *Lutherius*, ad latinam ejuſmodi nominum rationem inflexo, non *Lutheranus*, ſed *Lutherianus* naſcatur. a qua appellatione qui abhorrent, ſane non video, qui poſſint iidem in *Calvinianus* potius (quod quidem faciunt), quam in *Calvinanus* acquieſcere. Caeterum, quae heic Truchſeſius de Calvinianorum Lutherianorumque diſſidiis ſignificat, ea ipſa eſſe puto, de quibus Caniſius ad Hoſium die 26. proximi ſeptembris his verbis ſcripſerat: *Mitto ſcriptum Illyrici & Galli, Ratisbonae coaxantium, qui ab haereticis haeretici non male cenſentur, & quibus nunc rixa nova eſt cum aulicis lutheranis. nam hos vident impatientes jugi, quod ipſi vellent omnibus & maximis & minimis imponere, ut pro libidine ſua, ſicuti coeperant, nulli non imperare, ac, plus quam apoſtolis licuit, etiam mundo leges dare poſſint. In hoc brevi ſcripto pulchrum eſt obſervare, quibus armis, catholicis videlicet, ſuam ſententiam iſti tueantur, ſuaeque ſectae homines impugnent; nimirum ut agnoſcamus, regnum hoc, quod in ſe diviſum eſt, brevi corruiturum*.

(*i*) Liber Hoſii, ita inſcriptus, ſignificatur: de quo vide epiſt. *Cum ſaepius* 14. mart. 1562. Hujus *Confeſſionis* exemplum fuiſſe ad Truchſeſium ab Hoſio miſſum, in epiſt. *Quae malum* die 15. nov. 1561. vidimus. hoc exemplum videtur Hoſius per haec tempora a Truchſeſio repopoſciſſe, fortaſſe quod nullum apud ſe eſſet, & aliquo tamen indigeret, cum de nova editione, eaque auctiore, cogitaret. de qua editione ſunt illa in Caniſii litteris ad eumdem Hoſium 7. nov. hujus anni datis: *Gaudeo, Confeſſionem magis ac magis augeri; & libenter videro novum exemplar antuerpienſe: in quo fortaſſe non deerunt lectu digna pleraque, quae haec ſynodus potuit ſuppeditare, praeſertim in euchariſtico negotio*.

Digitized by Google

LXXIX.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

Epiſtola commendaticia. 20. oct. 1562.

CAmillus Bompilius (*a*) eſt juvenis & moribus & literis ornatus, Horatii etiam Corbuli, ſecretarii mei, propinquus. is nunc cum Maximo (*b*), melphitenſium (*c*) archiepiſcopo, cujus eſt a ſecretis, Tridentum venit. quare eum tibi commendo majorem in modum; ut, ſi contigerit, illi opus eſſe ſtudio & patrocinio tuo, hominem gratia & auctoritate juves, qua potes plurimum. complectéris enim juvenem, tui obſervantiſſimum & tanto patrono dignum: mihi vero pergratum feceris. Te ſalvum & incolumem eſſe, cupio. Roma. XIII. Kal. novembris. M. D. LXII. (*d*)

(*a*) *Bomphilius*, ſive *Romphilius* cod. vat. ſed fortaſſe legendum *Bonfilius*.

(*b*) *Maximus de Maximis* (ait Ughellius in *Ital. ſacr.*), *nobilis romanus, per ceſſionem cardinalis Criſpi die 17. mart. 1561. amalphitanus archiepiſcopus renunciatus, ſedit annos 9.* (ita eſt in editione veneta anni 1721. ſed corrigendum 3.) *ac libere ſe abdicavit anno 1564. die 21. junii: iterumque card. Criſpus, ratione regreſſus, quem habebat, per aliquot menſes hanc adminiſtravit eccleſiam.*

(*c*) Vereor, ne hic exemplaris noſtri & codicis etiam vaticani error, non tam librariis, quam Pogiano tribuendus ſit, qui *Melphitenſes* eoſdem putarit ac *Amalphitanos* ſive *Amalphitenſes*. ſed alii illi, atque hi. illorum enim urbs eſt *Melphita* (quam alii Melfictam, alii Melphitum, alii Melphictum dicunt, italice *Molfetta*) ad ſuperum mare; horum eſt *Amalphia* ad inferum: illis non niſi epiſcopus, his archiepiſcopus praeeſt.

(*d*) Mendoſum puto. & pertinet fortaſſe haec epiſtola ad ſuperiorem annum 1561. Neque enim veriſimile eſt, italum archiepiſcopum, praeſertim a Pio IV. concilii tridentini inſtauratore creatum, tamdiu adventum ſuum Tridentum diſtuliſſe.

LXXX.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Ferdinando electo Roman. Imperatori.

Genevenſium epiſcopum commendat. 25. oct. 1562.

QUia genevenſium epiſcopi non ſolum mirificam probitatem ac religionem, ſed etiam ſtudium erga te & obſervantiam ſingularem jamdiu cognitam habeo, ea re fit, ut, in eo tibi commendando, neque cupiditati ejus neque officio

cio meo deeſſe poſſim. qui etſi non ignoro, quam jure & neceſſario pecuniae ſubſidium poſtules ab iis, qui principatus imperii nomine ſunt ornati, propter tum praeſentia incommoda, tum impendentes turcicos motus, tamen, quia, quantis in rerum omnium anguſtiis verſetur tot jam annos genevenſium epiſcopatus, optime novi, a te ſummopere petendum putavi, ut bono illi ac religioſo viro, qui nomine tantum eſt genevenſium epiſcopus, nullum praeterea fructum, nullum inde vectigal percipit, quibus omnibus occupatis, Calvino duce & magiſtro, fruuntur haeretici, eam remittere velis tributi partem, quae ab ipſo petitur. ſcio, quam miſericors eſſe ſoleas in ejuſmodi & viros & cauſam. qua de re majorem etiam ſpem habeo, quod intelligo, quam libenter imitere inſtituta glorioſi & ſummi imperatoris Caroli caeſaris, fratris tui, qui, propter eandem cauſam, ab illius civitatis epiſcopo, vel in maximis ſuis difficultatibus, nihil unquam exigi voluit. pluribus & majoribus precibus hoc a te peterem, niſi ſcirem, quam ſtudioſe, pro admirabili tua & aequitate & pietate, ea dignitate & virtute viros ſublevare ſolitus eſſes. quare tantum dicam, ad ſumma tua
a in me meoſque merita, hac in epiſcopum genevenſium (*a*) benignitate multum acceſſurum: cui eximium perpetuumque officium ac pietatem meam profiteor ac polliceor, & ſalutem atque incolumitatem precor. Roma. VIII. Kal. novembris. M.D.LXII.

(*a*) *genuenſium* exempl. Emendavi.

LXXXI.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

31. oct. 1562. *Quid in Culmenſium epiſcopi negocio impetratum ſit, quid impetrandum ſuperſit.*

QUas ad ornatiſſimum virum Jacobum Sabellum cardinalem literas dediſti de culmenſium epiſcopo deſignato, eas ille, quod adverſa valetudine uteretur, miſit ad me, ſimulque hominem, qui me rogaret, ut ſuas partes ſuſciperem, ageremque ipſe cum ſanctiſſimo domino noſtro de iis, quae ipſi culmenſium epiſcopo velles impetrari, deque tota re ad literas tuas reſponderem. quare, ut de confirmatione, quomo-
a do res acta & confecta ſit, jam antea cognoviſti (*a*), ſic illud ſcito,

(*a*) Vide epiſt. *Quod abeſt* d. 10.oct.1562.

ſcito, etiam impetratum eſſe, ut ipſe epiſcopus ab uno epiſcopo duobuſque praeterea illis, quos ſcribis, conſecretur. ſed tertium habet difficultatem, ut illi permittatur, ut alieno (*b*) tempore poſſit petentes ſacris initiare. multa enim adverſantur; in primiſque & lex (*c*) & mos majorum. veruntamen rei ſpes non eſt abjicienda. animadvertitur enim quid cupiat amplitudo tua; & videntur habere pondus cauſae, quas affers. itaque rem urgebimus. neque vero Sabellus ipſe cardinalis paſſus eſt, quicquam in hac cauſa a ſe deſiderari, quod aeger praeſtare poſſet: qui, praeterquam quod vir eſt omni virtutis & humanitatis genere politiſſimus, tantum praeterea tribuit ſingulari religioni ac ſapientiae tuae, ut omnia tua cauſa ſe & debere & cupere, praedicet. Cupio, te valere & vigere. Romae. pridie Kal. novembris. M. D. LXII.

(*b*) Tempora non aliena ſacras ordinationes celebrandi, ſunt quattuor anni tempora, &, praeter illa, ſabbatum ante dominicam in paſſione, & ſabbatum ſanctum. Ita Auguſtinus Barboſa ex Henriquezio in ſumm. p. 2. lib. 10. c. 12.

(*c*) Gelaſii I. in ep. 1. c. 13. c. ult. 75. c. 1. & ſeq. de temp. ord.

LXXXII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi. (*a*)

Sollicitum de rumoribus, quos de Hoſii circa calicem, laicis concedendum, ſententia imperiti aut malevoli falſo diſſeminarant, conſolatur. 31. oct. 1562.

Mihi quidem certum eſt, credo item piis & bonis omnibus, nullum non modo factum, ſed ne dictum quidem tuum eſſe, quod non habeat ſapientem aliquam rationem, aut rei aut tempori accommodatam, maximeque ſit cum religione ac pietate conjunctum. ſed ita ſunt humana: ut quiſque majorem habet opinionem virtutis atque doctrinae, eo plures etiam habet animadverſores rerum & actionum ſuarum; in quibus ſi quid

(*a*) Reperitur haec epiſtola inter editas in *Tabul. eccl. rom.* pag. 255. cui quidem hunc titulum editor Cyprianus inſcripſit: *Hoſium, ſibi diſſimilem, videri calicem laicis indulgere velle*. quem qui titulum legerit, putabit, agi in hac epiſtola de Hoſii opinione ac voluntate, in calice laicis concedendo, immutata. atqui neque illius de ea re ſententia eſt umquam immutata, neque ejuſmodi ulla ſententiae immutatio epiſtolae hujus argumentum eſt: id, quod ex titulo, quem nos veriorem inſcripſimus, ſatis intelligi poteſt.

quid eſſe videatur, quod ſuperiori vitae aut orationi non omnino reſpondeat, ſtatim is incidit in voculas nonnullorum, qui ſummas modo rerum, non cauſas & ordinem attendunt. quare
b re minus tibi mirum videri debet, quod multis, quae iſtinc (*b*) emanarunt de ſententia, in qua eſſe dicebaris, calicem omnino concedendum eſſe, minus probarentur; praeſertim cum aliter a te antea & ſcriptum & dictum eſſe, dictitarent. ſunt enim ii, qui omnes auras rumoris cupide excipiunt, ſtatimque pro ve-
c ris rebus affirmant; neque, quae attributa ſint negotiis (*c*), con-
d ſiderant. qui ſi ſciſſent, quibus conditionibus (*d*) quave lege permittendum eſſe calicis uſum diceres, immovero ſi cognoviſ-
e ſent, quam (*e*) diffideres illi etiam ſententiae, quod non ſperares, eum conſecuturum eſſe fructum, cujus ſpes oſtendeba-
f tur (*f*), laudaſſent omnino factum iſtuc, ut caetera. ſed, quod ii rumores diſſipabantur, cardinalem Varmienſem calicis auctorem eſſe, id modo arreptum eſt, praeterea nihil. quanquam ejuſmodi hominum ſermones, ſaepius a me repreſſi, reſtincti jam ſunt; Romaeque omnes de tua admirabili virtute ac pietate, mente & cogitatione defixa in ſalute communi, idem & ſen-

(*b*) Tridento Romam atque alias etiam in partes falſus ille rumor manarat, Hoſium concedendi calicis auctorem eſſe. id vero contigerat non hoc octobri menſe (quo tantum videtur ea de ſe fama ad Hoſium allata, deque is cum Truchſeſio conqueſtus), ſed ſuperioribus, tum, cum ea res in concilio ageretur: de qua agi deſitum eſſe die 16. ſept. quo die eam patres ad ſummi pontificis arbitrium rejecerunt, alibi diximus.

(*c*) *negotii* Tabul. Sed exemplaris noſtri lectio praeferenda fuit. Cicero lib. 1. *de Invent.* c. 34. *Omnes res argumentando confirmantur, aut ex eo, quod perſonis, aut ex eo, quod negotiis eſt attributum . . . Negotiis quae ſunt attributa, partim &c.* Dicuntur autem *negotiis attributa* ea, quae *rerum circumſtantiae* minus latine appellantur.

(*d*) Stanislaus Reſcius in Hoſii *Vita* lib. II. c. 10. *De calicis*, inquit, *uſu . . . quid ſenſerit ac etiam fecerit Hoſius, in aliquot epiſtolis apertiſſime explicat . . . In epiſtola ad Othonem cardinalem Auguſtanum* (quae fortaſſe illa ipſa eſt, ad quam his litteris Truchſeſius reſpondit) *his verbis utitur*: „ *Fuerunt apud me nonnulli epiſcopi, qui meam de concedendo calice ſententiam expiſcari cupiebant. inter eos etiam, qui eſt Aichſtatenſi epiſcopo a ſuffragiis, quid ſibi dicendum eſſet, conſilium ſibi a me dari, poſtulavit. Reſpondi & illi & aliis, ut dicerent, quod illis illorum conſcientia dictaret. cumque de ſucceſſu ex me quaererent, ſi calicis uſus eſſet permiſſus, num ego putarem futurum, ut ſtatim omnes, qui ſegregaverunt ſemetipſos, ad eccleſiae gremium redirent, fateor, me non uni reſpondiſſe, ſi certo perſuaſum id haberem, quod per conceſſionem hanc omnes Chriſto lucrifacere liceret, quicumque ſunt ab illo, & corpore illius, eccleſia ſeparati, me modis omnibus laboraturum, ut calicis uſus permitteretur. quoniam vero ea de re vehementer dubito, non me ſtatuere ſatis poſſe, utrum expediat nec ne.* „

(*e*) Omittit hanc voculam exempl. Addidi ex Tabul.

(*f*) *oſtentabatur* Tabul.

Digitized by Google

ſentiunt & loquuntur. quod item ſpero in Polonia & in Germania facere eos, qui a fidei chriſtianae veritate non abhorrent. reliquorum opinionem aut ſermonem de nobis nihil eſt quod curemus; vel potius grata nobis eſſe debet obtrectatio haereticorum, a quibus nulla major laus in tui ſimiles viros proficiſci poteſt, quam maledicta & contumeliae. ſed nimis fortaſſe multa de calice (g); de quo ſit aliquando ſilentium, &, g

(g) De calicis negocio ſcribendi ad Hoſium finem ſe facere velle, Truchſeſius oſtendit; de quo etiam tam diuturnum ſilentium eſſe cuperet, ut nemo jam eſſet, qui ſibi eum concedi poſtularet, aut ut is poſtulantibus praeciſe denegaretur. Poſtulare tamen calicem non deſtiterunt, eumque anno inſequente 1564. abſoluto jam concilio tridentino, a Pio IV. ſuis quiſque populis impetrarunt Ferdinandus caeſar, & Albertus, Bavariae dux. En Pii ipſius ea de re ad Julium Pflugium, neumburgenſium epiſcopum, litteras; quarum ſimiles caeteris Auſtriae Bavariaeque epiſcopis datae ſunt:

Pius PP. IIII.

Venerabilis frater, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum ſacroſancta tridentina ſynodus in ſeſſione, de ſacrificio miſſae habita, referendum ad nos eſſe decreverit negocium, alias in eadem ſynodo propoſitum, de uſu ſacri calicis, alicujus nationis vel regni populis concedendo, ut id nos conſilium caperemus, quod animabus ipſum calicem petentium ſalutare futurum eſſe judicaremus: peracto concilio, chariſſimus in Chriſto filius noſter Ferdinandus, romanorum imperator electus, inſigni & perpetuo ſuo pietatis zelo adductus, re prius, ſicut ad nos ſcripſit, communicata cum nonnullis praecipuis ſacri romani imperii praelatis ac principibus eccleſiaſticis, & dilecto filio, nobili viro, Alberto, Bavariae duce, genero ſuo, per literas & per oratorem ſuum diligentiſſime nobis expoſuit ingens evidenſque periculum, quod in provinciis inclytae nationis germanicae & aliis regnis ac dominiis ſuis imminet religioni catholicae, ne ibi penitus extinguatur, propterea quod illae catholicorum reliquiae tanto deſiderio communicandi ſub utraque ſpecie teneantur, ut non pauci jam ad haereticos ſeſe ob eam ipſam cauſam contulerint, a quibus catholicae fidei veritatem abjurare coacti ſunt, & de caeteris, niſi calicis uſus ipſis concedatur, magnopere, ne idem faciant, atque ita omnes ab eccleſia recedant, verendum ſit. itaque vehemencer nos oravit, obſecravit & inſtitit, ſuo & ipſius ducis Bavariae nomine, ut tot germanicae nationis & regnorum ac provinciarum ſuarum populis opitulari, pro conceſſa nobis a domino poteſtate, vellemus. qua eadem de re idem Bavariae dux, princeps non genere magis, quam pietate inſignis ac nobilis, per oratorem ipſe quoque & per literas diligentiſſime nobiſcum egit: multique praeterea doctrina, religione, prudentiaque praeſtantes viri nos hortati ſunt. Commota fuerunt, perinde ac debuerunt, & penitus concuſſa viſcera noſtra dolore quodam intimo, poſtquam de tot animarum jactura, pro quibus Chriſtus dominus noſter pretioſiſſimum ſuum ſanguinem in ara crucis effudit, & de tanto ac tam manifeſto diſcrimine, quod catholicorum reliquiis in illo nobiliſſima natione & dictis regnis ac dominiis impendet, ex tam piorum principum & aliorum gravium virorum teſtimonio cognovimus. Huic igitur periculo, quod proponitur, pro paſtorali officio cupientes obviam ire, & multorum infirmitati paternae charitatis viſceribus ſubvenire, ne unquam de nobis dici poſſit, tot pereuntes animas a nobis neglectas fuiſſe, & non feciſſe nos quicquid po-

tueri-

ſuerimus, ut nutantes confirmaremus, lapſos erigeremus, errantes in ſalutis viam reduceremus, de fraternitatis tuae zelo, diligentia & circumſpectione confiſi, ſi ita eſſe, & ſaluti animarum expedire cognoveris (in quo conſcientiam tuam oneramus), tibi & iis, qui maturo rectoque judicio ſubdelegabuntur a te, tenore praeſentium de poteſtatis apoſtolicae plenitudine facultatem damus atque concedimus eligendi & deputandi catholicos ſacerdotes, qui in provincia tua utranque ſpeciem, decenti ordine ſervato, & omni offenſione vitata, quae oriri poſſit inter communicantes ſub utraque, & ſub una tantum ſpecie, miniſtrare poſſint, illam ex devotionis fervore petentibus: dummodo ii, qui illam petierint, cum ſancta romana eccleſia communionem habeant, & cum caeteris in rebus fidem ejus doctrinamque ſequantur, tum hoc quoque confiteantur, profiteantur & credant, in ſanctiſſimo euchariſtiae ſacramento tam ſub una quam ſub utraque ſpecie verum & integrum Chriſti corpus eſſe, nec romanam eccleſiam erraſſe, aut errare, quae, exceptis duntaxat ſacerdotibus celebrantibus, caeteros tam clericos quam laicos ſub ſpecie tantum panis communicat; & praeterea contriti ac confeſſi, munere ſacramentalis abſolutionis accepto, ad ipſam ſub utraque ſpecie communionem ſumendam accedant. Ut vero etiam lapſis, ſi ad gremium matris eccleſiae redire voluerint, remiſſo rigore canonum, conſulamus, permittimus, ut, ſi vere & ex animo reſipiſcant, erroreſque & haereſes, in quibus fuerint, apud te vel ſubdelegatos abs te deteſtentur, abjuratio eis ſecreta ſufficiat, injuncta tamen eis poenitentia ſalutari (niſi magis, eam abjurationem publice fieri expedire, tibi ipſiſve ſubdelegatis viſum fuerit; quod arbitrio veſtro relinquimus); atque ita ab omnibus poenis, cenſuris & ſententiis, in quas propter haereſis crimen incurrerint, abſoluti, & fidelium unitati ac ſacramentis eccleſiae reſtituti, ipſi quoque ad communionem ſub utraque ſpecie admitti poſſint. Illud fraternitatem tuam monemus, & diligenter curare volumus ac mandamus, ut confeſſores & ſacerdotes, abs te illiſve, quibus tu hanc poteſtatem ſubdelegabis, eligendi & deputandi, in concionibus & hortationibus ſuis ſedulo populum, ſub utraque ſpecie communicaturum, doceant, adhortentur ac moneant, ut integrum Chriſtum, ſicut diximus, tam ſub una quam ſub utraque ſpecie contineri, fideliter credat, confiteatur & teneat. Dat. Romae apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris die XVI. *aprilis* MDLXIV. *Pontificatus noſtri anno quinto.*

Ant. Florebellus Lavellinus.

Eo, qui proxime conſequutus eſt, anno, Carolus, Ferdinandi filius, archidux Auſtriae, eamdem calicis ſuis populis praebendi facultatem ab eodem Pio IV. petiit & impetravit. de qua re ſunt hae ejuſdem Pii litterae.

Dilectis filiis vicariis ſeu officialibus venerabilis fratris noſtri patriarchae aquilejenſis per Carinthiam, Stiriam, Carniolam, & alia loca ſub dominio temporali nobilis viri Caroli archiducis Auſtriae conſtitutis.

Dilecti filii ſalutem &c. Dilectus filius, nobilis vir, Carolus, archidux Auſtriae, chariſſimi in Chriſto filii noſtri Maximiliani, romanorum imperatoris electi, frater, exponi nobis diligentiſſime fecit ingens deſiderium, quo plurimi in Carinthiae & Stiriae regionibus, ac aliis locis ditionis ſuae tenentur ſacrae communionis ſub utraque ſpecie percipiendae, vehementerque nos oravit, & enixe inſtitit, ut, quoniam ſacroſancta tridentina ſynodus rejiciendum ad nos eſſe decrevit negocium de uſu ſacri calicis, alicujus nationis vel regni populis concedendo, quo nos id conſilium caperemus, quod animabus ipſum calicem petentium ſalutare futurum eſſe judicaremus; idemque princeps meminit, ſatisfeciſſe nos hac eadem de re deſiderio piae memoriae Ferdinandi, romanorum imperatoris electi, patris ſui, vellemus hoc quoque ſubjectis ſuis illarum

ut ſit diuturnum, ego certe Deum precor. quod ſi contra

eum partium & locorum dare atque concedere, ne tantus Chriſti fidelium numerus, propter denegatum ſibi calicis uſum, pereat, quos ſperandum ſit, hoc impetrato, in eccleſiae catholicae unitate manſuros, atque etiam fortaſſe non paucos de iis, qui ab ea receſſerunt, ad ejus gremium reverſuros. Quo periculo nos vehementer commoti, etſi optaremus, antiquum potius eccleſiae ritum ab omnibus obſervari, tamen multorum infirmitati ſubvenire paternae charitatis viſceribus cupientes, ne unquam de nobis dici poſſit, tot pereuntes animas a nobis neglectas fuiſſe, & non feciſſe nos quicquid potuerimus, quo nutantes confirmaremus, lapſos erigeremus, errantes in ſalutis viam reduceremus, de veſtra fide, recto zelo, diligentiaque confiſi, vobis, ſi ita eſſe, & ſaluti animarum expedire cognoveritis (in quo conſcientiam veſtram oneramus), tenore praeſentium, de poteſtatis apoſtolicae plenitudine, facultatem damus atque concedimus eligendi & deputandi ſacerdotes, nulla cujuſquam haereſis ſuſpicione laborantes, ſed vere catholicos, qui in terris, oppidis & aliis locis ſub dominio quidem temporali ipſius Caroli archiducis, ad regimen autem ſpirituale venerabilis fratris noſtri patriarchae aquilejenſis pertinentibus, dummodo ſint extra Italiam, ſinguli veſtrum, in locis, in quibus ipſius patriarchae vices geritis, quae tamen non ſint in venetorum dominio vel tenuta, utramque ſpeciem, decenti ordine ſervato, & diligenter omni offenſione ac contentione vitata, quae oriri poſſet inter communicantes ſub utraque, & ſub una tantum ſpecie, miniſtrare poſſint, illam ex devotionis fervore petentibus; dummodo ii, qui eam petierint, cum ſancta romana eccleſia communionem habeant, & cum caeteris in rebus fidem ejus doctrinamque ſequantur, tum hoc quoque confiteantur, profiteantur & credant, in ſanctiſſimo euchariſtiae ſacramento tam ſub una quam ſub utraque ſpecie verum & integrum Chriſti corpus eſſe, nec romanam eccleſiam erraſſe aut errare, quae, exceptis duntaxat ſacerdotibus celebrantibus, caeteros tam clericos quam laicos ſub ſpecie tantum panis communicat; & praeterea contriti ac confeſſi, munere ſacerdotalis abſolutionis accepto, ad ipſam ſub utraque ſpecie communionem ſumendam accedant. Vt vero etiam lapſis, ſi ad gremium matris eccleſiae redire voluerint, remiſſo rigore canonum, conſulamus, permittimus, ut, ſi vere & ex animo reſipiſcant, erroreſque & haereſes, in quibus fuerint, apud vos deteſtentur, abjuratio eis ſecreta ſufficiat, injuncta tamen eis poenitentia ſalutari (niſi eam abjurationem publice fieri magis expedire vobis viſum fuerit; quod arbitrio veſtro relinquimus); atque ita ab omnibus poenis, cenſuris & ſententiis, in quas propter haereſis crimen incurrerint, abſoluti, & fidelium unitati ac ſacramentis eccleſiae reſtituti, ipſi quoque ad communionem ſub utraque ſpecie admitti poſſint. Illud vos monemus, & diligenter curare volumus ac mandamus, ut confeſſores & ſacerdotes, a vobis eligendi & deputandi, in concionibus & hortationibus ſuis ſedulo populum, ſub utraque ſpecie communicaturum, doceant, adhortentur, &, quoties ſacram communionem hoc modo miniſtraturi fuerint, toties eam ſumpturos moneant, ut integrum Chriſtum, ſicut diximus, tam ſub una quam ſub utraque ſpecie contineri, fideliter credant, confiteantur & teneant. Mandamus praeterea & diſtricte praecipimus, ut has conceſſionis noſtrae literas, fideliter in vulgarem ſermonem de verbo ad verbum tranſlatas, ſimul cum ipſa interpretatione, in ſuo quiſque veſtrum loco, ubi reſidet, adhibitis & praeſentibus duobus de ſocietate Jeſu ſacerdotibus, ubi adhiberi poterunt, vel ali-

Digitized by Google

aliquibus aliis religioſis & catholicis viris, publice & ſolenniter recitandas curetis, & non aliter recitare ſeu recitari eas facere praeſumatis. Volumus enim ad omnium notitiam pervenire conditiones, in ipſis literis appoſitas, ut unuſquiſque eorum, qui ſub utraque ſpecie communicare voluerint, quid obſervare debeat, non ignoret. Dat. Romae apud S. Marcum ſub annulo piſcatoris die XXIV. *ſeptembris* MDLXV. *Pontificatus noſtri anno ſexto.*

Videntur ſupradicta concedenda, ſi eo modo, quo jacent, inviolabiliter obſerventur.

Clemens card. Aracaeli.

Ludovicus card. Simoneta.

Ant. Floribellus Lavellinus.

Perlatum autem in Germaniam Pii pontificis ſuperius illud diploma, non multo poſt promulgatum fuit; ab eoque conceſſa facultate uti illi populi coeperunt. *Optimi principes* (inquit Balbinius libro V. *Epitomes rerum bohemicarum* cap. 10.) *Carolus V. & Ferdinandus I. urgere nunquam deſierunt, impetravitque Ferdinandus I. (quod Viennae in templo S. Stephani an. 1564. die dominica poſt S. Viti feſtum* (hoc eſt die 18. menſis junii), *Pragae vero 21. junii, per archiepiſcopi pragenſis Antonii decretum, publicatum eſt), ut omnibus in regno Bohemiae, caeteriſque provinciis viciniis auſtriacorum principum, liceret catholicis ſub utraque ſpecie eucharistiam ſumere. Meminere ſenes, ex ſocietate quoque noſtra patres in ſacello S. Annae (in templo S. Clementis) populo catholico ſub utraque ſpecie eucharistiam ſolitos aliquandiu porrigere; ut olim narrantes audivi.*

Quam vero non ſine cauſa de hujus facultatis, illis gentibus conceſſae, exitu ipſe ille Pius IV. qui eam conceſſit, anceps ac ſollicitus in concedenda fuerit, res ipſa declaravit. id enim evenit, quod eventurum Caniſius in ſuis ad Hoſium litteris, die 21. apr. an. 1563. Oeniponto Tridentum datis, tanto ante praedixerat. *Quo diutius*, inquit, *in Germania verſor, quo plura etiam lego, audio & obſervo, quod ad rem tantam, nimiumque decantatam pertineat, eo magis confirmor in hac ſententia, quam mihi cum cordatiſſimis & chriſtianiſſimis in Germania viris communem eſſe ſcio, plus nimirum incommodi & periculi accerſiri conceſſione calicis, quam recuſatione .... Video in primis, epiſcopos germanos, ſi rogati dicent quod ſentiunt, ut ſaepe dixerunt, ab uſu calicis recipiendo ut plurimum abhorrere. Animadverto, paſtores & doctores paſſim imperitiores eſſe, quam ut populum de novo illo ritu communicandi, quemadmodum par eſſet; inſtruant. Intelligo, radices errorum in animis popularibus altius haerere & firmius, quam ut concilii vel pontificis ſarculo amputari & extirpari poſſint. Judico, irritum fore conatum, & bonam hominum partem prorſus repudiaturam id, ſi quod offerretur, beneficii, cum proponentur conditiones, neceſſario praeſcribendae & exigendae, ſi uſus calicis debeat laicis ſalutaris eſſe. Certo mihi videre videor ingentem animorum in catholica parte diſtractionem & offenſionem; neque minorem in adverſaria parte profanationem, & adverſus catholicos aut unius ſpeciei amantes inſultationem confidentiſſimam fore proſpicio. Verſatur ob oculos, citra diſcrimen ad altare ſanctum oves & haedos admitti, nulloque prorſus ſymbolo ſectarios a catholicis palam internoſci poſſe. Praevideo multiplex periculum, ſi hac ex parte ſemel irruptio fiat in limites & aggeres, quos circumdedit Chriſtus eccleſiae ſuae. Horreo, cogitans, aperiri viam novationibus, effuſionibus, profanationibus; quae cauſam non minimam dederunt, ut tot ſaeculis voluerint & debuerint laici panis tantum ſpecie eſſe contenti. Non dubito, multas & graves haereſes, ſi calix porrigatur, confirmatum ſimul & introductum iri. Quid multis? Ita mihi perſuadeo, deteriores germanos hac nova conceſſione fieri poſſe, meliores reddi non poſſe, ſive catholicos, ſive ſectarios, ſive ad novandam religionem proclives con-*

evenerit, item precabor, ut ea res & permittentibus, & iis, quibus

conſideremus. Ex mille, qui calicem tantopere urgent, vix unum reperiemus, qui ſe in reliquis cum eccleſia romana ſentire & ſtare velle profiteatur. &c.

Haec atque alia, in iiſdem Caniſii litteris commemorata ac multum deplorata incommoda, ſtatim, poſt illam a Pio IV. invito ac repugnante conceſſam, ſive potius vanis ingentium periculorum denunciationibus, falſiſque meliorum rerum pollicitationibus extortam, calicis vulgo hominibus praebendi facultatem, emergere in rem catholicam, & in illas ipſas gentes, quibus conceſſa fuerat, redundare coeperunt. cujus rei locupletiſſimos aliquot teſtes, illorum temporum aequales, dabo. Cardinalis noſter Truchſeſius in litteris, ad Hoſium die 20.nov.an.1564. Dilinga in Poloniam datis, *De uſu*, inquit, *calicis, cujus fructum a me dominatio veſtra reverendiſs. pernoſcere cupit, ex optimi viri Caniſii literis, qui Dilingam nuper venit, & hac de re diffuſius ſe ſcripturum recepit, copioſe dominatio veſtra reverendiſs. accipiet. Ego neque a ſummo pontifice, ut calicem concederem, ſum admonitus, neque, ſi admonear, illum concedere mihi certum eſt, priuſquam ſuam ſanctitatem humiliter iterum atque iterum doceam, quantum mali potius quam boni ea ex re ſperandum ſit .... Dux Bavariae, cum quo, ut dixi, nuper fui, nihil mihi ſe mandaturum, ut in Bavaria calicem concedam, ſerio affirmavit. nam, qui malorum, quibus affligitur, olim hoc remedium fore ſperabat, nunc, cum illius adminiſtrationem in ſua provincia concedendi facultatem habeat, ſententiam immutavit; & neque concedit, neque ſe conceſſurum, prae ſe fert.* Caniſius in litteris, ad eumdem Hoſium die 18.jan.an.1565. Auguſta datis, *Vere nunc*, inquit, *calix factus eſt lapis offenſionis, & petra ſcandali, ut in eo revelentur multorum cordium cogitationes. Nihil adhuc mutavit* Bavaria: *nihil etiam alios epiſcopos tentare audio. Sic interim probantur electi, & magis magiſque manifeſtantur, qui ſupra petram fundati ſunt.* Cardinalis Commendonus in litteris, ad card. Borromaeum die 6. jun. an.1565. Petricovia datis, *L'uſo*, inquit, *già conceduto del calice, per quanto qui s'intende eſſer occorſo ne le provincie circonvicine, ha nociuto molto più, che giovato. anzi ſi ſcrive da più bande, che ne ſono ſeguiti di molti & importanti ſcandali & diſordini, non ſi eſſendo oſſervate le conditioni, ſapientemente preſcritte da ſua ſantità. Io qui ho fatto ogni opera, acciochè il rè non ſi laſciaſſe condurre a fare uno ſimile dimanda; a la quale però molti, come V. S. illuſtriſs. sà, lo conſigliavano & ſtimulavano. La non s'è fatta: ma è da temere, che l'eſempio d'Auſtria & di Boemia ſia per condurre di nuovo in campo tali penſieri & richieſte in queſto regno.* Iterum idem Commendonus in litteris, ad card. Reomanium die 22. mart. an.1566. Romam Auguſta datis, *A la più parte*, inquit, *de' ſignori, che qui ſi ritrovano, ho già preſentati i brevi di noſtro ſignore. Fra gli altri l'arciveſcovo di Salzpurg ha ricevuto il ſuo con molta riverentia, & in conformità di quanto ſua ſignoria mi haveva già detto uno di queſti dì, che venne ad offerirmiſi prontiſſimo di ſervire Dio & ſua beatitudine, mi ha hora di nuovo affermato, che non reſtarà di far l'officio & debito ſuo così nella ſua chieſa, come ne la preſente dieta in tutto quello, che potrà, con metterci ancho, quando foſſe biſogno, il proprio ſangue. & con queſta occaſione è intrato a narrare diffuſamente le fatiche, che ha nel governo de la ſua dioceſi, per la molta infettione, che è ne l'Auſtria, & ne la Carinthia & Stiria. tantochè, ſe da la parte de la Baviera & del contado di Tirolo, ch'è de l'arciduca Ferdinando, non foſſe alquanto ſollevato & diffeſo,*

ſcſo, non potria purè reprimere i ſuoi proprii vaſſalli, doppo la conceſſione del calice fatti così inſolenti, che non vogliono più nè meſſa, nè preti, nè communione alcuna per mano de' preti. Sopra tutto ſi duole, che, havendo lui preveduto tutto queſto diſordine, non ſia ſtato in poter ſuo il ripararvi ne la ſua provincia; dove è ſtata publicata la conceſſione da uno de' ſuoi ſuffraganei, che è il veſcovo Gurzenſe, ſenza ſaputa ſua, dui meſi prima, che ad eſſo arciveſcova foſſe mandato il ſuo breve: di modo che, ſe bene ſua ſignoria non l'haveſſe voluto publicare, poco giovava: & che così fu coſtretto fare quello, che non voleva, non potendo tener la piena: & hora ſente ogni dì più il danno, che ha portato & porta. Il medeſimo mi ha detto il duca di Baviera, & narra, come ne la Baviera inferiore, dove è ſtata publicata la conceſſione del calice (perchè ne la ſuperiore ſua eccellenza non ha voluto, che ſi publichi) gran parte de' ſuoi ſudditi non la vogliono uſare in modo alcuno ſotto le conditioni preſcritte da ſua ſantità, le quali il duca voleva & vuole, che in ogni modo ſi oſſervino. onde coſtoro, più toſto che oſſervarle, ſi aſtengono da ogni communione. &c.

Hiſce tot tantiſque tamquam vulneribus, religioni ex illa calicis conceſſione, etſi praeter opinionem ac valde contra voluntatem concedentis, impoſitis, medesi Pius V. volens, eam, quinto poſt initum pontificatum, menſe, in Caroli, archiducis Auſtriae, provinciis ratam eſſe ac diutius valere non ſivit. itaque binas abrogationis litteras dedit, alteras ad patriarcham aquilejenſem die 8. jun. 1566. alteras ad ipſum Carolum archiducem proxime ſequenti die; quas, in pontificum romanorum, quae appellant, *Bullariis* praetermiſſas, ex manuſcriptis Gratiani apud me collectaneis depromo.

Venerabili fratri Joanni patriarchae aquilejenſi.

Pius PP. V.

Venerabilis frater ſalutem &c. Nequaquam novum aut inſolitum eſt, ea quae a romanis pontificibus propter ſpem alicujus commodi bona mente conceſſa fuerunt, ſi tempus & res ipſa ita ſuaſerit, revocari; praeſertim ſi ea vel nondum in uſum adducta ſint, vel praeſcripta ab eis forma non fuerit obſervata. Meminit fraternitas tua, permiſiſſe fel. record. Pium PP. quartum, praedeceſſorem noſtrum, vicariis ſeu officialibus tuis, per Carinthiam, Stiriam, Carniolam & alia loca ſub dominio temporali dilecti filii, nobilis viri, Caroli, archiducis Auſtriae, conſtitutis, per literas in forma Brevis datas apud S. Marcum die XXIIII. *ſeptembris* MDLXV. *anno pontificatus ſui ſexto, ut, ſi ſaluti animarum ita expedire cognoviſſent, in terris, oppidis & aliis locis ſub ditione ipſius archiducis, in quibus vices tuas gererent, liceret iis deligere ac deputare catholicos ſacerdotes, qui poſſent ſacram communionem ſub utraque ſpecie miniſtrare illam ex devotionis fervore petentibus, quibuſdam conditionibus adjectis, quae in ipſis literis exprimuntur, quas diligentiſſime obſervari praeceperat. quam quidem licentiam ita dederat, ut tamen teſtificaretur, optari a ſe, ut potius antiquus eccleſiae ritus ab omnibus obſervaretur. Quia vero nobis compertum eſt, qui illam praedeceſſoris noſtri conceſſionem efflagitaverint, non obſervare conditiones, in ea praeſcriptas, ſed illa abuti, non ſine maximo catholicorum ſcandalo, iccirco nos decori religionis & uſui tam admirabilis ac venerabilis ſacramenti conſulere, atque illi ſcandala obviam ire cupientes, tenore praeſentium fraternitati tuae diſtricte mandamus, & in virtute ſanctae obedientiae praecipimus, ut in ſupradictis provinciis & locis, ad tuum ſpirituale regimen pertinentibus, in quibus vel mos ille communionis ſub utraque ſpecie nondum introductus eſt, vel, ſi introductus fuit, neglectae fuerunt conditiones, a praedeceſſore noſtro tantopere requiſitae, priſtinum & veterem a ſancta eccleſia catholica per tot ſaecula*

quibus permittetur, ſit ſalutaris. Adoleſcentem hunc, quem, tibi

la obſervatum ritum ſacrae communionis ſub panis tantum ſpecie miniſtrandae, auctoritate noſtra jubeas & cures ab omnibus obſervari, perinde ac ſi illae praedeceſſoris noſtri literae nunquam emanaſſent: ipſiſque vicariis & officialibus ſub excommunicationis latae ſententiae, privationis beneficiorum, & aliis, quibus viſum fuerit, poenis interdicas & vetes, ne cuiquam ſacerdoti talem licentiam permittere audeant, & quibuſcunque jam dederint, eam auctoritate noſtra revocent. Nos enim eas praedeceſſoris noſtri literas, quod attinet ad loca, in quibus, ut diximus, vel effectum nondum ſortitae ſunt, vel eorum fuit forma neglecta, irritas eſſe decernimus, & tenore praeſentium revocamus. Dat. Romae apud S. Petrum die VIII. junii MDLXVI. Pontificatus noſtri anno primo.

Dilecto filio, nobili viro, Carolo archiduci Auſtriae.

Pius PP. V.

Dilecte fili, nobilis vir, ſalutem &c. Romani pontifices quaedam interdum bona mente concedunt, certis conditionibus adjectis, quae rerum eventus poſtea inutiliter conceſſa fuiſſe oſtendit, & meliori conſilio ab eorum ſucceſſoribus revocari oportere docet: cum praeſertim ob conditiones, minime ſervatas, ex illis conceſſionibus aliquod ſcandalum redundare contingit, quod ſi ipſi praedeceſſores proſpexiſſent, futurum fuit, ut ſuae ipſoſmet indulgentiae poeniteret. ſicuti contigiſſe cognovimus de communione ſub utraque ſpecie, quae a fel. record. Pio papa IV. praedeceſſore noſtro, infirmitati nonnullorum ſubvenire volente, & ſperante, ea ratione nonnullos ad eccleſiae gremium reductum iri, qui a catholica fide receſſerant, in civitatibus, oppidis & locis Carinthiae, Stiriae, Carnioiae & aliis ditionis tuae locis extra Italiam conceſſa fuerat; quam quidem ita demum miniſtrari permiſerat ex devotionis tam fervore petentibus, ſi quaſdam conditiones, in literis ejus diligenter expreſſas, ſincere & fideliter obſervaſſent. ex qua conceſſione cum nobis compertum ſit, non modo nullum fuiſſe commodum conſecutum, ſed catholicos omnes non mediocriter offenſos fuiſſe, huic ſcandalo obviam ire, pro paſtorali officio, cupientes, & eccleſiae decori conſilio ſalubriore proſpicere, ſatis ſcientes, ipſum quoque praedeceſſorem id optaſſe, ut antiquum potius eccleſiae inſtitutum ab omnibus ſervaretur, venerabili fratri patriarchae aquilejenſi diſtricte mandavimus, ut in eis, quas diximus, provinciis & locis, quatenus ad ejus regimen in ſpiritualibus pertinent, ubi vel is uſus communionis ſub utraque ſpecie nondum introductus eſt, vel ita introductus fuit, ut obſervatae non fuerint conditiones, a praedeceſſore noſtro tantopere requiſitae, priſtinum & veterem a ſancta eccleſia catholica per tot ſaecula obſervatum ritum ſacrae communionis, ſub panis tantum ſpecie miniſtrandae, auctoritate noſtra jubeat & curet ab omnibus obſervari, perinde ac ſi illae praedeceſſoris noſtri literae nunquam emanaſſent, quas juſtis de cauſis eſſe duximus revocandas. Quocirca nobilitatem tuam, quem, ut catholicum principem & devotum eccleſiae filium, non dubitamus hanc revocationem noſtram boni conſulturum eſſe, & tanto de re judicio noſtro acquieturum; qui mature, quid expediat & quid deceat, expendimus, quique officii noſtri rationem Deo reddere debemus, hortamur in domino & vehementer requirimus, ut ad illas noſtras literas exequendas patriarchae aquilejenſi auxilium ſuum, quotieſcunque & ubicunque opus fuerit, propenſe impendat, & a miniſtris ac magiſtratibus locorum ſuorum jubeat ipſius vicariis & officialibus ſine recuſatione praeſtari. quo nihil nobis gratius, nec ſe dignius facere poterit. Dat. Romae apud S. Petrum, die IX. junii

tibi probatum, tantopere mihi commendas, quacunque re potero,

junii MDLXVI. *Pontificatus noſtri anno primo.*

Cur autem non, ut Caroli archiducis, ſic item Maximiliani caeſaris provinciis uſum calicis Pius V. lata lege interdixerit, nihil habeo certi dicere. ſuſpicor, ſapientiſſimum pontificem non putaſſe, feroces ac ſaucios illorum populorum animos ullo ejuſmodi interdicto eſſe irritandos, atque a ſacris catholicis magis magiſque abalienandos: quum praeſertim nonnulla illi major utilitatis alicujus ſpes in Bohemia, ſi uſum illum manere frequentarique ſineret, oſtentaretur. Gratiani collectanea illa, quae ſupra ſignificavi, pervolutans, incidi in ſcriptum quoddam, quod, ſi ad Pii V. pontificatus tempora, quemadmodum valde mihi quidem credibile eſt, pertinet, minime temere me id ſuſpicatum eſſe, confirmat. videtur autem Pius, de uſu illo in caeſaris quoque provinciis abrogando cogitans, voluiſſe prius, quid ex eo commodi ſive incommodi conſecutum eſſet, & num qua ſaltem alicujus commodi ſpes in poſterum affulgeret, certo cognoſcere, ejuſque rei cauſa gravium virorum, qui rem ſcire poſſent, teſtificationes atque ſententias exquiſiſſe, ſive per ſuos nuncios ac legatos exquiri feciſſe. aditum quoque ad ſocietatis noſtrae homines, illius tum rei tum ſpei cognoſcendae cauſa, fuiſſe, id ipſum ſcriptum oſtendit; quod jam profero.

Quis fructus ſit conſecutus ex conceſſione calicis, vel qui ſperetur: & an conditiones apoſtolicae, poſitae in conceſſione, ſerventur.

Neque nobis conſtat de veritate, quam requirit utraque pars hujus articuli. In eccleſiis quidem collegiorum noſtrorum viennenſis & pragenſis exiguum hactenus fructum ex conceſſione calicis collectum novimus. quid autem in aliis templis factum ſit, affirmare non audemus: licet fama ſit communis, nihil melioris frugis indulgentiam calicis eccleſiaſticae paci attuliſſe: licet fortaſſe id dicatur propter ſeditionem apud cives tirnovienſes in Hungaria, occaſione publicati calicis, nuper exortam.

Quod autem ad ſecundam quaeſtionem ejuſdem articuli ſpectat, nihil etiam habemus compertum. verumtamen, ſi quis, generatim loquendo, penitus introſpiciat conditionem gentis pro hoc ſtatu rerum, & ſimul ruditatem ac inſcitiam, ut non dicam proterviam malitiamve, miniſtrorum eccleſiae, parum licebit ſperare de obſervatione conditionum appoſitarum & requiſitarum in brevi apoſtolico. Deus opt. max. utrorumque caecitatem luce ſuae gratiae amoveat, & diſſidentes in religione populos in concordiam reducat.

Caeterum non deeſt cauſa ſperandi majorem fructum ex conceſſione uſus calicis in Bohemis, quam in alia qualibet natione. aut enim extra Bohemiam qui nunc utuntur calice ſunt catholici (ſi tamen alicubi ſint catholici poſt conceſſionem calicis ſub utraque ſpecie communicantes) (hoc videtur dicere, idque intelligi velle, ſibi non conſtare, an quiſquam, qui vere catholicus eſſet, indulgentia illa calicis uſquam uſus eſſet), *aut haeretici, circa doctrinam hujus ſacramenti & myſteriorum aliorum catholicae religionis errantes. atqui illi, qui jam catholica fide rite ſunt initiati, non plus recipiunt fructus ſpiritualis nunc, ſumentes venerabile ſacramentum ſub utraque ſpecie, quam prius faciebant ſub altera. & hoc credere & confiteri debent ipſi, ſi re & nomine catholici eſſe volunt. Quos vero jam ſecundo loco poſuimus, quis dubitat, ad judicium & damnationem ex calice nunc etiam omnes bibere, nedum ex eo fructum aliquem referre ſpiritualem? ſed fortaſſe aliquis meliori ſpe ductus exiſtimabit, fructum copioſum in illis excitari aut provenire, qui ex haereſi aut veniunt aut*

ro, juvabo; faciamque, ut intelligat (*b*), neminem apud me *b*
plus valere auctoritate, quam te ipſum. cui quod dediſti teſtimo-

aut redeunt ad gremium eccleſiae romanae propter indulgentiam calicis. Verum de fructu iſtiuſmodi parum hactenus audiri contigit a uobis: quin potius a viris fide dignis relatum novimus (quod a vero non abhorret), nonnullos ex catholicis, praetextu conceſſi calicis, in caſtra huſſitarum ſubinde concedere. neque enim putamus, ex tali pharmaco ſeu poculo homines, in fide corruptos, poſſe ſanari, niſi accedant prius alia praeſtantiora remedia, magiſque illorum morbis conſentanea: quae a ſapientibus demonſtrari poſſunt.

At vero communis ratio, quae favet reductioni & unioni huſſitarum, ut, tanquam unius corporis membra, idem cum catholicis dicant & ſapiant omnes, haec eſt, quod in ritibus & caeremoniis eccleſiaſticis non ita diſcrepant ab eccleſia catholica, ſicut faciunt alii populi, qui, a lutheranis aliiſque ſectariis decepti, ab obedientia romanae ſedis ſeſe ſubtraxerunt: quanquam & Bohemi nunc paſſim ab haereticis paſtoribus ſive concionatoribus in varias traducuntur ſectas: quo fit, ut eorum reductio in dies evadat difficilior. cui tamen rei duo media videbantur facilitatem afferre, conceſſio, inquam, uſus calicis, & reparatio pragenſis epiſcopatus. ex priori ſiquidem medio patere quodammodo videbatur catholicis ſacerdotibus ingreſſus in templa huſſitarum, quibuſcum uſſas erat antea in ſacris communicare; ſicut illi viceverſa, ob diverſum ritum communicandi, velut primarium quoddam diſcordiae ſymbolum, catholicos excludebant ſacerdotes. ex altero autem medio vires catholicorum, qui prius erant velut acephali, invaleſcere confortarique videbantur, ſuccisis quadammoda huſſitarum nervis. Reliquum, quod fortaſſe fuit, deſideratur. De ſuperiore autem dicto illo *& hoc credere & confiteri debent ipſi, ſi re & nomine catholici eſſe volunt*, quid ſentiat card. Bellarminius, vide in ejus libro IV. *de Eucharistia* cap. 23.

Ergo, ut ad priora me referam, &, quod reliquum hujus argumenti eſt, abſolvam, in Maximiliani caeſaris provinciis, ob ſpem fortaſſe alicujus utilitatis illam, nullo Pii V. aut vero caeterorum, qui poſt fuerunt, romanorum pontificum interdicto uſus calicis ſublatus eſt: ſed eorum, quibus ejus praebendi ac miniſtrandi ſive per ſe ſive per alios, a ſe deligendos, facultas a Pio IV. conceſſa fuerat, epiſcoporum deinceps obitu, ſenſim evanuit. *Per altro*, inquit Pallavicinius libro XXIV. *Hiſt. concil. trid.* c. 12. n. 8. *sì come il miglioramento, così l'effetto ancor della conceſſione non paſſò più avanti. onde nel pontificato di Gregorio decimoterzo, e poſcia in quello di Siſto quinto, accadde, che, venuti a morte alcuni di que' veſcovi, a cui da Pio n'era delegata la facoltà, fu dubitato, s'ella intendevaſi data al grado, e però durevole ne' ſucceſſori, o alle perſone, e però ſpirante con la lor vita: e il ſecondo fu giudicato eſſer vero; e così non haver l'uſo lecito della grazia ſe non que' ſacerdoti, a' quali già l'haveſſer comunicata i ſudetti veſcovi innanzi lor fine. Tale fu il riuſcimento di quella lunghiſſima e famoſiſſima inchieſta; il quale inſegnò, quanto inganniuo le ſperanze de' gran beni, pronoſticati nel ricercar da Roma certe inuſitate diſpenſazioni.*

(*b*) *intelligas* exempl. & cod. vat. Emendavi ex cod. barber. nam in *Tabulario* eſt quidem *intelligat*, ſed ita, ut dubium ſit, ad adoleſcentem ne, an ad Hoſium referatur. ſic enim in eo legitur, *Adoleſcentem hunc, quem ſibi probatum tantopere mihi commendat amplitudo tua, quacunque re potero, juvabo; faciamque ut intelligat &c.*

ſtimonium religionis, tanti eſt, ut nihil ei ad laudem illuſtrius
i poſſit accidere. Vale. Roma. prid. Kal. nov. (*i*) M. D. LXII.

(*i*) Quod eodem die data ad Hoſium haec epiſtola, quo ſuperior, conſpiciatur, nullam mendi ſuſpicionem commovere debet. ſuperior enim cardinalis Sabelli tamquam nomine ſcripta eſt, haec proprio Truchſeſii.

LXXXIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Staniſlao Hoſio Card. Varmienſi.

7. nov. 1562. *Quaeſtiones quaſdam, tempori minus accommodatas, in concilio eſſe omittendas. De Culmenſium epiſcopi negocio.*

a QUaeſtiones de praeſtantia vel aequalitate (*a*) honoris ſacerdotum neque accommodatae ſunt tempori, neque mihi videntur a pietate ortum habere. quod ſi licuit olim, vel ſi non alienum fuit ſummis viris quaedam vocare in dubium,

(*a*) *aequitate* exempl. Emendavi ex cod. vat. Id autem per haec tempora agitari in concilio coepiſſe, utrum ſcilicet epiſcopi presbyteris dignitate praeſtarent, an eſſent inter ſe aequales, ex hac legatorum ad card. Borromaeum litterarum particula, die hujus menſis primo datarum, intelligimus: *Vennero parecchi prelati ſpagnuoli a farci chiedere audienza; &, eſſendo ſtati introdotti, ci diſſero in ſoſtanza, ch'erano venuti per domandarci giuſtitia; la quale era, che ſi dichiaraſſe dalla ſinodo, Epiſcopos eſſe de jure divino inſtitutos, & presbyteris ſuperiores: che eſſendo queſta propoſitione in ſe ſteſſa vera, & per tal concluſa & ridotta in canoni in queſto medemo concilio al tempo del cardinal Creſcentio, benchè non foſſe poi publicato in ſeſſione per li tumulti ſopravenuti della guerra, non ſi doveva hora, che n'era venuto il tempo & l'occaſione, laſciare di dichiarare queſta verità: ſoggiongendoci, che ſe noi mancavamo loro di queſto, che chiedevano per giuſtitia, erano concertati inſieme & deliberati di non venire in congregatione, & di querelarſi di queſto torto, da noi ricevuto, & con ſua maeſtà & col reſto de' prencipi chriſtiani &c.* Animadvertendum heic obiter eſt, minus vere ab hiſpanis praeſulibus fuiſſe illa dicta de epiſcopis, divino jure inſtitutis, quaſi jam ante ea res a tridentinis patribus eſſet judicata. falſitatem ipſi concilii praeſides aliquot poſt diebus cognoverunt, & de ea card. Borromaeum die 9. novembris hiſce verbis monuerunt: *Sopra quel ſettimo canone dell'Ordine il veſcovo di Segovia diſſe di molta robba, & è ſtato da parecchi ſeguitato, & ſarà da molti più, per quei, che noi credemo, poichè a pena ſiamo alla metà, ſalvo ſe non giovaſſe quello, che hora voſtra illuſtriſs. ſignoria intenderà. Il fondamento più importante di queſti ſpagnuoli circa il volere, che nel detto canone ſi metteſſe, che l'inſtitutione delli veſcovi foſſe de jure divino, era il dar ad intendere, che, quando quì era legato il cardinale Creſcentio, fu così eſaminato, ſtabilito & concluſo dalli padri, quantunque non foſſe publicato in ſeſſione; & perciò*

bium, rebus poſtea vel ita explicatis, ut nullus relinquatur du-
bitandi locus, vel ſi (*b*) etiam aliquo modo dubiis, tamen, *b*
quid hoc tempore catholicus homo ſentire debeat, non eſt ob-
ſcurum, &, quid expediat, patet; quod (*c*) in deliberatione *c*
primum exiſtimo quaeri oportere. & vero (*d*) iſta non ſunt *d*
ejuſmodi. alia magis urgent, quae inutiliter (ut leviſſime di-
cam) differuntur. quanquam, ne iſti perturbationi veniant no-
vi adjutores (*e*), vereor. ſed res fortaſſe meliores exitus habe- *e*
bunt. quod ut optamus, ſic a Deo aſſiduis precibus petere de-
bemus. Epiſtolam tuam legi diligenter, germanice ſcriptam;
quae, ut antea ſcripſi (*f*), valde mihi probatur: ſed, qui eam *f*
converteret, potui adhuc invenire neminem. Borromaeus de
illa epiſtola (*g*) mecum nihil egit, credo equidem, ut ſcribis, *g*
propter occupationum magnitudinem. Cum de culmenſium epi-

perciò ci domandavano, che per giuſtitia lo voleſſimo far hora dichiarare. Ma noi havendo finalmente trovato il contrario negli atti proprii del concilio di quel tempo, che ſono in potere del Tileſio, havemo chiarito la ſinodo in congregatione generale, che non fu nè ſtabilito nè eſaminato dalli padri; &, che, quando Segovia dice havervi detta ſopra la ſua ſentenza, di che moſtra ſerbare una ſpeciale memoria, non erano ſtati ancora deputati i prelati a formare i canoni. La chiarezza di queſto punto, & l'haver diſingannato chi andava preſo al detto loro, potrebbe far mutare molti d'opinione. ma ſe queſto non è, tenemo, che ci sarà che fare, & tanto più, ſe i franceſi ſi uniſſero con loro. Atqui cardinalis ipſe Seripandus, antequam rei veritas plane comperta eſſet, epiſcopi ſegobienſis teſtimonio illo & vulgari fama deceptus, ita ad card. Amulium die octobris octavo ſcripſerat: *Dirò anco a V. S. illuſtriſs. che a tempo del cardinal Creſcentio bo. mem. nella dottrina del ſacramento dell'Ordine fu poſto, che gli veſcovi erano inſtituiti jure divino: & di più ſe n'era formato un canone con l'anathema. & già era concluſo, che ſi publicaſſe nella ſeſſione. ma ſopravenne la ſoſpenſion del concilio.*

(*b*) Et in his & in proxime ſequentibus aliquid ſive deeſſe, ſive perturbatum eſſe, ſic ut non ſatis oratio ſibi ipſa conſtet, mihi videtur. neque tamen meliora codex vaticanus ſuppeditat.

(*c*) *quid* exempl. Gratianus emendavit.

(*d*) *vere* exempl. Idem Gratianus emendavit.

(*e*) De gallis epiſcopis, quorum adventus erat in maxima exſpectatione, non ſine aliquo nonnullorum metu, haec dici, manifeſtum eſt. ſed res certe meliores exitus habuit, quam tum erat hominum aliquorum opinio.

(*f*) In litteris, quae ad nos pervenerunt, nihil tale ab eo ſcriptum video; nec, de qua epiſtola, germanice ſcripta, loquatur, ſcio.

(*g*) Significatur, opinor, epiſtola, a comite Delunio ad Hoſium Auguſta data, & ab Hoſio ad Borromaeum miſſa; qui quidem Borromaeus die 9. inſequentis decembris ita ad eumdem Hoſium ſcripſit: *Remitto ad reverendiſs. & illuſtriſs. dominationem veſtram litteras, quas ad eam dedit dominus comes a Luna, & Petrus Caniſius, lectas prius ſanctiſſimo domino noſtro, qui ſane libenter intellexit, quae ab illis dicuntur, & quae praeterea R. D. V. poſtremis ejus ad me litteris pluribus verbis ſcripſit.*

b i ſcopo retuli (*b*), feci id patroni (*i*) provinciae veſtrae nomine, k vel potius ejus, qui illius muneris erat vicarius (*k*), hortatu, quod ipſe munus per valetudinem obire non potuit. nihil prae- l terea, quod ad illam rem attineat, negotii habeo. nodus ille (*l*) de re culmenſium epiſcopi (ut proxime ad te ſcripſi) perdifficilis eſt, neque tamen deſperandus. itaque elaboramus, ut expediatur. ſtudium & diligentia non deeſt; & eſt in poſtulatione tua pondus. ſed multa afferuntur contra. agentur omnia, quo res impetretur; ſi non ſucceſſerit, nos humaniter fere- m mus. Perlatam ad te praeclaram Confeſſionem tuam (*m*), vehementer gaudeo. Vale, pater optime, mihique tuo & eccleſiae nomine chariſſime. Roma. VII. id. novembris. M.D.LXII.

(*b*) Vide epiſt. *Quod abeſt* d.10.oct. & epiſt. *Quas ad* d.31. ejuſdem menſis.

(*i*) Cardinalis Alexandri Farneſii.

(*k*) Cardinalis Sabellus.

(*l*) Qui fuerit is nodus, docet eadem illa epiſtola *Quas ad* his verbis: *ſed tertium habet difficultatem, ut illi permittatur, ut alieno tempore poſſit petentes ſacris initiare.*

(*m*) Significatur liber Hoſii inſcriptus, *Confeſſio catholicae fidei chriſtiana*, quem ad eumdem Hoſium Truchſeſius haud ita pridem remiſerat. Vide epiſt. *Ne mihi* d.17. ſuperioris menſis.

LXXXIV.

a Otho Truchſes Card. Auguſtanus Martino Cromero. (*a*)

14. nov. 1562. *Hortatur, ut epiſcopos, qui ad Franckfordienſem conventum eligendi regis Romanorum cauſa venerant, ad catholicae religionis tuendae ſtudium inflammet.*

ETSI nulla intermiſſio literarum quicquam detrahere poteſt de ſummo meo in te ſtudio ſingularique benevolentia, quod officium, eximio tuo in me amori praeſtantique religioni ac virtuti tuae debitum, aſſidue colo, frequenſque tui memo- b riam uſurpo cum Ticinio (*b*) noſtro, tamen tuae mihi gratiſſimae

(*a*) De Martino Cromero vide epiſt. *Tametſi ſtudium* d.2. mart.1560. Habebatur hoc tempore Franckfordiae ſacri romani imperii conventus, in quo, praeter acta caetera, Maximilianus, Ferdinandi I. imperatoris filius, romanorum rex die 24. hujus ejuſdem menſis renunciatus eſt. ad hunc conventum contulerat ſeſe Cromerus, Sigiſmundi, Poloniae regis, apud Ferdinandum imper. orator. eò ſe eum contuliſſe, ibique hoc ipſo tempore eſſe verſatum, Caniſii litterae, ad Hoſium die hujus menſis decimoquarto Auguſta datae, docent: *Etſi*, inquit, *nihil adhuc ad me miſit D.Cromerus, tamen illum Franckfordiae verſari, & celſitudinis tuae literas, ſemel atque iterum per me miſſas, accepiſſe, non poſſum addubitare.*

(*b*) De Georgio Ticinio ſaepe actum in ſuperioribus litteris eſt.

mae ſunt & jucundiſſimae literae; quarum & prudentiae & humanitati, vel in magno numero epiſtolarum, quae mihi ſaepe afferuntur, nullas antepono, ne comparo quidem. Ac mihi certe occaſio iſta ſermonis herbipolenſis (c) epiſcopi, optimi & humaniſſimi hominis, & moguntinenſis archiepiſcopi, lectiſſimi & ornatiſſimi viri, magnam attulit voluptatem; quod eos, quos ego amo merito ſuo, a quibuſque me amari, intelligo, valde laetor amicitiae, quae mihi tecum intercedit, eſſe conſcios. &, quoniam me locus admonet cujuſdam officii mei, quo libentiſſime uterer ipſe, ſi coram poſſem, peto a te, ut meas tu & tuas partes ſuſcipias in re, omnium maxima maximeque ſalutari. ſcio, te in iis, qui ſtudio ardent & amore catholicae fidei ac pietatis, eſſe facile principem: quantum conſilio, lingua, ſcri-

(c) Franckfordiam hic quoque epiſcopus, & reliqui ſacri romani imperii principes atqua electores, illius ejuſdem conventus cauſa, venerant. Gratianus, qui Commendonum, pontificis Pii IV. ad Germaniae principes concilii tridentini cauſa legatum an. 1561. comitatus fuerat, *Itentrariam* quoddam quaſdamque ephemeridas diligenter confecit, quas habeo apud me manu illius ſcriptas. ex iis ea, quae ad hos epiſcopos atque archiepiſcopos, qui in hac Truchſeſii epiſtola ſignificantur, cognoſcendos pertinent, promam. ac de herbipolitanorum quidem epiſcopo; *Virzpurg*, inquit, *ſi chiama in latino Herbipolis, che ſignifica città d'herbe. E' città epiſcopale aſſai grande & aſſai bene edificata... Vi ſi vive in tutto a la catholica, & ſi crede, che non vi ſia gran numero d'heretici. Vi ſono ultimamente ſtati condotti dal preſente veſcovo, con proviſione di 300. fiorini per uno (che in Germania è grandiſſima proviſione) tre profeſſori di lettere, che publice docent. E' la città in tutto ſottopoſta al veſcovo, il quale habita in una rocca molto forte & bella, fuoro de la città, ſopra un colle, che domina a la terra. Il veſcovo di queſta città ha il titolo di Duca di Franconia... Fu già grandiſſimo principe, & fra gli eccleſiaſtici non era chi haveſſe maggior ſignoria temporale; de la quale riteneva ancor tanto fin'al preceſſore di queſto, che dicono, che haveva circa 100. mila taleri d'intrata. ma ne la guerra, che moſſe il marcheſe Alberto a gli veſcovi, queſto ſpecialmente fece gran ſpeſa: onde impegnò gran parte de' beni, & può havere al preſente un 40. mila taleri d'intrata... Queſto veſcovo ha privilegio di celebrare armato. l'elettione del veſcovo è de' canonici, i quali è neceſſario, che ſieno nobili... Il preſente veſcovo ſi chiama Federico N. è perſona molto catholica & buona, ma molto vecchio & molto colerico. ha qualche letteratura &c.* De Moguntinorum vero archiepiſcopo, *Maguntia*, inquit, *nobil città & grande, poſto ſu la ripa del Rheno... La città è de l'arciveſcovo d'eſſa... è l'arciveſcovo di Maguntia elettore d'imperio, & archicancellieri in Germania... Il preſente arciveſcovo ſi chiama Daniel N. è perſona di aſſai buoni coſtumi, & in alcune coſe ſi è dimoſtrato aſſai catholico, come in plantare in Maguntia un collegio di Jeſuiti, che ajutaranno aſſai quella città, già quaſi tutto infetta. Ma in ſi gran famiglia, che tiene, non ha due o tre, che non ſiono eſpreſſamente heretici, & quelli, che ſono di più autorità, ſono peggiori. & egli o non conoſce queſta ſua miſeria, o non la cura. E' giovane di circa 35. anni.*

Digitized by Google

ſcriptis excellas, non ignoro; ac de egregiis iſtis tuis laudibus & cum pontifice max. & cum reliquis principibus, qui te & diligunt & maximi faciunt, ſaepe ſum locutus. quare, etſi mihi dubium non eſt, quin illa propugnacula & lumina catholicae religionis, moguntinenſis, inquam, treverenſis (*d*), & colonienſis (*e*) antiſtites futuri ſint acerrimi ſuique ſimillimi (*f*) in tuenda ac defendenda catholicae fidei dignitate, tamen rogo te, eos ut inflammatos magis incendas. nititur enim, cum a divino praeſidio diſceſſeris, potiſſimum illorum virtute atque conſtantia ſpes germanicae religionis & ſalutis. incitabis igitur, mi Cromere, currentes, tuamque in eo munere ſapientiam & eloquentiam, quibus vales plurimum, expromes. audimus enim, haereticos incumbere ad voluntatem mutandae ejus jurisjurandi formulae,

(*d*) De treverenſium, ſive trevirenſium (licet enim utroque modo dicere) archiepiſcopo Gratianus in eodem *Itinerario* agens, *Treveri*, inquit, *città ſopra la Moſella . . . è talmente antica, che dicono gli habitatori, anzi ſi trava ſcritto in libri vecchi, ſcritti a mano, eſſere ſtata edificata da Trebeta, primo figliuolo di Nino, rè de gli Aſſirii . . . . E' ſuddita de l'arciveſcovo d'eſſa. Vero è, che hora ſubornata da heretici, pretende molti privilegij di libertà, & alcuni ancora ne gode . . . L'arciveſcovo è eletto da gli canonici de la chieſa cathedrale, non però da tutti, ma da 24. ſoli, che riſiedono, & ſi chiamano Capitolari . . . E' elettore d'Imperio, & archicancellieri in Francia de l'Imperio . . . Fà la ſua reſidencia in Harberſtein, ch'è una rocca ſul Rheno, di rimpetto a Confluentia, dove la Moſella entra nel Rheno . . . Preſente arciveſcovo di Treveri è Giovanni da Petra, ch'è caſtelletto ſopra la Moſella, vicino a Confluentia. E' homo di circa 40. anni di qualità & di coſtumi honoratiſſimi &c.* Paullo aliter de eodem archiepiſcopo Gratianum loquutum in quibuſdam adverſariis ſuis reperio, nempe ita: *L'arciveſcovo preſente di Treveri ſi chiama Giovanni della famiglia Ley, ch'è un caſtello poſto ſu la ripa de la Moſella. è di anni 47. perſona litterata; da bene, e ſopra tutto humana.*

(*e*) *Colonia*, inquit in iiſdem adverſariis Gratianus, *è poſta in una bella pianura a la ripa del Rheno, che qui larghiſſimo la bagna da oriente . . . il cui arciveſcovo è uno de i ſette elettori. nondimeno eſſa è città d'imperio, & ſi governa a republica . . . Al preſente è arciveſcovo Giovanni Eghebarda, ch'è un nome ſolo, uno de i conti di Manſfelts, huomo di 35. anni.* Haec Gratianus menſe aprilis ann. 1561. ſcribebat. at vero, cum haec a Truchſeſio epiſtola data eſt, diem ſuum haud ita multis ante diebus Joannes Eghebardus ille archiepiſcopus colonienſis obierat. Caniſius in litteris, ad Hoſium die 11. hujus menſis datis, *Archiepiſcopus*, inquit, *colonienſis mortuus dicitur*. Truchſeſius ipſe in epiſtola *Bene*, mox recenſenda, die 28. hujus ejuſdem menſis ad Hoſium data, *Utinam*, inquit, *qui in demortui colonienſis archiepiſcopi locum ſufficiendus eſt, ſit illo graviſſimo munere . . . dignus.*

(*f*) Caniſius in litteris, ad Hoſium die 7. hujus menſis datis, *Nihil adhuc*, inquit, *faeis conſtat de conventu franckfordienſi, in quo tamen archiepiſcopi, ut ſperamus, impetrabunt, ut ſit ipſis liberum & utcunque tutum, ſynodum accedere.*

Digitized by Google

mulae, quae Caroli quarti bulla (*g*) continetur. qua re nihil turpius, nihil pernicioſius eſſet germanico atque adeo chriſtiano no- g
mini. quanquam confido, caeſarem (*h*) ac regem filium (*i*) me- h i
mores officii ſui fore, illiſque id futurum antiquiſſimum, quod ſingularis eorum religio & pietas poſtulabunt. Utar hic etiam tuo in me amore & iſta excellenti humanitate, teque orabo, me, cum tibi licuerit, ut certiorem facias de rebus omnibus ſubtiliter, ac praeſertim de iis, quae ad religionem pertinebunt. erit enim mihi gratiſſima non modo ipſa rerum ſcientia, ſed judicium & conjectura tua. omnino nihil mihi futurum eſt jucundius prudentia ac diligentia ejus muneris tua. quae tuae ad me literae facilius & melius perferentur, ſi incluſae fuerint in eas, quas ad Georgium Ticinium, bonum & prudentem virum, & utriuſque noſtrum ſtudioſiſſimum, dederis. nam, prorſus commodius ac tutius ipſi Ticinio literas, quam mihi inſcriptum iri, tu pro
tua prudentia facile intelligis (*k*). Cauſam ſereniſſimi regis ve- k
ſtri (*l*) catholico regi & per literas & per eos, qui apud eum l
gratia

(*g*) Carolus IV. romanorum imperator, legem promulgavit ac tulit, quae *Bulla aurea* dicta eſt, *qua*, ut in ejus titulo legitur, *reglmen ac forma juris publici totius romano-germanici imperii, ſolemnitates quoque & ceremoniae in electione romanorum imperatorum adbibendae ordinantur, & conſtituuntur, ſancita Norimbergae & Metis anno* 1356. In hujus *Bullae* capite II. haec electoribus cujuſdam jurisjurandi ratio praeſcribitur: *Archiepiſcopus maguntinenſis formam juramenti eis dabit, & una cum ipſis, & ipſi, vel abſentium nuncii una cum eo juramentum præſtabunt vulgariter in hunc modum: „ Ego N. Archiepiſcopus maguntinenſis, ſacri imperii per Germaniam archicancellarius, ac princeps elector, juro ad ſancta Dei euangelia, hic praeſentialiter coram me poſita, quod ego per fidem, qua Deo & ſacro romano imperio ſum aſtrictus, eligam ſecundum omnem diſcretionem & intellectum meum, cum Dei adjutorio eligere volo temporale caput populo chriſtiano, id eſt regem romanorum in caeſarem promovendum, qui ad hoc exiſtat idoneus, in quantum diſcretia & ſenſus mei me dirigunt, & ſecundum fidem praedictam, vocemque meam & votum ſeu electionem praefatam dabo abſque omni pacto, ſtipendio, precio vel promiſſo, ſeu quocunque modo talia valeant appellari. Sic me Deus adjuvet & omnes ſancti.* Haec eſt illa jurisjurandi formula, ad cujus mutandae voluntatem in franckfordienſi conventu haereticos incubuiſſe, Truchſeſius dicit.

(*h*) Ferdinandum.

(*i*) Maximilianum.

(*k*) Nam literas a Cromero, Poloniae regis ad Ferdinandum caeſarem legato, card. Truchſeſii, Germaniae patroni, nomine inſcriptas, palam mitti, ſuſpicioſum his temporibus eſſe poterat.

(*l*) Sigiſmundus II. Poloniae rex, partem quamdam eorum bonorum, quae Bona Sfortia, ejus mater, in regno neapolitano Philippo II. teſtamento moriens reliquerat, ad ſe pertinere contendebat. qua tota de re vide epiſt. *Fecit ſummus amor* d. 23. mart. 1560. Vide etiam epiſt. *Cum ab optimis* d. 18. oct. 1560. quam cum legeris, & mirifice

gratia valent, quam potui diligentiſſime, commendavi: ad quas etiam literas meas mihi reſponſum eſt, facturum eſſe regem omnia libenti prolixoque animo: & audio, Neapoli id inſtitui,
m ut ejus pecuniae prima penſio ſolvatur. qua in re iſtic (*m*) vobiſcum agi iniquius, vehementer doleo. Cupio equidem omnia
n tua cauſa. qua re fit, ut tua deceſſione (*n*) delectari debeam, praeſertim quae habitura ſit tranquillitatem, futura etiam ſit chriſtianis hominibus fructuoſa. majorem enim tum haberes facultatem communicandi cum caeteris praeclara animi & ingenii tui bona. veruntamen, quando praeſtas etiam actione, cui
o tu iſtam tradas vigiliam (*o*), qui tuae laudi reſpondeat, ego non diſpicio; & video, quantum iſto loco poſſis adjuvare Chri-
p ſti cauſam. ſed ſpero (*p*), omnia actum iri prudenter. Ego hic non deero officio meo. etſi ſanctiſſimus dominus noſter ita pie ac ſapienter ſe gerit, ut nullum admonitioni cujuſquam locum relinquat. Vale, mi optime ac prudentiſſime Cromere, tibique perſuade, te mihi eſſe chariſſimum. Roma. XVIII. (*q*)
q Kal. decembris. M. D. LXII.

LXXXV.

ſice cum hac in ejuſdem negocii genere conſentientem animadverteris, tu quoque ad hunc annum illam pertinere, & in ejus illa adſcriptione a librario eſſe peccatum, judicabis. quod idem noſtrum quoque judicium eſſe, cum illam epiſtolam enarraremus, teſtati ſumus.

(*m*) Hoc eſt, apud caeſarem. Sed, quae partes caeſaris in controverſia, quae inter Poloniae & Hiſpaniarum reges intercedebat, eſſe potuerunt? Audi card. Borromaeum in litteris ad Hoſium, tunc Viennae pontificis max. ad Ferdinandum caeſarem legatione fungentem, die 18. maj. 1560. datis: *Quintum* (mandatum) *de cauſa barienſi: cujus expeditionem ſanctitas ſua cupiebat ſua etiam interceſſione cordi eſſe majeſtati ſuae, quando jam duo reges Hiſpaniae & Poloniae eam* (caeſaream majeſtatem) *judicem legerunt, neque aliud quicquam petant, quam jus ſibi adminiſtrari.*

(*n*) Cromerus, legatione ſua apud Ferdinandum caeſarem defunctus, quamprimum deceſſurus erat, & ocium ac facultatem utiles ſcribendi libros habiturus.

(*o*) Puto, ſignificari ipſum illud legationis munus.

(*p*) Hoc, ut opinor, dicit: Spero, ſucceſſorem tibi a rege Poloniae eum datum iri, qui & ipſe vere catholicus ſit, & rem catholicam apud caeſarem conſiliis & actionibus ſuis juvet. in quo ſucceſſore deligendo regis prudentiam non deſiderandam fore, confido. ego interea pontificem max. monere non omittam, ut ad regem ea de re ſcribere diligenter velit. quamquam id eſt optimo pontifici religionis ſtudium, ut omnia ſine cujuſquam admonitione ultro facturus videatur.

(*q*) XIV. cod. vat.

Digitized by Google

LXXXV.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Staniſlao Hoſio Card. Varmienſi.

De aliqua Concilii perturbatione. De Culmenſium epiſcopo. De Cromero. De romanorum regis electione. 21.nov. 1562.

QUamvis in iſta tranquillitate multi novam tempeſtatem (*a*) conentur excitare, nunquam tamen id aſſequentur, ut cauſa, toties divinae defenſionis mucrone jugulata, reviviſcat: quibus tamen ut libeat & liceat, ut antea ſcripſi (*b*), haec impune jactare, vix ferendum videtur. ſed in hoc malo illud boni ineſt, quod, qualis ſit cujuſque animus, ex ejus ſententia facile appáret. ſcire enim, quantum cuique credendum ſit, vel explorata improbitate, non eſt inutile. ſed, qui iſta commovent, ſibi iſto motu ad licentiam majoris impudentiae gra-

(*a*) Quid hac *tempeſtate* ſignificetur, praeter ea, quae ad epiſt. *Quaeſtiones* d.7. hujus menſis attulimus, concilii legatorum ad card. Borromaeum epiſtola, die ejuſdem menſis quinto data, quam ſubjicimus, docet: *Martedì mattina alli 3. di queſto, come ſi diſſe nella precedente noſtra di voler fare, ſi diede principio ad udir li padri ſopra la prefatione del ſacramento dell'ordine & il ſettimo canone... i quali cominciarono & ſeguitano tuttavia a dir così longamente, come ſe mai non haveſſero ragionato di queſta materia... Fin queſt'hora, che hanno detto pur da circa quaranta di loro, pochiſſimi ſono ſtati quelli, che habbiano impugnato il ſettimo canone. L'arciveſcovo di Granata gli diſſe contra aſſai, & il dir ſuo fu di maniera, che ci adombrò non poco, maſſimamente perſiſtendo in queſto, come di non voler conſentire, che i veſcovi ſiano dal papa chiamati in partem ſollicitudinis, & affermando, che ſon vicarii di Chriſto, & non vicarii del papa. A noi parve di fargli riſpondere dall'arciveſcovo di Lanciano al luogo ſuo: il quale lo fece hieri ſera con molta efficacia... Lo fece ſimilmente l'arciveſcovo Colonna con boniſſimo garbo, & l'arciveſcovo di Palermo; & altri appreſſo, per quel che credemo, lo faranno &c.* De iiſdem turbis ſunt illa card. Chriſtophori Madruccii in litteris, ad Hoſium hoc ipſo novembris die 21. datis: *Etſi R. D. V. litterae, quae nuper ad me perlatae ſunt, moleſtos illas & ineptas quaeſtiones nunc primum iſthic ab ignaris quibuſdam & a divino jure abhorrentibus temere allatas ſignificarint, mihi tamen boniſque viris, quibus ego illas non minori cum voluptate oſtendere ſoleo, quam ipſe perlegere atque admirari, gratiſſimae fuerunt... Dicam libere, quod ſentio, accidere aliquid in ſancta ſynodo minime probandum, ut ob horum calamitatem temporum non miror, ſic etiam doleo; ita tamen, ut ſpe quadam ducar, nihil fore aliter ac deceat, Gallorumque adventum, divini primum ſpiritus operatione, deinde R. D. V. aliorumque bonorum diligentia & ſtudio, ſacro huic conventui opportunum & utilem futurum confidam &c.*

(*b*) In illa eadem epiſt. *Quaeſtiones* d.7. nov. 1562.

gradum facere volunt. ergo reſiſtendum acriter primis petitionibus. de quo non dubito, quin & praeclare fiat, & impudentium hominum frangatur audacia, Dei benignitate confiſus, & veſtra, tuaque in primis, fretus ſapientia. quorundam impetus, qui graves initio videntur, molles & inanes tempore redden-
c tur. noſti caetera. Erit mihi curae & Ticinio noſtro de re (*c*), quam & tua & culmenſium epiſcopi cauſa illi cupis impetrari. dabimus ſupplicem libellum, quo & res & graves petitionis cauſae exponantur: & ſpero, fore, ut habeatur ratio muneris epiſcopalis tui; praeſertim occupato te in maximis iſtis negotiis maximeque Dei eccleſiae ſalutaribus, ſuſtinente etiam majorem partem fortaſſe iſtius graviſſimi oneris. Cromeri noſtri iſto cu-
d ſtodiae beneficio (*d*) mihi gaudeo, tibi gratulor: etſi id eſt exiguum

guum

(*c*) Quae res heic ſignificetur, ignoro. hoc ipſum eſſe munus interpretis duco, ea, quae non intelligit, confiteri.

(*d*) Ne hoc quidem *cuſtodiae beneficium* quodnam fuerit, intelligo, nec, quae infra *chelmenſium epiſcopi artificia* dicantur, ſcio: niſi quod de *cuſtodiae beneficio* illo quiddam ſuſpicor; ſignificari nempe e varmienſis eccleſiae canonicatibus unum, quem *cuſtodionatum* appellabant, quique Cromero tum fuerit ab Hoſio ſive collatus ſive impetratus. vide, num recte ſuſpicer, poſtquam, quae in quodam Gratiani *Itinerario* apud me ms. legi, cognoris. *A li* 20. (di maggio 1564.), inquit, *che fu la viglilia di pentecoſte ... andaſſimo a Varmia ... Queſta terra ſi può chiamare villa più toſto, che città; non havendo neſſuna ſorte di muraglia. è in temporale de' canonici, ma le appellationi sì di queſto, come d'altri luoghi di canonici, vanno al veſcovo. Queſti canonici ſono ricchi: ma tutti ſono obligati a ſacramento di confeſſare a niſſuno la certezza de l' Intrate loro. Sono ſedici prebende, fra quali ſono degnitâ quattro, prevoſtura, decanato, vicariato, che loro chiamano Cuſtodionato, & arcidiaconato*. Eamdem, ut opinor, *Cuſtodionatus* dignitatem Cromerus Cracoviae ante aliquot annos aſſequutus fuerat, ad quem Hoſii litteras, e caſtro lubavienſi anno 1551. datas, exſtare apud ſe Cyprianus in erudita ſua de eodem Cromero adnotatione, pagina *Tabul. eccl. rom.* 204. teſtificatur, *in quibus*, inquit, *juris utriuſque doctor, Cuſtos cracovienſis, & ſecretarius appellatur*. & certe Betzii, *quae*, ut idem Cyprianus ait, *in cracovienſi palatinatu regii juris civitas eſt*, Cromerus natus, ad eum honorem Cracoviae adſpirare atque adeo pervenire facile potuit. ſed nihil prohibet, eodem honore & Cracoviae ſimul & Varmiae, ſi non eodem at ſaltem diverſo tempore, eum auctum fuiſſe, & ex cracovienſi cuſtode cuſtodem varmienſem evaſiſſe: quum praeſertim varmienſium ſacerdotiorum opulentia illa, de qua Gratianus meminit, hominem ad cracovienſe cum varmienſi commutandum allicere potuiſſet. ſed, illum officium potius, quam quaeſtum, eſſe ſequutum, & Hoſio, de eccleſiae ſuae rationibus ac commodis ex tanti viri praeſentia cogitanti, morem gerere voluiſſe, credendum eſt: quem quanti Hoſius fecerit, illa, quae in ejuſdem Hoſii *Vita* a Stanislao Reſcio lib. II. cap. 34. commemorantur, luculenter oſtendunt. *Viſum*, inquit, *poſtea fuit Sigiſmundo regi Auguſto & ſuis & regni ſui rationibus vehementer expedire, ut Hoſius Romam*.

guum tantae illius virtutis praemium. eſt enim is ſummis & commodis & honoribus dignus. ſed tamen hoc tanquam initio quodam mercedis ejus laborum ac meritorum mirifice laetor: cui ut ita caveatur, ne fraudi ſint artificia chelmenſium epiſcopi, inita eſt a me & a Ticinio noſtro ratio, datuſque eſt ea de re libellus. negotium agemus diligenter: & quidem, quod ad me attinet, Cromeri cauſa volo omnia, quia debeo. Rem romanorum regis (*e*) ita procedere, ut ſcribis, valde gaudeo; quam illi glorioſam, reliquis utilem ac ſalutarem eſſe, vehementer cupio. Tibi vero, pater ampliſſime, opto, ut, quae ipſe optas, omnia contingant; amoremque ac perpetuam obſervantiam in te meam tibi defero. Roma. XI. Kal. decembris. M. D. LXII.

Romam proficiſceretur, idque ut faceret, ſummis ab eo precibus & coram & per vicecancellarium ſuum contendebat .... Hoſius itaque, impetrato ad deliberandum ſpacio ... ſe ſuaque omnia divinae providentiae ſollicitiſſime commendabat, modo non totidem verbis, ſicut olim Moyſes, contendens, ut provideat dominus Deus ſpirituum omnis carnis, hominem, qui ſit ſuper multitudinem hanc, ne ſit populus domini ſicut abſque paſtore; providitque illi dominus virum ſecundum cor ejus, vel, ut apoſtoli Pauli verbis utar, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, doctorem, domui ſuae bene praepoſitum, & teſtimonium bonum habentem etiam ab his, qui foris ſunt, Marcinum Cromerum, non neophytum, ſed cujus jam in eccleſiam Dei, & in patriam quoque ſuam, multa & magna extabant merita, qui ſcriptis ſuis magno cum fructu haereticos oppugnavit, & in obeundis legationis muneribus, cum apud ſedem apoſtolicam, tum apud Ferdinandum imperatorem, & alios Germaniae principes, ſummum ſemper gradum tenuit dignitatis & gratiae, & res geſtas polonorum, elegantiſſimis commentariis comprehenſas, ad univerſae poſteritatis memoriam egregie illuſtravit. hunc igitur virum, propter ſtudiorum & conſiliorum ſimilitudinem, adminiſtratorem primo, deinde coadjutorem ſucceſſoremque futurum, accedente regis conſenſu, ac pontificis max. approbatione, tanto libentius deſignavit, quod meminerat, non ſolum hac tempeſtate noſtra, qua verſa & perverſa in pejorem partem ſunt omnia, ſed majorum quoque noſtrorum memoria, per ambitioſos & contentioſos homines eccleſias perturbari ſolere ... Tali igitur viro cum paſcendum gregem Chriſti commiſiſſet, iter Romam verſus ingreſſus eſt auguſto menſe (anno 1569.) &c.

(*e*) Franckfordienſem imperii electorum conventum intellige, in quo de creando romanorum rege per haec tempora agebatur. Vide epiſt. ſuperiorem.

LXXXVI.

Otho Truchſes Card. Auguſtanu. Stanislao Hoſio
II Card. Varmienſi. (a)

28.nov. 1562. *De Gallorum praeſulum, cardinalis praeſertim Lotharingi, Tridentum adventu gratulatur. Demortuo colonienſi archiepiſcopo & electori egregium ſucceſſorem optat.*

1. Bene de interventoribus (b): ſi modo eo animo venerunt, vel iſtic illis eam mentem Deus dedit, ut ab inſtitutis, mini-

(a) Edita reperitur haec epiſtola in *Tavul. eccl. rom.* pag. 261.

(b) Gallorum epiſcoporum recens Tridentum adventus ſignificatur, de quo afferam concilii legatorum ad card. Borromaeum litteras, die hujus menſis 16. datas. *Il cardinal di Lorena gionſe quì il venerdì alle 22. hore, & fu incontrato non ſolo da tutti queſti prelati & ambaſciatori, ma da noi ancora per un terzo di miglio nella maniera, & per le ragioni, che nelle lettere noſtre di giovedì ſcrivemmo a voſtra illuſtriſs. & reverendiſs. ſignoria. Con lui ſono venuti dodeci veſcovi, trè abbati, & fin' a diecíotta theologi, la maggior parte de' quali ſono di quei della Sorbona di Parigi, mandati dal rè di Franza a ſpeſe ſue, & gli altri venuti con li veſcovi predetti. Nella prima gionta, sì come è nel ſembiante humile & di maniere gratioſe, così ſodisfece univerſalmente a tutti, moſtrando nelle parole ſue una riverenza la maggior del mondo verſo la ſantità di noſtra ſignore, & la ſede apoſtolica, & una volontà verſo le coſe di queſto concilio la migliore, che ſi poteſſe deſiderare. Il giorno ſeguente, havendoci fatto chiedere audienza, venne a noi il dopo pranzo, & moſtrando deſiderio di parlarci, che non ci faſſero altri preſenti, che* [illegible] *ſignor di Lanſac & il preſidente Ferrerio, come ambaſciatori di Franza, mandati fuora molti prelati, che quivi ſi trovarono, rimanemmo ſoli; &, poſtici a ſedere, egli propoſe per principio del ſuo ragionamento di voler dire alcune coſe pertinenti al rè ebriſtianiſſimo, & alcune pertinenti alla perſona di lui. &, cominciando da queſte ſeconde, diſſe per la prima, ch'era pur aſſai tempo, che dal conſiglio reale & dalli primi prencipi del regno fu propoſto & concluſo, ch'egli haveſſe da venire a queſto ſacro concilio, per ritrovare col mezzo di quello qualche rimedio alli pericoli, de' quali pareva che ſi ſoſpettaſſe, che in quel regno poteſſero ſcoprirſi o augumentarſi nella materia della religione, mo fin' adeſſo non s'haveva potuto eſeguire: & a volerne rendere la ragione, ſaria ſtata longhiſſima, & più toſto ſpiacevole, che altrimente, da udire. poi ſeguitò, che s'era indotto a pigliar queſta impreſa per ſervitio di Dio, come ebriſtiano & cathalico, & per non voler mancare, quanto era in lui, d'adoperarſi nelle coſe comandateli dal ſuo rè, per beneficio del ſuo regno, & per ſalute & quiete di que' popoli: & che però, eſſendo venuto a queſto effetto, a queſta attenderebbe con quel poco d'ingegno, che Dio gli ha dato; concludendo queſto capo con dire, che l'animo ſuo era di riconoſcer noi & ubbidirci con ogni riverenza & ſommiſſione, come legati & miniſtri della ſedia apoſtolica, a cui ſi conoſceva molto debitore per trovarſi cardi-*

minime neceſſariis, quaeſtionibus abhorreant, neque ipſi quicquam

cardinale, in molte maniere gratificata & honorato da quella, & humiliſſimo & devotiſſimo ſervitore di noſtro ſignore. Da queſto venne al primo capo, ciò è alle coſe pertinenti al rè, &, ſalutatici primieramente in nome di ſua maeſtà, diſſe d'haver lettere ſue, dirette a noi & a tutto il concilio, nelle quali ſi contenevano prima le calamità, in che hora ſi trova quel già feliciſſimo & religioſiſſimo regno di Franza, poi li rimedij, che ſi ricercano & s'aſpettano da queſto ſacro concilio, per ridurlo nella forma di prima: & che di queſto l'ambaſciatore Lanſac & il preſidente ſuo collega havevano nuove inſtruttioni, ſottoſcritte dal rè, dalla regina, dalli fratelli del rè, & da tutti i prencipi del conſiglio; i quali nominò particolar & diſtintamente ad uno per uno: & però ne laſciarebbe loro il carico, eſpoſto, che haveſſe alla ſinoda quel tanto, che haveva da eſporle. &, per poter far queſto, ci domandò una congregatione generale, deſiderando di eſſervi admeſſo & udito da tutti; & ſpetialmente per far ſapere alli padri, & conſequentemente a tutto queſto mondo di quà il rumore, che ſi era ſuſcitato in Germania, che in queſto concilio ſi haveſſe a concludere una lega fra li prencipi catholici contra i proteſtanti; i quali perciò erano ſtati molto ſoſpetti, & intrati in diverſe pratiche. ma che il ſuo rè ſi era portato, come doveva, vedendo molto bene, che ſe ne ſarebbe di ſubito fatta un' altra in contrario; & così ſi ſaria acceſo un fuoco ineſtinguibile in tutto il chriſtianeſimo... La noſtra riſpoſta, la quale, a riſpetto della propoſta ſua, fu breve & generale, fu queſta in ſoſtanza, che il propoſito tenuto & la deliberatione fatta dal rè chriſtianiſſimo & dal conſiglio ſuo di mandar quà ſua ſignoria illuſtriſſima, perſona di tali & tante qualità, che non ſaria facile ad eſplicare, tenevamo per certo, che foſſe provenuta dalla providenza & inſpiratione di Dio per riſtoro di quel regno, per mantenimento della fede catholica, per benefitio del reſto del popolo chriſtiano, & finalmente per maggior autorità & riputatione di queſto concilio: che rendevamo gratie a ſua divina maeſtà, che con l'ajuto & favor ſuo haveſſe condotto ad effetto un così buon propoſito, & così neceſſario per dare qualche ſperanza al mondo d'alcun rimedio alle tante calamità, in che ſi trova di preſente: che, sì come ci eravamo allegrati ſol colla nuova di queſto buon propoſito, così era creſciuto in noi il piacere, intendendo, che ſua ſignoria illuſtriſſima era già poſta in camino; & molto più poi vedendola arrivata quà con ſalute & buona diſpoſitione: ma che infinitamente ci haveva conſolati l'haver conoſciuto per le ſue corteſiſſime & humaniſſime parole quella buona intentione in lei, che ci havemo ſempre promeſſa, d'haver a trattare con noi quel, che occorrerà, con ogni dolce & corteſe maniera: la qual' intentione noi abbracciavamo come conveniente al naſcimento & al grado & dignità ſua: all' incontro di che noi havereſſimo tenuto ſempre quel conto della perſona, del valore, & delli penſieri ſuoi, che dovevamo per ogni riſpetto, & ſpetialmente per ſaper, che tal'era la volontà di noſtro ſignore. Quanto alle coſe, dette in nome del rè, rendemmo in prima molte gratie alla maeſtà ſua della ſalutatione, accettandola dentro del cuore con ogni affettionatiſſima riverenza & ſervitù. poi, circa il contenuto della lettera, che ſommariamente ci haveva narrato, gli dicemmo, che ſempre era ſtata grande la noſtra afflittione, quando udivamo i travagli, le ſeditioni & i tumulti di quel regno per conto della religione, & della rebellione tanto aperta; & che per gli ultimi avviſi venuti della preſa di Roano, eravamo entrati in grande ſperanza, che le coſe haveſſero da pigliare buon verſo, & di vede-

vedere ancora quel regno ritornato nel primiera eſſer ſuo in ogni ſorte di tranquillità & di giuſtitia, & maſſimamente in quella ſeverità di punir i ribelli di Chriſto, che ſi vide nel rè Franceſco primo di felice memoria. Moſtrammo appreſſo gran maraviglia di quella favola uſcita per la Germania, che quì ſi haveſſe a trattare o concludere lega alcuna a ragionamento, onde ſi poteſſe cagionare una minima ſoſpitione di guerra; & che gli ordini, che ſua ſantità haveva dati a noi ſuoi legati, erano ordini di procurare pace, unione della chieſa, approbatione di buona dottrina, & dannatione della falſa; & che a queſto eravamo per attendere con l'ajuto di Dio, & con i prudenti conſigli di ſua ſignoria illuſtriſſima, la quale ricevevamo come angelo di pace, mandato da Dio per tor via qualch'una di quelle imperfettiani, ch'è ſolito di trovarſi ſempre, dove ſono huomini, & levar agni materia, che poteſſe far naſcere diſcordia & contentione. & promettendogli la congregatione per hoggi, ſe la voleva, ſi fece fine al primo ragionamento noſtro. Dopo il quale ragionamento, ſtando par noi buon pezzo ancora in certe famigliari & domeſtiche domande per modo di converſatione & di trattenimento, ſi ſottroſſera alcuni punti, o nati da richieſte fatte da alcun di noi, a detti da lui, o dagli ambaſciatori, ſecondo i propoſiti, che occorſero, i quali notammo per darne porte a voſtra illuſtriſs. & reverendiſs. ſignoria, & ſono i ſeguenti. Che non ſi penſa in alcuna maniera di ſminuir o taccar punto la poteſtà & autorità di noſtro ſignore & della ſede apoſtolica, & che non è bene, nè per diretto nè per indiretto, venire a niuna ſorte di contentione, ma che ſi giudica bene, & tienſi certiſſimo, che per ſalute non ſolo di Franza, ma di tutti i chriſtiani, ſia più che neceſſario, che con una buona & ſevera riforma ſi tolgano & taglino via tutti gli abuſi affatto, dovunque ſi trovano: perchè sì come la poteſtà in ſe ſteſſa è & deve eſſere ſempre ſtimata & venerata & magnificata, così, quando mantiene abuſi, & abuſi ſcandaloſi & pernitioſi all'anime, commove & altera i popoli, cauſa diſobedienza & diſpreggio, & concita ſollevamenti & ſeditioni. che, quando in queſto concilio non ſiegua riforma, hanna per fermo, che naſcerà in breve più cruda guerra contra gli eccleſiaſtici catholici, che non è hora contra gli hugonotti: perchè, sì come in quel regno dicono di tenere in tutto & per tutto quella fede, che tien la chieſa catholica, & di voler vivere & morire in eſſa, così non poſſono & non vogliono più tolerare la mala vita & gl'inſopportabili abuſi, che ogni dì divengono maggiori nel clero: che una delle gran querele, che ſi facciano in Franza, è, che per la diſtributione, che ſi fa delli benefitij, maſſimamente curati, in perſone ignoranti & di pochiſſima conſcienza, i popoli già tanti anni ſono non hanno edificatione niuna nè della parola di Dio, nè della amminiſtratione de' ſacramenti, nè della vita de' religioſi, ma ſolamente abuſi, ſcandali, & peſſimi eſempij di vitioſiſſimi coſtumi... Queſto è quanto fin ora è paſſato fra queſto ſignore & noi &c. Biduo autem poſt, hoc eſt die 18. ejuſdem menſis, haſce alteras ad eumdem Borromaeum litteras iidem concilii legati dederunt: *Dopo quella noſtra lettera, che ſcrivemmo l'altr' hieri a voſtra illuſtriſs. ſignoria per ragguaglio di quel, che con noi havea paſſato monſignor illuſtriſs. di Larena, non è occorſo altro degno di avviſa, eſſendo ſempre ſtato ſua ſignoria illuſtriſs. malato di freddore con febre, che non l'ha laſciato uſcire dal letta, ſe non hieri. onde noi havemo ſeguitate le noſtre congregationi, ma un poco più deſtramente del ſolito, eſſendo ſtati molto pregati a far così da eſſo Lorena; il quale vorrebbe pur trovarſi ad udire qualch'uno di queſti padri; & noi non l'havemo voluto ſcompiacere, per non far peggio. Sabbato, piacendo a Dio, verrà in congregatione, dove ci darà la lettera, che ha portato dal rè, perchè ſi legga*

quam afferant, quod ab hujus ſanctae ſedis dignitate (*c*) ſit alienum. Quam tu tribuis cardinali lotharingio doctrinae, eloquentiae & prudentiae laudem, ea mihi nova non accidit. jampridem enim eſt, cum ejus viri praeclara animi & ingenii ornamenta cognita habeo; & ſpero, fore, Deumque precari non deſino, ut egregiae illae virtutes catholicae fidei integritate & pietate nitantur. De mora, quae allata eſt francofordienſibus comitiis (*d*), jam antea certior factus ſum. utinam, qui in demortui colonienſis archiepiſcopi locum ſufficiendus eſt, ſit illo graviſſimo munere, & illa Petri, ſanctiſſimi viri, colonia (*e*) dignus!

legga alli padri, & dirà appreſſo quel, che vorrà dire. il che ſarà in ſoſtanza diſtinto in tre capi, che hora ci ha dati monſignor di Lanſac, & l'ambaſciatore Ferrieri. il primo ſarà di depingerci le calamità, in che ſi trova il regno di Franza: il ſecondo dimoſtrarci le cagioni, onde è nato tanto male, ch'è la corrottione d'ogni ſtato di perſone, & ſpetialmente del clero: il terzo ſarà di pregare queſta ſanta ſinado del rimedio unico & ſolo, atto a rilevarlo, ch'è una buona & ſevera riforma. Finito che haverà eſſo di dire queſte tre coſe, gli ambaſciatori diranno, quanto queſta riforma ſia deſiderata dal rè, & quanto gli ſtia a cuore, argomentando dall'haver mandato quà ſua maeſtà un tal perſonaggio, qual'è monſignor illuſtriſs. di Lorena, in queſti tempi di tanto travaglio, a poſta ſolamente per queſto effetto: &, parendo loro, che queſte diſpute & materie, che ſi trattano hora, ſiano poco neceſſarie & ſenza frutto, & non ſervano ad altro, che a perder tempo, & dar tal volta occaſione di ſcandalo, pregheranno & inſtaranno, perchè ſi laſcin da banda, & s'attenda con ogni diligenza alla riforma, della quale dicono, che il mondo ha più biſogno, che d'alcun' altra coſa. Queſto è quello, che monſignor di Lanſac ci ha detto, che ſi tratterà. A che ſi è dato carico all'arciveſcovo di Zara di riſpondere. &c.

(*c*) Omittit hanc vocem, valde in noſtro exemplari perſpicuam, *Tabularium*; monetque editor, heic non eſſe ſenſum in autographo; &, deſiderari vocem *auctoritate*, proxime ad veritatem conjicit.

(*d*) Comitiis, de eligendo romanorum rege Franckfordiae habitis, moram attulerat colonienſis archiepiſcopi Joannis Eghebardi, unius e ſeptem electoribus, mors. Sed, cum haec ſcriberentur, electus jam fuerat die hujus menſis viceſimoquarto Maximilianus, Ferdinandi imp. filius, mox triceſimo coronandus.

(*e*) Gratianus libro XIII. *De ſcriptis invita Minerva* de Colonia agrippinenſi agens, *Agrippinenſes*, inquit, *a romanis ſe ortos, romanorumque coloniam eſſe, gloriantur, & colonienſem eccleſiam a romana eccleſia, ut filiam a parente, genitam inſtitutamque praedicant*. Commendonus vero in litteris, ad card. Borromaeum Colonia die 25. apr. an. 1561. datis, *Io replicai*, inquit, *che la città* (di Colonia) *riſpondeſſe al breve di noſtro ſignore con quelle parole, che foſſero convenienti alla loro religione, & conformi al ſigillo della loro republica, che ha tale inſcrittione*: COLONIA AGRIPPINA S. R. E. DEVOTA ET OBEDIENS FILIA. Senatus colonienſis in quibuſdam ſuis ad card. Hoſium litteris, 16. Kal. april. an. 1568. datis, quae inter ejuſdem Hoſii editas epiſtolas num. 110. leguntur, *Illum*, inquit, *evangelii odorem, quo D. Maternus, B. Petri diſcipulus, primus ſanctiſſimos noſtros majores imbuit, peregrino illito nequaquam eiui permiſimus.*

f dignus ! quem ego velim prius conſecrari (*f*), deinde ferre ſuffragium. id enim & ratio poſtulat & mos majorum. ſed bre-
g vi videbimus (*g*). Vale, pater optime ac reverendiſſime. Roma. IIII. Kal. decembris. M. D. LXII.

LXXXVII.

(*f*) Optabat Truchſeſius, ut novus colonienſis archiepiſcopus, qui futucus erat unus ex electoribus comanorum imperatoris; ante conſueto catholicorum epiſcoporum ritu conſeeraretur, quam ſuffeagium in comitiis illis ferret.

(*g*) Vidit deinde Truchſeſius, atque etiam reliqui omnes viderunt, non omnino neque rationem neque veterem illum majorum morem in hae Maximiliani regis ereatione fuiſſe ſervatum. de qua re ſunt illa in card. Borromaei litteris, ad Zachariam Delphinium, pharienſium epiſeopum, Pii IV. ad Ferdinandum imp. nuneium, die 8. jun. 1563. datis: *Voi ſapete, che quando ſua ſantità inteſe queſta elettione* (di Maſſimiliano in rè de' romani) *per l'amor, ch'ella porta a l'imperatore & ai detto rè, & a tutta la ſereniſſima caſa d'Auſtria, ne ſentì molto piacere & contenta, & quantunque l' elettione foſſe in effetto invalida & nulla per molti capi, cioè per l'inbabilità di trè elettori proteſtanti, & de l'eietto di Colonia, ancor adeſſo non confirmato, per non eſſer la maeſtà ceſarea ancora coronata, per non bavere il detta rè preſo la corona argentea in Aquiſgrana, luoge ſegnalato da Carlo Magno, & perpetuamente di poi oſſervato a tai effetto, &, quel che più importa, per ia futura ſucceſſione ne l'imperio, quale non può eſſer conceſſa da gli eiettori, ma ſolo da ſua ſantità, non potendo ioro dar jus de vacatura, ma eieggere vacante l'imperio, o vero far un coadjutore a l'imperatore in vita ſua ſolamente; com'è in effetto il rè de' romani, inanti la confirmatione di ſua ſantità; per il che ſaria ſtato anco conveniente non procedere a tale elettione ſenza darne prima avviſo a ſua ſantità, & con buona voluntà & licentia di quelia, come fece Carlo V. di fel. mem. quando volſe far rè de romani ſua fratello, boggi digniſſimo imperatore, sì come appare per molti brevi & iettere, che furono ſcritte in quei tempi in queſta materia: nondimeno ſua ſantità non mirando a queſto, ſempre è ſtata, & tuttavia è ben diſpoſta a confirmarla & ſupplire tutti ii ſopraſcritti & altri difetti, che poteſſero eſſere intervenuti in eſſa &c.* Id praeſtitum deinde ab eodem pontifiee fuiſſe, docet illa ejuſdem card. Borromaei ad Commendonum, pontificium in Polonia tum nuncium, epiſtolae, die 5. febr. 1564. datae, particula: *Queſta ſera noſtra ſignore in una congregatione generale ba approbato & confirmato la elettione del ſereniſs. rè de' romani. &, per corriſpondere a tutti quei termini di paterna charità, che ſi poſſono deſiderare da ia ſantità ſua, eiia ba voluta con queſto atto ſupplire a tutti i difetti de la eiettione; & ba poi fatto una larghiſſima commemoratione de li meriti & iaudi de ia maeſtà dei rè preſato, & de l' imperatore ſuo padre. Poſdimane ſi darà conciſtoro publico ai conte d'Elſcſtain, ch' è venuto quì amboſciatore di detto rè a rendere l'obedientia. Ii che ſervirà per avviſo.*

Digitized by Google

LXXXVII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Valentino Erburto, Epiſcopo Praemislienſi. (a)

28. nov. 1562.

Suum erga Poloniae regem, & Erburtum, illius oratorem, ſtudium declarat.

MEA vero ſingularis obſervantia ſemper fuit eritque in regem tuum; cujus cauſa ſic debeo & cupio omnia, ut nihil mihi gratius aut jucundius contingere poſſit, quam ſi tempus aliquod accidat, quo tempore ei ſtudium aut operam meam navare poſſim. eos vero, quorum ille opera & honorifica & fideli utitur, non poſſum non vehementer amare, in quibus quia tu is es, quem iſti muneri graviſſimo & maximo praepoſitum eſſe voluit, ob eam cauſam egregio in te animo & voluntate eſſe cogor. quanquam privatim etiam tua pietas ac religio caeteraeque virtutes & animi & ingenii tui faciunt, ut te unice diligam, cupiamque mihi dari occaſionem, qua tibi aliquid gratificari queam. quare tibi perſuade, me totum eſſe tuum. cujus rei idem ipſe Ticinius (b) noſter, vir & prudens & cum primis bonus, tibi teſtis eſſe poterit. Vale. Roma. III. Kal. decembris. M. D. LXII.

(a) Epiſcopus hic praemislienſis, ſive primislienſis, venerat ſuperiori menſe Tridentum, Sigiſmundi Auguſti, Poloniae regis, legatus. Vide epiſt. *Ne mihi* d.17. oct.1562.

(b) De Georgio Ticinio vide epiſtolas *Quod ad* d.5. jul. 1560. & *Tuae humanitatis* d.11. ſept.1561. & *Ticinius noſter* d.5. apr.1562.

LXXXVIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

12. dec. 1562.

Epiſtola commendaticia.

DOctori Stanislao, in Poloniam redeunti, & iſtac (a) iter facturo, non potui non illud teſtimonium dare apud amplitudinem tuam, quod veritati deberi (b), intelligo. is igitur

in

(a) Tridento. Doctorem autem hunc Stanislaum, non alium fuiſſe credibile eſt, quam Stanislaum illum Sedimium, de cujus in Poloniam reditu in epiſtola *Haeret* d. 29. jan. 1563. agitur.

(b) *debere* exempl. Gratianus emendavit.

in culmenſi (*c*) negotio agendo ita ſe geſſit, ut egregiam fidem, diligentiam ac prudentiam oſtenderit. in reliquis vero rebus, de quibus ipſi Stanislao mecum loqui contigerit, cognovi ego ipſum & catholicum in primis virum, & tui, quam qui maxime, & amantem & obſervantem, & ſalutis Poloniae veſtrae cupidiſſimum, & earum rerum, quibus illa ſalus ampliſſimae provinciae confici poſſit, admodum peritum: in quo, quod illi optimum factu videretur, mihi quoque vehementer placeret. ſed, quoniam nihil in eo attulit, praeter ſententtam ſuam, neque ego quicquam amplius neceſſe habeo dicere, utinam ii, quorum maxime intereſt, in eam plurimis ſalutarem curam incumbant! Ego te, & tua & mea & eccleſiae Dei cauſa, valentem & incolumem eſſe, cupio. Roma. pridie idus decembris. M. D. LXII.

(*c*) De hoc culmenſium epiſcopi negocio, cujus cauſa Romam Stanislaus venerat, vide epiſt. *Quod abeſt* d. 10. oct. 1562. & epiſt. *Quaeſtiones* d. 7. nov. 1562.

LXXXIX.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi. (*a*)

15. dec. 1562. *Gratias agit ob liberale hoſpitium, auguſtani epiſcopatus vicario praeſtitum.*

Quae mihi meiſque quotidie tribuis ſummae humanitatis ac benignitatis officia & ſtudia, ea, pro ſua & crebritate & novitate, poſtulant novum aliquod gratiarum actionis genus; ut, quoniam re tibi reſpondendi facultas mihi non concedi-

(*a*) Exſtat in *Tabul. eccl. rom.* haec epiſtola pag. 262. *Stanislao Hoſio*, quemadmodum in noſtro exemplari, itemque in codice vaticano, inſcripta: in qua inſcriptione non eſſe ab omnibus peccatum, vix mihi quiſquam perſuaſerit. nam aliae Truchſeſii ad Hoſium litterae per hoſce eoſdem dies datae conſpiciuntur, in quarum aliquam hoc, quidquid eſt, gratiarum actionis eum conjecturum fuiſſe, non ſeparatim ac propria epiſtola complexurum, credibile eſt. Praeterea ſententiarum in hac epiſtola ratio, ipſaque verborum nimis exquiſita, ut ita dicam; urbanitas ac quidam veluti fucus valde a Truchſeſii ad Hoſium ſcribentis conſuetudine abhorrent: *Quae mihi*, inquit, *meiſque quotidie tribuis ſummae humanitatis & benignitatis officia & ſtudia, ea, pro ſua & crebritate & novitate, poſtulant novum aliquod gratiarum actionis genus* & quae ſequuntur, non minus re incredibilia (nam quae tanta fuerint aut eſſe potuerint Hoſii, Tridenti graviſſimo legationis munere in ſummo chriſtianae reip. concilio fungentis, *ſummae humanitatis & benignitatis officia ac ſtudia*, praeſer-

ceditur, hoc ſaltem verborum officio, quod mihi onus impoſitum ſentio, aliqua ex parte levare poſſim. ſed, cum ne verba quidem ſuppetant, quae contrita ſunt omnia, ideo in recenti hac ſignificatione liberalitatis & amoris erga me, qua uſus es, cum vicarium auguſtani muneris epiſcopalis meum tam benigno hoſpitio accepiſti, confugiam ad illam ſolemnem clauſulam, agere me tibi gratias, quantas poſſum maximas, pollicerique ac profiteri ſtudium, operam, rem meam; quae etſi jandiu tua ſunt, tamen, quod alia ratione te mihi remunerari non licet, hac ipſa repetitione aliquid conſequar, quo memor & gratus eſſe videar: cui omnia ſecunda & opto & precor. Roma. XVIII. (*b*) Kal. jan. M. D. LXII. (*c*) *b c*

praeſertim tam *crebra*, tam *nova*, tam *quotidiana*, erga Truchſeſium, ejuſque domeſticos ac familiares, partim Romae, partim Auguſtae commorantes, ſane non video), quam verbis exaggerata. haec magis, ſi divinare licet, ad Robertum a Berges leodienſium epiſcopum (ad quem aliquot non diſſimili ſtili genere ſcriptae extſtant in hoc volumine litterae) ſcribenti Truchſeſio conveniunt. Quod ſi peccatum in inſcriptione non eſt, tum in adſcriptione peccatum eſſe, ſuſpicabor; neque hanc epiſtolam ad annum 1562. ad quam eam *Tabularium* & codex vaticanus referunt, neque ad 1561. quo anno in noſtro exemplari notata conſpicitur, ſed ad annum 1560. pertinere, exiſtimabo. verſabatur autem decembri menſe ejus anni Viennae Hoſius, nondum cardinalis, ac tantummodo Pii VI. pont. max. ad Ferdinandum caeſarem legatus. ac tum quidem Truchſeſius, nondum Hoſio tantopere familiaris factus, potuit fortaſſe hoc tam officioſarum atque obſequentium litterarum genere uti.

(*b*) XIV. cod. vat.

(*c*) 1561. exempl. Emendavi ex *Tabul.*

X C.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi. (*a*) *a*

Dolet de Concilii turbis & de non exſpectata actorum in Germania romani pontificis confirmatione. *16. dec. 1562.*

Ex poſterioribus tuis literis, VII. id. decembris datis, cognovi, quae minime vellem (*b*), ſed tamen, quae ſemper *b*
veritus ſum ne acciderent. multi ſunt anni, cum iſtos & iſta

(*a*) Recenſui hanc epiſtolam inter eas, quae datae ſunt anno 1562. codicis vaticani auctoritatem, & rerum, quae in ea tractantur, rationem, non Gratiani exemplar, quod anno ſuperiori eam adſcribit, ſequutus. diem vero, in eodem exemplari notatum, etſi mendoſum exiſtimem (nam, quae ſequitur ejuſdem Truchſeſii ad eumdem Hoſium epiſtola, eodem die notata etiam in *Tabulario eccl. rom.* reperitur) tamen retinui; quod neque in decimonono, quem codex vaticanus exhibebat, ſatis acquieſcerem, neque veriorem certioremque afferre poſſem.

(*b*) Non dubito, quin ſignificentur eae concilii turbae, de quibus Pallavicinius agit lib. XIX. c. 5. n. 5. & ſeqq., quem adito.

timeo , nec me delectarunt ſirenum cantus , quorum exitus
habeo cognitos . ne ille quidem , qui , ſapienter admonitus a
c te (*c*), ſui ſimilis eſſe, quam te audire , maluit , fefellit opinio-
d nem meam : & ſunt, qui, nec officii nec beneficii memores (*d*),
omnem exuant humanitatem . ſed mittamus haec, quae dolo-
rem commemorando faciunt. mihi vero perſuaſum eſt, & li-
bere ſemper te dicturum, quae ſentias, nec unquam non recte
ſentire . utinam eſſent tui imitatores multi ! non enim eſſent
e eo loci res , quo non audeo dicere . Confirmatio (*e*) non eſt
expectata in Germania , & is mos , ut alia praeclara & ſaluta-
ria multa, jam obſolevit. ſed ne haec quidem vulnera refrice-
f g mus. Vale. Roma. XVII. (*f*) Kal. januarii. M.D.LXII. (*g*)

XCI.

(*c*) Quid heic & de quo ſignificetur, litteris , ad card. Borromaeum die 2. hujus menſis datis , concilii legati prodiderunt his verbis : *Queſta ſera ancora ſi è andato a pericolo di rumore nella congregatione. ma non è ſtato a gran pezzo, quanto l'altro, & forſe per l'ammonitione , che ſi fece hieri. Il veſcovo di Aliſe nel voto ſuo ha detto molte impertinenze, toccando la poteſtà di noſtro ſignore . Onde io Varmienſe, ch'ero il primo, fui coſtretto a dirgli, che laſciaſſe quel propoſito ; che quivi non ſi era per trattare della poteſtà di ſua beatitudine: &, volendo eſſo replicare, alcuni delli padri ſi levarono, & havrebbono fatto dello ſtrepito, ſe noi non gli haveſſimo ſubito repreſſi, & non ſi foſſero in quel punto ricordati dell' ammonitione del giorno precedente. Aliſe dunque ſeguitò in fin al fine del ſuo voto: dopo il quale io Varmienſe volli caritativamente riprenderlo, havendolo prima conſerito con monſignor illuſtriſſ. di Lorena. Ma eſſo con riſpoſte tuttavia impertinenti ſforzò me Simoneta a dirgli, ch'era un inſolente, & che laſciaſſe hormai dire agli altri.*

(*d*) Carpit heic eumdem illum epiſcopum Aliſanum, non ſatis officii ac beneficii, ab Hoſio in ſe profecti, memorem. Vel proxime ſuperiori menſe de eo Hoſium laboraſſe ex card. Chriſtophori Madruccii ad eumdem Hoſium litteris, die 21. nov. datis, intelligimus. *Ne miretur*, inquit, *dominatio veſtra reverendiſſ. me litteris ſuis, quibus D. epiſcopi Aliſſani, quem magna caritate proſequor, mihi ſubſidium commendavit, hactenus non reſpondiſſe. nam ipſos ego litteras illuſtriſſimo card. Borromaeo non vulgari cum commendatione dederam, ut ille a ſanctiſſ. domino noſtro, quod cupimus, impetraret. Accidit interim comitis Borromaei aegritudo & acerbus interitus, quo turbati vehementer ſumus, tota curia moerore ſqualoreque confecta &c.*

(*e*) Binae creationes proximo novembri menſe in Germania contigerant, altera colonienſis archiepiſcopi & S.R.I. electoris Coloniae, altera romanorum regis Franckfordiae. illum quidem colonienſe ſacerdotum collegium, ſive, ut ajunt, capitulum, hunc ipſe colonienſis archiepiſcopus cum reliquis ſex imperii electoribus crearant. utrique creationi accedere more majorum debebat romani pontificis confirmatio. neutrius tamen tum in Germania exſpectata eſt ; ſed & electus archiepiſcopus de rege creando ſuffragium tulit, & creatus ipſe rex ante coronatus eſt, quam aut illius electionem, aut hujus creationem romanus pontifex confirmaret. de utra confirmatione Truchſeſius loquatur, incertum eſt. potuit utramque, potuit alterutram, regis potiſſimum, deſignare.

(*f*) XIII. cod. vat.

(*g*) 1561. exempl. Emendavi ex cod. vat.

X C I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi. (*a*) a

Seditioſis acriter reſiſtendum eſſe. De Maximiliani, Romanorum regis, coronatione, & de ſpe meliorum rerum. 16. dec. 1562.

NON ſunt homines, ſed hoſtis hominum eſt, qui per eos, qui, ne ſe quidem homines eſſe, recordantur, iſta perturbat (*b*). quare Dei opera eſt opus ad ſedandas turbas: de quo b
non dubito, quin, pro ſua admirabili benignitate, excitet eos viros, qui, ſui & ſtatus & officii memores, motus comprimant, & rerum novarum cupidos concutiant & frangant. in iis maxima ſpes eſt in ſapientia & conſtantia tua (*c*). De Gallis expe- c
cto & opto, ut progreſſio & exitus initiis reſpondeant (*d*). Co- d
rona-

(*a*) In hujus quoque epiſtolae (quae edita etiam eſt in *Tabul.eccl.rom.*p.264.) anno notando peccat noſtrum exemplar, quod eam ad annum 1561. refert, errore manifeſto. nam Maximiliani romanorum regis renunciatio, de qua in ea agitur, non anno 1561. ſed 1562. contigit. codex vaticanus & *Tabularium* in anno 1562. conveniunt, in die diſcrepant. nam ille duodecimum, hoc, quemadmodum etiam noſtrum exemplar, decimumſeptimum Kalendarum diem deſignat, fortaſſe mendoſe, ſiquidem adſcriptus binis ſuperioribus litteris dies mendoſus non eſt. ſed malui in eo acquieſcere, quam in alio, fortaſſe verloſe, inveſtigando tempus, non ſane inſigni cum fructu, conſumere.

(*b*) Vide ſuperioris epiſtolae adnotationes.

(*c*) Hoſium ad ſimilem conſtantiam cohortatus fuerat, nomine ſummi pontificis, card. Borromaeus litteris, ad eum die hujus menſis nono datis: *Contra quos*, inquit, *quicumque illi ſint, erit in primis gratum ſanctitati ſuae, ut reverendiſs. dominatio veſtra & auctoritatis & pietatis ſuae jura exerceat, & tam importunae licentiae ea frena injiciat, quae illi videbuntur ſalutaria pro felici exitu concilii.*

(*d*) Egregie per haec tempora epiſcopi, qui e Gallia advenerant, ac potiſſimum card. Carolus a Lotharingia, concilii patribus, ac praeſertim legatis, ſatisfaciebant. *Molte altre coſe*, inquiunt litteris ſuis, ad card. Borromaeum die 2.hujus menſis datis, *come sà V.S. illuſtriſs. & reverendiſs. che occorre nelli ragionamenti lunghi, paſſarono fra noi, dalle quali tutte ſi compreſe tanto buona mente in quel ſignore* (il card. di Lorena) *& così bene diſpoſto verſo noſtro ſignore & la ſede apoſtolica, che non ſapremmo come deſiderarlavi migliore. &, ſe per noſtra ſciagura non avviene, ch'egli ſia guaſto, non ſarà da aſcrivere a picciola ventura di queſta cauſa la venuta ſua.* Litteris autem, inſequenti die datis, *Hoggi*, inquiunt, *havemo ricevuta la lettera di voſtra illuſtriſs. & reverendiſs. ſignoria di 25.del paſſato, & viſto tutto quello, ch'ella ci ha riſpoſto intorno a quel, che noi le ſcrivemmo haver paſſato con monſignor illuſtriſs. di Lorena, unitamente con gli ambaſciatori di Franza: nè ſappiamo,*

Digitized by Google

e ronatum regem romanorum (*e*) gaudeo, & Dei eccleſiae gratulor. ſpero enim, fore, ut, cum ipſe rex ſua a Deo optata conſequatur, ſe in tanto beneficio memorem & gratum oſtendat. quid enim aliud expectandum eſt ab illis animi & ingenii ornamentis, quibus eſt inſtructiſſimus? quid a rege auſtriaci ge-
f neris, cujus parens, patruus (*f*), majores, caeſares & maximi ac religioſiſſimi caeſares fuerunt? hanc ſpem meam ejus con-
g firmavit oratio (*g*), quam pietatis ac religionis refertam fuiſſe cognovi. augent haec omnia tuae literae, quibus ſcribis, ab internuncio pontificis max. ad caeſarem ſignificari, profeſſum eſſe illum

piamo, che coſa replicarle, ſe non che fin'adeſſo non vedemo in loro coſa, che ci offenda, o ci dia ſoſpetto di mala mente. Denique litteris, die 6. ejuſdem menſis ad eumdem datis, *Hora*, inquiunt, *intenderà con queſta, come il venerdì dopo pranſo monſignor illuſtriſs. di Lorena diſſe il voto ſuo, & lo diſſe così dottamente, con così bell'ordine, & con tanta pietà & vehemenza, che contentò ognuno, & fece reſtare la più parte de' padri maravigliati del giudicio, della ſcienza & dell'eloquenza ſua, in modo, che per molto, ch' egli diceſſe, che non fu meno d'una hora & mezza & forſe due, non parve a niuno, che foſſe longo, ſtando tutti attentiſſimi ad udire & notare le gravi & belle ſue ragioni, ſenza fare uno ſtrepito al mondo. &c.*

(*e*) Maximilianum, Ferdinandi I. imperatoris filium.

(*f*) Carolus V. ejuſdem Ferdinandi frater.

(*g*) In concilii legatorum litteris, die 3. hujus menſis ad card. Borromaeum datis, eadem, niſi fallor, Maximiliani regis oratio ſignificatur his verbis: *La nuova venuta dell'elettione fattaſi del rè di Bohemia in rè de' romani, nella quale ſua maeſtà ha moſtrato tanta conſtanza nelle impertinentiſſime & ſcelerate domande di alcuni di quegli elettori, a noi quì è parſa tale, che meriti, che con qualche publica dimoſtratione ſe ne renda gratie a Dio, & ſe ne faccia ſegno di feſta. & havemo penſato, che ſi canti una meſſa ſolenne, & ſi faccia una oratione & proceſſione, con opinione, che noſtro ſignore debba haver caro, che ſi faccia.* Neque vero poſtea & dicere & facere admodum catholice Maximilianus deſtitit. Caniſius litteris, ad Hoſium die 26. hujus menſis Auguſta datis, *Venit nunc*, inquit, *rex romanorum, ſimulque mater, uxor, & liberi. Confirmet dominus novi regis animum in officio catholicae religionis. Quamdiu ſit Auguſtae adfuturus, ignoro. niſi peſtis impedimentum afferret, coronam acciperet tertiam in Hungaria: ut retulit mihi dominus Ilſungus, caeſaris conſiliarius... Regis & reginae magnificum ingreſſum, quem Bavariae princeps illuſtriorem reddidit, catholici laetis animis exceperunt. Clerus auguſtanus non ſine ſolenni pompa proceſſit obviam, & in ſuum templum primarium eundem regem, & reginam induxit. Itum eſt porro ad ſummum altare, & decantatae gratiae Deo publice, vellent nollent audire adverſarii. Te Deum laudamus. nam falſum rumorem ſparſerant adverſarii, ſuarum eſſe partium regem Maximilianum, quem gaudemus nihil in his remittere, quae ad catholicae profeſſionis ſpecimen vulgo exhibendum ſpectant. Confirmet in illo rex regum Chriſtus, ut hoc nomine & honore caeſareo ſe dignum praebeat continenter. &c.* Vide etiam inter Hoſii editas epiſtolas quinquageſimam, qua Maximiliano de romanorum hoc regno gratulatur.

illum de ſuo ſtudio & obſervantia erga ſanctam ſedem apoſtolicam. Deus (*b*) approbet omnia, ipſique romanorum regi, ſic *b*
animato & parato, omnia ex ſententia ſuccedant. te vero Deus
eccleſiae ſuae ſalvum & incolumem ſervet. Roma. XVII. (*i*) *i*
Kal. januarii. M. D. LXII. (*k*) *k*

(*b*) *Deus igitur approbet &c.* Tabul.
(*i*) XII. cod. vat.
(*k*) 1561. exempl. Emendavi ex *Tabul.* & ex cod. vat.

XCII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Maximiliano regi.

Romanorum regnum, illi delatum, gratulatur. 18. dec. 1562.

AD ſummam laetitiae voluptatem, qua affectus ſum, pro veteri ac praecipuo ſtudio, fide & pietate erga te mea, cum primum huc nunciatum eſt, te, admirabili & principum conſenſione & omnium approbatione, regem romanorum creatum (*a*), & caeſarem auguſtum deſignatum (*b*) eſſe, magnus *a b*
cumu-

(*a*) Maximiliani, Bohemiae regis; in regem romanorum haec renunciatio non niſi anno 1564. a Pio IV. comprobata eſt. qua de re ſunt illa in Borromaei litteris, ad Hoſium datis die 5. febr. 1564. *Hodie* S. D. N. *frequentiſſima cardinalium concilio ſereniſſimi romanorum regis electionem confirmavit, ſuppletis & cumulatis omnibus, quaecumque ei electioni deeſſe viderentur. qua in re ſic & Ferdinandi caeſaris & Maximiliani regis majeſtates commendavit, nihil ut praetermiſerit, quod poſitum eſſet in declaratione amoris & paternae charitatis, aut in honore verborum. Perendie dabitur publicus ſenatus regio legato, in quo is S. D. N. debitum obedientiae officium praeſtabit.* Vide epiſt. *Bene de* d. 28. nov. 1562.

(*b*) Creatio romanorum regis erat eadem caeſaris ſive imperatoris auguſti deſignatio. de qua creatione atque deſignatione haec Gratianus libro XV. *De ſcriptis invita Minerva*, huc pertinentia, prodidit: *Poſt mandatam a pontifice max. occidentalium provinciarum curam Carolo magno, traditumque illi, ob excellentem viri virtutem illuſtriaque in rem chriſtianam merita, romani imperii jus nomenque, inter eos, qui, extincta Caroli ſtirpe, id ſibi juris arrogabant, italos, gallos, germanos, magnae ſaepe contentiones bellaque extitere, dum quiſque rem ad ſe trahere conatur. his diſſidiis cladibuſque, quibus reſpublica lacerabatur, ut finis aliquando imponeretur, certaque eſſet creandi caeſaris ratio, ſimulque ut romanos, a quibus pulſus urbe fuerat, ulciſceretur, ac gentis ſuae honori atque amplitudini conſuleret, Gregorius V. pontifex max. vir ſaxonicae ſtirpis, lege ſtatuit, ut caeſar a germanis deſignaretur, deſignatus, romanorum rex appellaretur; ac tum demum imperatoris atque Auguſti nomen juſque adipiſceretur, cum ei a pont. max. tradita honoris inſignia, & impoſitum Romae aureum diadema eſſet. Poſtremus omnium hunc ſervavit morem Carolus quintus, a Clemente ſeptimo*

Digitized by Google

cumulus acceſſit ex ſermone illuſtris viri Joannis Marricqui, qui ſingularem benignitatem literarum tuarum ſubſecutus eſt ipſe mirifica humanitate orationis, & veritate expoſitionis rerum omnium, quemadmodum actae eſſent; ut id mihi magno argumento ſit, te ſpectatum habere & cognitum proprium atque perpetuum amorem & obſervantiam meam, qui mihi commune hoc chriſtianorum hominum gaudium praecipue quodammodo impertire volueris. quamobrem tibi pro tanta in me benignitate gratias ago, quantas poſſum maximas: Deum vero precor, ut, qui divino hoc ſuae bonitatis beneficio ac munere chriſtianam eccleſiam, graviſſimo ejus tempore, incredibili omnium voluptate afficere voluit, idem tibi & vitam & vitae proſperitatem dare velit. mihi enim perſuaſum eſt, ſi illa tibi adfuerit (quod precari & ſperare non deſinam) divinitus adjuncta felicitas, in primis opera ac virtute tua beatam ac felicem fore rempublicam. nota ſunt & illuſtria animi, conſilii, ingenii tui bona, quae tanta ſunt, ut ſummam in orbe (*c*) terrarum auſtriacae nobilitatis gloriam, ſummum (*d*) iſtum regium honorem exaequare aut ſuperare etiam poſſe, videantur. nulla eſt, poſt inſtitutam Jeſu Chriſti, domini noſtri, eccleſiam, uberior familia aut regibus & imperatoribus, aut regiis & imperatoriis laudibus, quam auſtriaca; quam ideo maximis in terris honoribus Deus ornatam & amplificatam voluit, ut in ea proprium eccleſiae ſuae ſubſidium & ornamentum conſtitutum eſſet. quare, ut auſtriacos reges ac caeſares caeteris omnibus praeſtitiſſe, ſcimus, ſic te illis digniſſimum eſſe, intelligimus. itaque iterum a Deo peto ſummis precibus, ut regiam iſtam tuam caeſareamque virtutem vigentem ſervet & incolumem. de me vero polliceor ac profiteor tibi perpetuam eandem illam ſingularemque

primo caeſareis donatus inſignibus anno 1530. Tertius jam caeſar rem, tot ſaeculis inveteratam, omiſit. nam & Ferdinandus, Caroli frater, & Maximilianus, Ferdinandi filius, atque is, qui nunc imperat, Rodulphus diadematis honore caruerunt .... Mutata quoque appellandi ratio videtur, cum, ut diximus, qui deſignatus eſſet, & caeſar & rex romanorum diceretur, appellatione imperatoris abſtineret, niſi prius imperii ornamenta a pont. max. accepiſſet. nunc, quia Ferdinandus viventi ſibi ſucceſſorem filium deſignari impetravit, inventum, ut deſignatus Rex romanorum, *Ipſe* electus Imperator *diceretur: quod nunc in Rodulpho quoque ſervatur*. Vide praeterea, quae ad hunc ipſum locum adnotavimus in noſtra ejus operis florentina editione anni 1745.

(*c*) *orbem* exempl. Emendavi ex cod. vat.

(*d*) Videtur deſiderari aliquid, aut ſaltem particula & praecedere debuiſſe. Sed non alia codicis quoque vat. lectio eſt.

remque fidem ac pietatem meam, quam ſemper antea debitam & addictam parenti (*e*), ac patruo tuo (*f*), glorioſis imperatoribus, totique praeſtantiſſimo generi veſtro ex animo vereque praeſtiti. Roma. v. Kal. januarii. M. D. LXII. *e f*

(*e*) Ferdinando I. (*f*) Carolo V.

XCIII.

N. N. Cardinali Auguſtano. (*a*) *a*

Operis muſici dedicatio. ſ. extremo 1562.

QUO magis intelligo, libentius in dies verſari te, princeps & cardinalis ampliſſime, in ſtudio divini cultus (*b*), nihilque antiquius habere, quam ut aut ipſe ſacra pie riteque facias, aut eádem ratione illis faciendis interſis, praeſertim ſi Dei & ſanctorum hominum laudes muſicorum ſonis ac vocibus modulate celebrentur (*c*), propterea ego, pro eo quanti te meri- *b* *c*

(*a*) Appáret, nuncupatoriam epiſtolam eſſe hanc, operi muſico in lucem edendo praefigendam, auctoris rogatu ac nomine a Pogiano ſcriptam: auctoris autem nomen & ſcribendi tempus non appáret. apparebit vero aliquando, ſi quis in ipſum librum, ſiquidem editus is fuit, inciderit, & de hac epiſtola cogitaverit. Interea ſatis habebimus eam extremo hoc anno 1562. recenſere, qui alter e tribus fuit, quibus Pogianus apud cardinalem Auguſtanum vixit.

(*b*) Oldoinius in Vita card. Truchſeſii, *Othoni*, inquit, *huic cardinali Franciſcus Mucantius inſcripſit librum Paridis Craſſi de caeremoniis cardinalium & epiſcoporum in ſuis dioeceſibus; & in nuncupatoria epiſtola haec de illo habet: „ Accedit etiam, quod liber ejuſmodi eſt, ut nullum magis deceat, quam te: quippe qui caeremonias tanquam Deo gratas, atque ad animos hominum in religione confirmandos augendoſque apprime utiles, & perfecte teneas, & lapſas magna ex parte, exinanitaſque vitio temporum, quantum in te eſt, erigis, atque, ut ſua in dignitate ſerventur, ſedulo operam das. Unde domus ipſa tua omnibus exemplo eſt; in qua tu, egregiae tuae erga Deum pietatis documenta, divina officia ſacrificiaque ſolemniter ac rite quotidie celebrari, ſuaviſſimaque phonaſcorum & omnis generis ſymphoniae concentu, aliiſque ornamentis decorari jubes „.*

(*c*) Quintus quoque Marius Corradus, M. Antonii Vulpii, muſici praeſtantiſſimi, rogatu ac nomine, nuncupatoriam epiſtolam ad Carolum Caraffam cardinalem ſcripſit; in qua de muſicae praeſtantia, deque ejus in ſacris uſu leguntur illa: *Quare non illo quidem utor argumento, quod muſicis cantibus mortales omnes capiantur .... haec, inquam, omitto omnia, quum ea re potius nobiliſſimam & antiquiſſimam rerum omnium declarent ſapientes muſicam fuiſſe, quod Muſae ab iis dicantur jam tum a tempore infinito Diis canere in caelo, quae*

Ὑμνοῦσαι τέρπουσι Διὸς νόον ἐντὸς Ὀλύμπου:

quemadmodum Heſiodus, & qui primi, ſapientiam ſequuti, veritatem ac rerum

Digitized by Google

merito tuo facio, aliquot rei divinae, id eſt ſanctiſſimae miſſae, formulas, hilarioribus quibuſdam muſicis rationibus ac legibus expreſſas, ad te detuli, & ampliſſimo tuo nomine pervulgandas putavi. quibus ſi, ut proximis meis cantibus, te delectari animadvertero, dabo operam, ut aliquod in dies artificii mei diligentius opus extet, quo benignitati tuae, cui plurimum debeo, gratum & memorem animum meum oſtendam.

JULII

rum naturas, excellentiſſimo ingenio perquiſitas, fictis in fabulis tradiderunt. quid igitur aut antiquius aut jucundius eſſe poteſt, quam id, quod ſimul cum Diis natum ſit, & Deos etiam ipſos voluptate poſſit afficere? reliquae etiam artes ac diſciplinae ab hominibus & hominum ipſorum gratia quum ſint repertae, ſola muſica ita ad Deos pertinet, ut, quemadmodum non poëtae ſolum ac philoſophi dixerunt, verum ſacris etiam in literis quotidie legimus (id, quod ne dubitare quidem fas eſſe, ducimus), mentes illae ſingulares ac ſempiternae, virtute ac gloria imperatoris Dei celebranda, coelum ipſum perpetuo cantu & muſica ſuavitate permulceant .... Quare tu nec viliſſimum omnino munuſculum hoc meum arbitrabere, & ſtultos illos atque inſanos eſſe, judicabis, qui, ſua ſcelera & vitae maculas ſimulatione pietatis occultantes, furioſiſſime clamitant, modos muſicos & muſicae praeceptores de communi ſocietate hominum ejici debere. illi enim & Deorum auctoritate, & maximi quondam regis, ejuſdemque ſanctiſſimi vatis, inſtituto Davidis refutantur, &, conſenſu omnium pene gentium ac ſeculorum, non ad ludos tantum, bella, & recreandos animos, verum multo magis ad ſacra omnia adhiberi muſica conſuevit.

JULII POGIANI
EPISTOLAE
ANNO MDLXIII. SCRIPTAE.

I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Martino Croméro.

De felici Franckfordienſis conventus exitu. De Poloniae regis negocio. De Hugonotorum in Gallia clade. 2. jan. 1563.

NUllum eſt onus aut munus, quod non virtute, conſilio, ac prudentia perferre & explere poſſis; nullum officium, quod amicorum & praeſertim mea cauſa recuſet humanitas tua. quare, etſi ſummus eſt meus in te amor, tamen in judicio de te plus veritati tri-
buo, quam voluntati erga te meae. Exitum rerum iſtarum (*a*) a
vobis gratulor, Deumque precor, ut illis reliqua reſpondeant.
Utinam mihi major quotidie occaſio detur proferendi ac decla-
randi ſtudium & obſervantiam meam erga regem veſtrum (*b*)! b
non fallam opinionem tuam. iſtic res ex ſententia vobis ſucce-

(*a*) Significat, ut opinor, res actas in comitiis franckfordienſibus, ac praeſertim Maximiliani in regem romanorum creationem. Conſule ſuperiores epiſtolas.

(*b*) Sigiſmundum Auguſtum, Poloniae regem. Cromerus autem, ejus ad Ferdinandum imp. orator, hoc in mandatis regiis praecipuum habuerat, ut de barienſi negocio (de quo vide epiſt. *Facit ſummus* d.23. mart.1560. & epiſt. *Etſi nulla* d.14. nov.1562.) cum imperatore ageret. Truchſeſius vero eamdem rem apud Philippum II. hiſpaniarum regem, qui illius controverſiae arbiter cum Ferdinando imp. a Sigiſmundo Auguſto conſtitutus fuerat, per litteras egerat. *Cauſam* (inquit in illa eadem epiſt. *Etſi nulla*) *sereniſſimi regis veſtri catholico regi & per literas, & per eos, qui apud eum gratia valent, quam potui diligentiſſime commendavi.*

dere, vehementer & cupio & ſpero. Magna in ſpe etiam ſum, iſtam tranquillitatem a Deo approbatum iri. neque eſt aut parvum aut obſcurum ſignum Dei erga nos benignitatis recens
c clades impiorum in Gallia (*c*): cui rei confido, fore, ut caetera conſentiant. Tuum diſceſſum, vel adventum potius, proſequor optimis ominibus. Vale, mi optime ac prudentiſſime Cromere. Roma. IIII. non. januarii. M. D. LXIII.

II.

(*c*) De qua clade, & de tridentinorum patrum, ejus cauſa, laetitia audiendus Pallavicinius lib. XIX. *Hiſt. concil. trid.* cap. X. *n.* 3. *Or continuando queſti* (il Gualtieri) *a penſar ogni via per procacciar la benivolenza de' franceſi, propoſe a' legati, come le guerre di quel rè con gli ugonotti erano in tal pericolo, che conveniva invocar in maniera particolare il divino ajuto ... Onde i legati riputaron laudevole il compiacerlo. e nella mattina de' 28. di decembre, feſta de SS. Innocenti, fecero ſacrificare a queſto fine ſolennemente da Egidio Epifanio, veſcovo di Nivers; e dipoi celebroſſi una publica proceſſione da tutto il concilio, e da tutti gli amboſciadori. Indi sù le ventidue ore comparve al cardinal di Loreno un corriero del duca di Savoja, con la copia d' una lettera, ſcritta a quel principe dal rè di Francia. Quivi ſi conteneva, che o diciannove di decembre eranſi azzuffati gli eſerciti quinci del rè, e quindi degli ugonotti: che il ſecondo havea ſoſtenuta grande ſconfitta, con la prigionia del principe di Condè, che n'era il condottiere, in poter del duca di Guiſa: al quale doveaſi interamente la gloria e la proſperità del ſucceſſo. imperochè Anna di Memoransì, grancontestabile e ſupremo generale delle genti regie, con una ſua conſueta diſgrazia era ſtato ferito e preſo dagl'inimici; i quali cantavano già il trionfo, e poſſedevano la palma, ſe 'l duca, ſpingendo la retroguardia con la ſchiera de' guaſconi e degli ſpagnuoli, e reintegrando il combattimento, non l'haveſſe loro tolta di mano ... Andò preſentemente il cardinal di Loreno a darne contezza a' legati: e ſenza intervallo tutto il concilio tornò in chieſa, mutò le preghiere in ringraziamenti: e dopo queſto ufficio, renduto a Dio, tutti ſi congratularono col cardinale ... Datoſi agio conveniente di dodici giorni al Belcari, veſcovo di Metz, huomo preclaro nell'eloquenza, hebb'egli il concilio per auditorio d'una magnifica orazione in laude de' vincitori ... Offerſe la ſteſſa mattina un ſolenne ſacrificio di grazie il cardinal di Loreno, e di poi tenne a convito i cardinali, gli ambaſciadori, e molti prelati. Ma, per uſar inſieme la debita gratitudine a quelli, che havevano comperata la vittoria alla religione non ſolo con avventurare, ma con dare la vita. i quali erano molti in numero, ed egregij in condizione, fu celebrata a loro ſovvenimento il dì appreſſo da Lodovico di Preſte, veſcovo di Meaux, una meſſa di requie, aſſiſtendovi tutto il concilio.*

Digitized by Google

I I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

Hoſii de concilii actis litteras pontifici & card. Borromaeo valde probari. De Staphyli & Caniſii litteris. 2. jan. 1563.

EGI cum Borromaeo cardinale de reſponſo ad tuas literas, ad quas ſe ille ſemper affirmat reſpondere, praeſertim cum res ſunt ejuſmodi, de quibus ſit certior, ut ad illas literas reſcribi neceſſe ſit. unum quidem ille & pontificem & ſe vehementer cupere oſtendit, ut, cujus (*a*) rerum narratio & expoſitio eorum, quae acta ſunt, ſemper in literis eſt veriſſima & prudentiſſima, & ob eam cauſam ipſis gratiſſima, ad explicationem actorum adjungas etiam judicium, conſilium & opinionem tuam: ut intelligant, non modo quomodo res actae ſint, ſed etiam quid agi oportuerit vel oporteat, & omnino de ſingulis rebus quid tibi videatur (*b*). amant illi te vehementer, tuaeque religioni ac ſapientiae tribuunt plurimum. quamobrem etiam tuam ſententiam requirunt, qua nihil ſibi oſtendunt jucundius poſſe contingere. Remitto tibi Staphyli (*c*) literas, quas reddidit Borromaeus cardinalis: Caniſii (*d*) etiam, cum primum

(*a*) Hoc, opinor, dicit: Vehementer & Borromaeus & pontifex unum illud cupiunt, ut tu, cujus narratio rerum & expoſitio actorum eſt ſemper in tuis litteris veriſſima ac prudentiſſima, idem ſententiam tuam de iiſdem rebus atque actis adjungas.

(*b*) Prope gemina Borromaeus ipſe ad Hoſium ſcripſerat litteris, die 15. jul. 1562. datis. *Quibus omnibus in rebus*, inquit, *mirum in modum prudentiam & pietatem D. V. R. commendat* (ſummus pontifex), *hortaturque eam, ut ſaepe & prolixius ſcribat de rebus omnibus, quas fieri aut non fieri debere, judicabit*.

(*c*) De Friderico Staphylo vide epiſt. *Georgii* d. 3. aug. 1560. & epiſt. *Quo meliore* d. 28. febr. 1561.

(*d*) Caniſii litteras eas, puto, ſignificat, quae datae fuerant ab illo ad Hoſium die 11. nov. an. 1562. de re, de qua non mediocriter card. Borromaeum laboraſſe, ſcio. eae ſunt hujuſmodi: *Expedivi cauſam apud illuſtriſs. dominum a Luna, redditis illi litteris, & explicata periculi magnitudine, niſi antiſtitum hiſpanorum animi (etſi non de omnibus loquor) ſe praebeant in ſynodo tractabiliores. Vere Satan inter fratres haec diſcordiae ſemina ſpargit, quae potenti virtute Chriſtus ſupprimat, ſi rationibus & conſiliis humanis opprimi non poſſunt. Ut ad dominum a Luna revertar, haud ſine animi moleſtia hoc loco* (Auguſtae) *ſui & catholici regis ille mandata expectat, quibus acceptis iſthuc ſe illico properaturum recipit. Scribit autem modo ad archiepiſcopum granatenſem* (Tridenti commorantem), *uti ſuaſit amplitudo tua, & hortatur ſuos epiſcopos* (hiſpanos)

primum eas reddiderit, remittam. Vale. IIII. non. januarii. M. D. LXIII.

nos) ad ſtudia tranquilliora, utque moderate agant in hac temporum iniquitate. Dixi de illuſtriſſimis legatis etiam, quorum cauſam illi difficiliorem reddunt, qui promovere poterant & debebant maxime. Alia per ſuum procuratorem aut ſecretarium iſthic expediet. Juſſit & ſalutari celſitudinem tuam, quam in pretio habere & colere mihi videtur. Hanc cauſam vero ne alii reſciſcant, bona fide curabo. Precandus eſt ſane Chriſtus, ut in ſynodo patribus unitatem ſpiritus largiatur, & ſatanae compeſcat ſtudia, qui praeclarum hoc inſtitutum vellet abrumpi turpiter, & in ſchiſma demum converti.

I I I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Pio IV. pont. max. (*a*)

E.6.jan. 1563.

Non videri ſibi ad novam cardinalium creationem hoc quidem tempore deveniendum.

BEatiſſime pater. Vehementer doleo, me ſingularem benignitatem ſanctitatis veſtrae, quam alioquin admiror, propter rerum ac temporum conditionem probare non poſſe. nam,

(*a*) Hanc epiſtolam, ſive potius hunc codicillum ſcriptum fuiſſe appáret, concilio tridentino nondum abſoluto, eo ipſo die, quo ſeuatum de novis cardinalibus creandis Pius IV. habiturus erat, cui ſenatui intereſſe card. Auguſtanus valetudinis cauſa non potuit. Pius autem unum modo ejuſmodi ſenatum, concilii tridentini tempore, habuit, die ſexta januarii an. 1563. quo ſenatu non niſi duos cardinales renunciavit, Fridericum Gonzagam & Ferdinandum Medicium, alterum e mantuanis, alterum e florentinis principibus. Eo igitur ejus anni die datum hunc codicillum ſtatui: quem quidem nobis non Gratiani exemplar, ſed codex barberinianus praebuit. Caeterum de eadem hac cardinalium creatione ſunt illa apud Pallavicinium lib. XIX. cap. 12. n. 2. *Nella feſta della Epifania, giorno fauſto a sè, come anniverſaria della ſua coronazione, tenne* (Pio IV.) *una general congrega di cardinali, e ne aggiunſe loro due di prima grandezza. L'una fu Federigo Gonzaga, n:pote del già detto card. Ercole, e fratello del duca: e nell'atto del dlebiararlo ſi ſteſe molto in commendare i meriti di quel legato, e i pregi di quella casa. Il novello porporato a differenza del card. Gonzaga ſuo cagino, e del zio, chiamato* di Mantova, *preſe la denominazione dell'altro ſtato fraterno* di Monferrato. *finchè, morendo il zio, ſuccedette nella ſua. Il ſecondo promoſſo fu Ferdinando de' Medici, figliuolo del duca di Fiorenza, che dianzi ne bavea perduto un altro* (Giovanni, morto in Piſa il dì 25. nov. 1562. in età d'anni diciotto) *ornato della medeſima dignità ... E ben gli oſſequij di Coſimo verſo la ſede apoſtolica, e i giovevoli ufficij, che per ſoſtegno di eſſa faceva egli continuo co' veſcovi ſuoi dependenti, meritavano sì fatta retribuzione, la quale fu tanto maggiore, quanto il figliuolo era minore, nè ſopra l'undecim' anno. Ma peravventura concorſero a muover il papa i lampi, che già vedevanſi nel fanciullo. di quell'alto ſpirito, e di quel raro ſenno, ond'egli poi e in qualità di cardinale diè ſommo ſplendore alla corte romana, e in podeſtà di granduca recò ſegnalato onore all'Italia.*

Digitized by Google

nam, etſi ſanctitatis veſtrae eſt optimus animus, quae, tribuendo honores ampliſſimos praeſtantibus viris, confirmare cupit ſedis apoſtolicae praeſidia, & illis praemiis excitare multos ad ſtudia virtutis, tamen praeclaro iſti conſilio praeſens eccleſiae ſtatus adverſatur. calent enim aures noſtrae querelis provinciarum, ſpecie reformari omnia, re pauca; quaeri modum in levibus actionibus, cardinalium numerum, rem omnium graviſſimam, progredi in infinitum, &, cum ſit ordo frequentiſſimus, non curari, ut majori multitudine ſordeſcat; tantum id agi, ut muniatur via ad ſpem poſteritatis. quae res etiam alit audaciam externorum hominum, ut audeant praefinire numerum cardinalium, palamque dictitare, vigente concilio, in diſceptatione ſummarum rerum, hanc cogitationem magnum eſſe argumentum vel incuriae vel contemptionis. haec omnino male interpretata ratio ab iis, qui in nos non bene affecti ſunt, exulcerat multorum animos, & ad effundendam veneni vim impellit, tentandaſque eas quaeſtiones, quas horret animus meminiſſe. mitto, quod, cum agitur de adornandis excellentibus viris, & de ſancta ſede optime meritis, aliquot praeteriri neceſſe eſt, qui, cum nec meritis nec exteris ornamentis cedant illis, quorum ratio habeatur, jure conqueri poſſe videantur. multa praetereo, quae moleſtiſſime audire cogor. tantum igitur, pro obedientiae & conſcientiae meae officio, cum per valetudinem hunc conciſtorii diem obire non poſſim, humiliter ſanctitati veſtrae hoc libello ſignificandum putavi, liberale ejus & benignum conſilium, ſi non omnino abjiciendum, ſaltem in commodius tempus mihi differendum videri.

IV.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

Uberes e gallicana victoria religionis catholicae fructus ſperat. Vergerii in Hoſium maledicta laudationis loco eſſe habenda. 9. jan. 1563.

NON video quid nobis, hoc quidem tempore, ad ſpem meliorum rerum & conſtituendae reip. accidere poſſet optatius, quam gallicana victoria (*a*); ſi modo victoriae fructus, qui uni Deo debentur, non intervertantur ab aliis, & ad privata

(*a*) Vide ſuperiorem epiſt. *Nullum eſt* d. 2. jan.

vata commoda ſevocentur. illa clades impiorum magnum momentum habet ad ſacras & profanas res componendas: cujus laetiſſimi nuncii cauſam ſuſtinet Dei benignitas; quam utinam agnoſcamus! utinam nihil virtuti noſtrae, totum illius immenſae bonitati tribuamus! Tridentinae actiones, quo minus interdum de illis ſubtiliter certior fio, eo me magis commovent. ſed idem omnino nobis melius conſulet Deus, quam ipſi nobis
b proſpicere ſtudeamus. Me quoque Vergerii (*b*), illius deſertoris ac perditiſſimi hominis, nefariae in te declamationes valde delectant. nam, etſi nullum tibi ab optimis & ſummis viris virtutis, prudentiae, religionis praeconium deeſt, tamen non eſt leve egregiae laudis teſtimonium vituperatio illius immanis belluae; quae aliquando delapſa in foveam obruetur. ac tibi qui-
c dem, quemadmodum memini me antea ad te ſcripſiſſe (*c*), jucundum eſſe debet, eundem illum in te perbacchatum eſſe, qui magnum illum ſanctiſſimumque pontificem Gregorium concidere auſus ſit toto volumine. conjungunt enim te cum illo praeſtantiſſimo viro multae virtutes; proxime etiam copulavit titu-
d lus (*d*) ſancti Pancratii; ex quo ille loco ſummotis olim presby-
e teris, qui ſuo muneri non ſatisfaciebant, ei (*e*) ſodalium ordi-
f ni, qui nunc habitant (*f*) in illo templo, divinum cultum attribuit.

(*b*) De Petro Paullo Vergerio, primum juſtinopolitanorum epiſcopo, deinde ad lutherianos transfuga, & peſtilentium libellorum contra catholicos, atque in primis Hoſium, auctore, vide epiſt. *In tuis ad me* d.8. jan.1560. & epiſt. *Decimoquinto Kal.* d.22.nov.1561.

(*c*) In eadem illa epiſt. *In tuis ad me* his verbis: *Atque iſtum quidem novum exagitatorem legationis tuae, veterem vero & ſuae ſalutis proditorem & deſertorem alienae, eſt quod gaudeas, eodem tibi ore maledixiſſe, quo antea ſancto Gregorio papae maledixerat*.

(*d*) Vide epiſt. *Ego mihi* d.28. aug. 1562. & epiſt. *Biduum* d.5. ſept. 1562.

(*e*) & exempl. Gratianus emendavit.

(*f*) Neque ii ſodales, quibus S. Gregorius, cognomento Magnus, S. Pancratii aedes attribuit, eas Truchſeſii aetate incolebant, neque, qui eaſdem hac noſtra incolunt, non alii ſunt, quam qui aut Gregorii aut Truchſeſii aetate fuerunt. De qua re eruditus ac diligens anonymus, qui anno 1750. opus, tribus voluminibus comprehenſum, & *Roma antica e moderna*, inſcriptum, Romae vulgavit, pagina primi voluminis 265. *Fu*, inquit, *queſta chieſa eretta ſopra il cimiterio di S. Calepodio, a cui fu dedicata da principio, ed ora a S. Pancrazio, martire romano, che ſoſtenne il martirio in età d' anni quattordici. La fabricò S. Felice I. intorno all'anno 272. L'ampliò Felice II. nel 485. e la riſarcirono S. Simmaco e Onorio I. come notano il Bibliotecario ed il Ciacconio. S. Gregorio Magno la conceſſe a' Benedettini, ſecondo la lettura delle ſue epiſtole: per la partenza de' quali venne ad eſſer poſſeduta dalli religioſi di S. Ambrogio ad Nemus, iſtituiti nella città di Milano da trè gentiluomini, cioè Aleſſandro Crivelli, Alberto Beſozzi e Antonio Pietraſanta. Leone X. la decorò col titolo di Cardinal prete: e finalmente la rinovò quaſi tutta il*

tribuit. quamobrem non debes recuſare communem vituperatorem, ut ſis alter paene Gregorius: cui & hunc & multos annos laetiſſimos precor. Roma. v. idus januarii. M. D. LXIII.

il card. Ludovico Torres, chiamato di Monreale, nel 1609. e nel 1673. le diedero l'ultima mano i padri Carmelitani, a' quali fu conceduta da Aleſſandro VII.

V.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Regi Galliae. (a) a

Relatam de Calvinianis victoriam gratulatur. 15. junii 1563.

ETSI pax & tranquillitas provinciarum magnum eſt ſignum Dei benignitatis erga provinciales homines, & certum argumentum ejuſdem amoris in eos, qui potiuntur rerum, tamen illud eſt illuſtrius indicium divinae erga reges voluntatis, cum, perturbatis & inteſtino bello laborantibus regnis, ab illis incolumitas & ſalus ſubjectis populis importatur. in his admirabilibus facinoribus ſumma dignitas ineſt & gloria ſingularis, quae tanto illuſtrior eſt (b). ergo tibi hoc tempore documentum dedit Deus quantopere te amaret, quem in iſto belli incendio, quod regno florentiſſimo intulerant divinae religionis & regiae majeſtatis hoſtes acerrimi, ſumma admiratione omnium gentium, glorioſa victoria decoravit. iſta clades impiorum hominum, qui omnia & divina & humana jura pervertebant, neque ſolum Galliae, ſed Italiae & omnium reip. chriſtianae partium ſacra & profana bona immani ſpe devorabant, tuas laudes ſuſtulit in caelum, qui ea aetate (c), qua nemo unquam rex quicquam ejuſmodi cogitavit, eam peperiſti gloriam, quam vix quiſquam ulla memoria confirmata aetate eſt conſecutus. Galliae reges inſignibus religionis & chriſtianae fidei ornamentis caeteris ſemper praeſtiterunt, quorum maximis viribus & opibus munita fuit Dei eccleſia, Jeſu Chriſti vicarii tuti fuerunt. quare etiam merito ſuo glorioſum illud Chriſtianiſſimi cognomen adepti ſunt. immortale iſtud regii nominis inſigne, quod tu

(a) Is erat Carolus IX. Henrici II. filius, Franciſci II. qui nonis decembribus anni 1560. aetatis ſuae decimoſeptimo, nullis e Maria, Scotiae regina, ſuſceptis liberis, deceſſerat, frater. De hac ejus victoria vide epiſtolam *Nullum eſt* d. 2. hujus ejuſdem menſis.

(b) Mendi notam adſcripſit in exemplaris margine Gratianus: & certe mendoſus locus eſt; neque ad eum emendandum quidquam opis a codice vaticano, aeque heic mendoſo, peti poteſt.

(c) Agebat tum Carolus rex aetatis annum circiter decimumquartum.

d e tu a parente (*d*) & avo (*e*), praeſtantiſſimis regibus, caeteriſque
majoribus haereditarium accepiſti, puerili aetate factis immor-
talibus per te partum habes: ut, quantum regii ſplendoris ac
décoris ab illis traditum tenes, tantundem illis ipſis jam nunc
f reddidiſſe videaris. incredibili iſto ſuae (*f*) benignitatis pigno-
re & ſibi te devinxit Deus, & tibi bonos & pios omnes obliga-
vit, ut ipſe, invicto exercitu ac ducibus tuis, armiſque felici-
bus, Dei gloriae & apoſtolicae ſedis amplitudini conſecratis, ad
utriuſque, regiique nominis inimicorum perniciem fidenter uta-
ris; nos, id eſt omnes, qui ſe catholicos eſſe meminerint,
ſingulares gratias ſummamque obſervantiam tibi debeamus.
quamobrem ego tanta divinae voluntatis declaratione erga te,
tantiſque tuae gloriae & felicitatis initiis ſummopere laetatus,
tibi, quam qui maxime, gratulor, egregiamque obſervantiam
ac pietatem meam defereus, eidem tibi precor divinae beni-
gnitatis & proſperitatis cumulum. Romae. XVIII. Kal. februa-
rii. M. D. LXIII.

(*d*) Henrico II. qui ab anno 1547. ad 1559. regnavit.

(*e*) Franciſco I. qui a 1515. ad 1547. regnarat. (*f*) *tuae* exempl. Emendavi.

V I.

a Otho Truchſes Card. Auguſtanus Reginae Galliae. (*a*)

25. jan. 1563.

Eamdem victoriam gratulatur.

IN maxima omnium gratulationis cauſa, quae & Dei glo-
riam, & Galliae, vel potius reip. chriſtianae, ſalutem, & ſum-
mam tuam felicitatem complectitur, vehementer velim poſſe ad
te uti illo gratulationis genere, quod rei dignitatem exaequa-
ret. ſed facti praeſtantia ſuperat cogitationis meae vim, nedum
orationis facultatem. veruntamen, quod & officii mei ratio,
& vetus erga te pietas & obſervantia poſtulat, id, quomodo
potero, brevi complectar. Non arbitror, fuiſſe ulla memoria
regio iſto honore faeminam, majore generis ſplendore atque
amplitudine, & illuſtriore fortunae gloria praeditam, quam te;
b quae duorum (*b*) pontificum, omnium, quos meminerimus,
c maximorum, neptis, fortiſſimi & glorioſi regis (*c*) uxor fuit,
d ſocrus vero alterius regis (*d*) ſit, optimi ac potentiſſimi, mater
prae-

(*a*) Catharinae, Laurentii Medicii florentini, Urbini ducis, filiae, Henrico, aurelianenſium duci, deinde Galliarum regi, die 4. octobr. an. 1533. nuptae.

(*b*) Leonis X. & Clementis VII.

(*c*) Henrici II.

(*d*) Eliſabetha, Catharinae hujus filia, Philippo II. Hiſpaniarum regi die 22. jun. an. 1559. nupſerat.

Digitized by Google

praeterea duorum regum (*e*) chriſtianiſſimorum ; quorum alter (*f*) patriae & avitae indolis deceſſit , alter (*g*), majoribus ſuis omnibus praeſtantiſſimis regibus digniſſimus, commendationem ineuntis & aetatis & regni duxit a belli , omnium graviſſimi atque juſtiſſimi, victoria maxime admirabili . ex iſtis omnibus ampliſſimis muneribus , quibus praepotentis Dei benignitas te locupletavit, nullum exiſtimo fuiſſe praeſtantius, quam quod regem puerum filium victorem videris illorum hoſtium, qui eodem tempore divinae & regiae majeſtati nefarium bellum indixerant . ſingularem hanc Galliae totiuſque eccleſiae Dei laetitiam tu peperiſti; illa cauſa ex tuorum conſiliorum fonte profluxit . tua prudentia ac pietate inſigni, & felicitate religioſiſſimi regis fretus confido , fore , ut , per vos conſtituta florentiſſimi regni iſtius pace , quies ac tranquillitas reſtituatur univerſae reipublicae . quod ut incredibiliter opto , ſic tibi gratulor ex animo de uberrima honoris & gloriae cauſa : cui perpetuam pietatem & obſervantiam meam deferens , Deum precor , ut immortale hoc beneficium , in quo ſalutis publicae ſpes jure collocatur , ſumma veſtra laude & proſperitate cumulare velit . Roma . XVIII. Kal. februarii . M. D. LXIII.

(*e*) Franciſci II. & Caroli IX. Galliarum regum .

(*f*) Franciſcus II. nonis decembr. an. 1560. aetatis vero ſuae decimoſeptimo deceſſerat .

(*g*) Carolus IX. annos tum natus ferme quattuordecim .

VII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Carolo Borbonio Cardinali . (*a*)

De eadem victoria gratulatio . 15. jan. 1563.

UT primum audivi , impiam haereticorum manum , quae , non modo ſacrorum hominum ac locorum , ſed ne Dei quidem habita ratione , privata & publica crudeliter nefarieque

 diri-

(*a*) *Carolus Borbonius* , inquit , Oldoinius in *Vitis Pontificum & Cardinalium* a ſe recognitis atque auctis , *Vindocinenſis , alias de Vendome , natione Gallus , regum francorum propagine clarus , Ludovici Condenſis principis , & Antonii Navarrae regis frater , Caroli Borbonii Vindocinenſis ducis , & Franciſcae Alenconiae filius quintus , anno reparatae ſalutis 1523. die dominica 22. decembris in caſtro Firmitatis ſub Jotrum in tractu Brienſi natus . . . die lunae 9. jan. anni 1548. . . . diaconus cardinalis S. Sixti abſens a Paulo III. renun-*

diripiebat (*b*), a regio catholicoque exercitu & a religioſis ac fortiſſimis ducibus cladem accepiſſe, incredibiliter gavisus ſum; &, quod regnum iſtud ampliſſimum praeſenti eodemque graviſſimo periculo, caeteraſque catholicas provincias ſummo timore liberatas videbam, praepotenti & immortali Deo quantas potui maximas gratias egi. ultus enim eſt ipſe & ſuam & piorum vicem, neque eos paſſus eſt divina benignitate & ope deſertos eſſe. quare meas etiam partes eſſe duxi, ut praeclaram ac ſalutarem victoriam, quam tibi, pro ſingulari tua pietate ac religione, proque eo, quo iſtic fungeris, ampliſſimi officii munere

renunciatur : deinde praeſuit preſbyter eccleſiae S.Chryſogoni . . . Rexit urbem pariſienſem . . . . Franciſci II. & Caroli IX. regum Galliae, fratrum ſibi ſuccedentium, tutor fuit &c. Jam intelligis, cur in hoc de parta a Carolo IX. victoria gratulationis officio cardinalis hic Borbonius praeteritus a Truchſeſio non fuerit.

(*b*) Quo regnum ac religio in Gallia, haereticorum opera, deveniſſent, cardinalis Carolus Lotharingus in ſua illa ad tridentinos patres alloquutione, de qua ſupra meminimus, his verbis declaraverat. *Dicam uno verbo, non ſine incredibili animi dolore: Fuimus galli, fuit ingens gloria francorum. hae rerum omnium, clariſſimi oratores, ſunt viciſſitudines. manus domini tetigit nos, viri patres & fratres. hoc nobis juſtum Dei in ira ſua judicium provocaverunt corrupti omnium ordinum mores, ac eccleſiaſtica omnis collapſa diſciplina. has turbas excitaverunt haereſes non ſuppreſſae, & a domino noſtro inſtituta remedia tamdiu neglecta. hinc illae lacrymae, & per totum regnum diſſidia, rapinae, bella inteſtina ac pluſquam civilia. luctus ubique, ubique dolor, & plurima mortis imago. nec ſacroſanctis Dei templis parcitur. preſbyteri & religioſi viri ad aras uſque, quas amplexantur morientes, trucidantur. viſibilia ſacramentorum ſigna pedibus conculcantur & comburuntur. paſſim erecti apparent rogi ex omni genere eccleſiaſticorum ornamentorum. accenſae ex imaginibus dejectis pyrae, additis omnium non ſolum eccleſiarum, ſed & antiquiſſimarum bibliothecarum libris: nec quidquam ex chartis publicis & inſtrumentis, quae ad dotationem pertinent, reſervatur. ſanctorum reliquiae ruptis altaribus in cineres rediguntur; qui ſunt poſt haec in profluentem projecti. horreſco referens: nec a ſummorum pontificum, imperatorum, regum, principum, epiſcoporum, & ſine diſcrimine paſſim aliorum omnium ſepulchris abſtinetur; eorum maxime, qui de eccleſia Dei bene meriti per monumenta reperiuntur. nomen domini ubique blaſphematur. ſpiritus mendacii in ore omnium eſt, qui falſo verbi Dei miniſterium uſurparunt: atque ita, expulſis paſtoribus, alienus ovium cuſtos fur & latro aſcendit. poſtremo (quod longe omnium eſt graviſſimum) juge & ſacroſanctum ſacrificium apud eos ceſſat: quod intermiſſum quantam ruinam ſecum afferat, & quantam regibus jacturam, & meminiſtis, viri doctiſſimi, ex prophetarum oraculis, & experientia jam in magnis imperiis, florentiſſimis regnis, ampliſſimis provinciis didiciſtis; atque in Gallia nunc aſpicitis. regis enim majeſtas contemnitur: imperia detrectantur: non modo vectigalia, ſed proventus etiam negantur: jura omnia & leges ſilent: quilibet vindictam, quam exercet, ex privato odio metitur: ad defectionem populus excitatur, &, excuſſo monarchiae, quod ajunt, jugo, anarchia in concionibus publice proponitur. &c.*

Digitized by Google

nere (*c*), jucundiſſimam eſſe, ſcio, tuoque conſilio & opera magna ex parte confectam eſſe, mihi ipſe perſuadeo, eidem tibi his literis gratularer. ſpero autem, fore brevi, ut, oppreſſis reliquiis perditorum & impiorum hoſtium, & pacato florentiſſimo regno, Gallia chriſtiana & ſtabili pace potiatur, ſitque aliquando caeteris provinciis, quod olim fuit, catholicae fidei & verae pietatis exemplum. quae mea ſpes, praeter admirabilem Dei benignitatem, qua vos complexus eſt, primum nititur religioſa & prudentiſſima regina (*d*), regeque chriſtianiſſimo (in cujus puerili aetate paternae (*e*) avitaeque (*f*) virtutis indolem mirabiliter elucere audio), deinde egregia ſapientia & optimo animo eorum, qui & regii generis ſunt, & in conſilio regis, in primiſque praeclara tua & voluntate & facultate: cui, incolumitatem & ſalutem precatus, ſtudium, operam & obſervantiam meam ex animo defero. Roma. XVIII. Kal. februarii. M.D.LXIII.

(*c*) Erat enim Borbonius Caroli IX. paene tum pueri, tutor.

(*d*) Catharina Medicia.

(*e*) Henrici II. (*f*) Franciſci I.

VIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Duci Guiſio. (*a*)

15. jan. 1563.

Eamdem victoriam, ejus virtute atque opera relatam, gratulatur.

Egregia rei militaris virtus tua, praeſtantiſſime dux, & excellens fortitudinis atque conſilii laus, jandiu (*b*) ſpectata & cognita, perſuaſerat omnibus, te non modo cum iis, qui noſtra

(*a*) Is erat Franciſcus, Claudii, primi Guiſae ducis, filius natu maximus, Renati, Lotharingiae ducis, nepos, Caroli & Ludovici, ſive Aloyſiii, cardinalium frater. de quibus vide epiſt. *Ea eſt fortuna* d.2. mart. 1560.

(*b*) Vel ab ipſa adoleſcentia. Gratianus in egregio opere *de caſibus virorum illuſtrium* de hoc Franciſco agens pag.351. editionis pariſinae (quae prima fuit, a D. Flecherio, Abbate S. Severini, anno 1680. procurata) *Militiae*, inquit, *honores maxime penes Franciſcum & Aumalium* (hoc eſt, Aumaliae ducem, ejus fratrem) *fuerunt. hi adoleſcentes adhuc, cum a rege nobile ac munitum oppidum in belgarum finibus oppugnaretur, perfractâque tormentorum ictibus moenium parte, acies, quae praelium inciperet, dirigeretur, tum Franciſcus Aumalium appellans, Age, inquit, frater, pro regis & gallici nominis gloria, primi muros illos aſcendamus, atque hoc gregaris* (corrige ex autographo, quod penes n·s eſt, *gregariis*) *militibus praecep·um*(corr.ex eodem *praereptum*) *decus, noſtrum & familiae noſtrae faciamus. His dictis, duo nobiliſſimi adoleſcentes, rege exercituque inſpectante, ſtrictis gladiis, & ferreis tecti ſcutis, contento curſu per ipſam murorum ſtragem,*

noſtra aetate rei bellicae gloria floruerunt, ſed cum principibus etiam veteris memoriae ducibus comparandum eſſe. ſed iſta famae commendatio quo erat illuſtrior, quod fere praeſtantibus viris contingere ſolet, eo tibi majorem invidiam fecerat. quamobrem Deus aliquando te, pro tua religione fideique catholicae integritate, cujus regula metiri ſoles actiones tuas, ſingulari benignitate complexus eſt. nam in iſta victoria (c), qua

gem, nequicquam arcentibus defenſoribus, atque telis unos omnibus undique petentibus, in moenia evaſere, occiſiſque ac dejectis hoſtibus, locum tenuere: atque incitati eorum exemplo milites oppidum impetu cepere. Praeclaris igitur audaciae ac fortitudinis initiis orſi tot inde egregiis facinoribus claruere, ut brevi ſummos militiae honores ſint adepti. Reliqua, a Franciſco in aliis praeliis fortiter ac feliciter geſta, vide ibidem apud eumdem Gratianum.

(c) Facturum me operae pretium exiſtimavi, ſi hanc Franciſci Guiſii victoriam ipſiſmet Gratiani in illo eodem opere verbis hoc loco referrem. ait igitur pag. 366. *Catholici duces, ne Rhotomagum* (*Rothomagum* habet autographum & heic & infra) *quoque, urbem in primis nobilem & caput regionis ejus, in Sequanae fluminis ripa; quam Hugonotti* (*Hugonovii* eſt in autographo) *occuparant, pari perfidia iiſdem Anglis proderent, magnopere timebant. Id ne fieret, omni conatu providendum ſibi ſtatuerunt. Omiſſa igitur in praeſentia Condejo, ad recipiendum Rhotomagum contendunt, in cujus cuſtodia Mongomerius erat, ille, qui haſtae occurſu in equeſtri ludo Henricum regem occiderat. Is ultro oblatas a catholicis, qui civitatem ſervare cupiebant, deditionis conditiones cum ſuperbe reſpuiſſet, urbs vi capta, atque eodem impetu a militibus magna ex parte direpta eſt. In ejus oppugnatione rex Navarrae, dum incautius in negotio verſaretur, ſclopeti glande, forte e moenibus adacta, vulneratus* (die decimoquarto octobris 1562.) *paucos poſt dies interiit... Verſi inde iterum in Condejum cum omnibus copiis Guiſius, & Annaeus. &, quamquam regina* (Catharina), *utriuſque partis victoriam aeque minuendae ſibi potentiae fore exiſtimans, ad ſuas redierat artes, & rem pactione aliqua componi, quam praelio decerni, praeoptabat, nec audierat ſolum miſſos a Condejo, ſed ipſa coram cum eo congreſſa fuerat, tamen, Annaeo & Guiſio conſenſu reſpuentibus pacem, in cujus ficto nomine internecini & execrabilis belli ſemina latere intelligerent, exercitus in hoſtes eſt ductus. Nec Condejus, ferocia ingenii elatus & fiducia virium, quam recepta jam germanorum peditum equitumque auxilia faciebant, detrectavit certamen. Primo congreſſu, ab equitatu germanorum acri impreſſione pulſi catholici ab ea parte, in qua Annaeus curabat, & Annaeus ipſe, equo dejectus, in poteſtatem hoſtium pervenit, non tam calamitate ſua fractus, quam filii, ſtrenue pugnantis, eodem impetu ab hoſtibus interfecti, dolore concuſſus. Caſu ducis perturbati, ut fit, milites aegre hoſtes ſuſtinebant, & aliquot locis initium fugae fecerant. Guiſio, parte alia pugnam adverſus Condejum ipſum atrocius cienti, trepidus nuntius affertur, captum Annaeum, ejus aciem inclinatam, & rem in arctum redactam eſſe. Qua re vehementi dolore perculſus Guiſius, quod, eo fugato exercitu, omnia inde ad haereticos verſura proſpiciebat, propere, quos circa ſe habebat, praefectos militeſque convocat. Iis cum oſtendiſſet, quanto res in diſcrimine verſaretur, Mihi vero, inquit, ſtat hoſtium victoriae non (ſu)pereſſe; quae non ſolum everſura Galliae ſtatum, ſed ſacrorum jus fidemque abolitura ſit. An ergo*

qua (*d*) divini nominis & regiae majeſtatis hoſtes a te fuſi fugatique ſunt, id etiam conſecutus es, ut invidiam rerum geſtarum laude ſuperares. liberaſti igitur, fracto bello nefarii & perditiſſimi exercitus, & periculo florentiſſimum Galliae regnum, & metu omnes catholicae eccleſiae partes. quare non ſolum Gallia, & in eà religio, viget tua virtute: ſed Italia, quam impiae copiae ad rapinas jam vaſtationemque deſtinarant, tibi incolumitatem acceptam refert. ergo te praedicant omnes unum ex antiquis illis heroibus veſtris (*e*), qui Jeſu Chriſti fidem d e

ergo viſuri paſſurique ſumus, eam religionem, eam ſacrorum fidem in gallorum animis extingui, quam ut propagarent majores noſtri, in ultimum ſaepe orientem exercitus duxerunt, pro qua ſanguinem ſuum profundentes gallicum nomen regnumque, Deo duce, cujus majeſtatem rite colebant, tot inſignibus victoriis illuſtrarunt? Ipſorum majorum ſepulcra cum monumentis decoribuſque ſuis, divorum reliquias ſimulacraque, ipſum denique divinae hoſtiae praeſens in chriſtianorum templis numen, cum templis ipſis dirui, minui, conſtringi, pollui, & ſacrilegis contaminari manibus feremus? Per haec ego omnia vos, per conjugum liberorumque veſtrorum ſalutem oro obteſtorque, ut animos & corpora veſtra mecum Deo patriaeque devoveatis, ut aut mortem honeſtam pro religione, pro rege, pro gallico nomine oppetamus, aut, erepta ex impiorum manibus victoria, haec omnia virtute noſtra ſervemus. Atque, his dictis, cum omnes ſe alacri aſſenſu obtuliſſent, tanto impetu cum illo delectorum globo in hoſtes eſt invectus, ut nulla vi ſuſtineri potuerit. & ducis impetum ſecutae acies impulere primo, & mox terga dare hoſtes coëgere, & Condejum ipſum, ſuorum ſiſtere fugam, & rem reſtituere conantem, vivum cepere. Guiſius ab fuſo hoſte protinus ad opem ferendam laborantibus in altera acie ſuis in tempore occurrit (corrige ex autographo *accurrit*). *jam enim & Annaeus frater, ab equitibus germanis circumventus, vehementer premebatur, & ſola ferme helvetiorum legio magis morabatur hoſtes, quam ſuſtinebat. ſed, adventu Guiſii, mutata omnis fortuna eſt pugnae. qui modo victis inſtabant germani, ab novo hoſte repulſi perfractique fugam cepere. qui territi aegre repugnabant, receptis repente animis, in hoſtes, abolendae ignominiae avidi, invaſere. ſed ad obligerei equites germani, cum cedentes pugna ſe recepiſſent, Annaeum captivum ſecum abduxere. Haec victoria non gloriam modo Guiſio ingentem attulerat, ſed rerum arbitrum fecerat, eo magis, quod, cum ſe hoſtium reliquiae Aurelianum recepiſſent, & bellum inde haud dubie renovaturi eſſent, conatus eorum Guiſii virtus & celeritas praevertit; &, ſpatio ad colligendos vires non dato, Aurelianum exercitum duxit; captoque ſuburbio, munitionibuſque aliquot ex uſu excitatis, urgebat magnopere incluſos moenibus hoſtes &c.*

(*d*) *quae* exempl. Gratianus emendavit.

(*e*) Gothofridum Bullionium potiſſimum intellige: de quo idem Gratianus in eodem illo opere pag. 349. *Extincta*, inquit, *demum Caroli Magni ſtirpe*, Lambertus, *Montium princeps, ducta in matrimonium ex Caroli domo, quae ſuperfuit, filia, Lotharingiam dotale munus accepit ... Atque Lamberti hujus progenies fuit Gotifredus Bollonius, ille, cujus eximia virtus inter clariſſimos Europae duces ita eminuit, ut eorum ſuffragatione ac ſententiis Hieroſolymorum regnum, communibus armis partum, ſolus tenuerit*.

Digitized by Google

dem ſua manu propagaverunt; atque adeo in numerum adſcribunt Machabaeorum fortiſſimorum ac ſanctiſſimorum ducum. ea vero nos ſpes tenet, reliquias iſtius impietatis & flagitiorum conſilio & opera tua oppreſſum iri, Carolumque, chriſtianiſſimum regem, jam nunc in paternae (*f*) & avitae (*g*) laudis ſpem atque iter ingreſſum, Carolum illum Magnum virtute, religione ac felicitate redditurum. ego certe, qui iſta victoria, Galliae ſalutari, tibique glorioſa, incredibiliter laetatus ſum, de ea re eidem tibi vere & ex animo gratulor: Deum vero precor, ut excellentiſſimae virtuti tuae felicitatem ſemper adjungat (*b*); cui ſingulare ſtudium & operam meam polliceor ac profiteor. Roma. XVIII. Kal. februarii. M. D. LXIII.

(*f*) Henrici II.

(*g*) Franciſci I.

(*b*) Sed Deo aliter viſum. nam proximo februario menſe, quemadmodum videbimus, hic idem Franciſcus, cui gratulatus recentem victoriam Truchſeſius eſt, acerbo miſeroque caſu per proditionem interiit.

I X.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

21. jan. 1563. *Licere jam Hoſio liberius ſententiam ſuam de Concilii rebus ſcribere. Ex gallicana victoria utilitas. De card. Borromaei litteris.*

Video, te adhuc cum cauſa feciſſe, quod de ſententia tua in rebus, quae iſtic agerentur, nihil ſcripſeris. veritus es videlicet offenſionem, quam interdum afferre ſolet acre judicium & prudens explicatio cauſarum, unde aliquid fieri vel non fieri poſſit. ſed iſta ſuſpicio, quam hactenus non incommode vitaſti, ſublata nunc eſſe debet (*a*). quare ipſis principibus, quibus grata & jucunda futura ſunt judicia, conſilia, & admonitiones tuae, cupientibus & expetentibus declarabis omnia, quae vel conjectura conſequi poteris. Haereticorum clades in Gallia etſi moleſta eſſe debet ex ea parte, quod verendum eſt, ne omnino (*b*) illi interierint, tamen propterea ferenda lenius videtur,

(*a*) Cur? Quia voluntas & card. Borromaei, & pontificis max. erat, ut id ipſum Hoſius faceret. Vide epiſt. *Egi cum Borromaeo* d. 2. hujus menſis.

(*b*) Omnino interit, qui ita ex hac mortali vita excedit, ut etiam aeterna excidat. id quod de haereticis illis, qui in illa gallicana clade, de qua in ſuperioribus epiſtolis ſaepe actum eſt, interierant, ne acciderit, Truchſeſius vereri ſe, dicit.

detur ; quod illi plures (*c*) in eandem perniciem trahere poſſe videbantur. Borromaeus cardinalis jam antea admonenti mihi illum de ejus officio (*d*), deque tuo deſiderio ipſius literarum, reſpondit, ſe, ſi quid grave fuiſſet, ad illud ſemper reſcribendum curaſſe; ſed poſthac etiam fore diligentiorem. Vale. Roma. x. Kal. februarii. M. D. LXIII.

c d

(*c*) Plures alios in eamdem haereſim ac perniciem tracturi, ſi diutius vixiſſent, videbantur.

(*d*) Reſpondendi videlicet ad tuas litteras.

X.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Rectori Gymnaſii Dilingenſis. (*a*)

a

Romam magnopere evocat, participem magni negocii futurum. 23. jan. 1563.

PErmagna mihi nunc res agenda eſt (*b*). ſed hujus conſilii deliberatio & explicatio requirit praeſentiam tuam. tantum enim tibi tribuo, ut grave hoc negotium, etiam ſi ſine te poſ-

b

(*a*) Is erat Cornelius Roſendalius, ſive Harlemius, dilingani collegii rector. Et de homine & de collegio vide, quae multa diximus ad epiſtolam *Etſi non dubitabam*, extremo anno 1560. recenſitam.

(*b*) *Permagna* haec *res*, cujus cauſa Truchſeſius Roſendalium, dilingani collegii rectorem, ad urbem evocabat, illa fuit, quod collegium illud, a ſe aliquot ante annis inſtitutum, ſocietatis Jeſu hominibus tradere, quod ſoli in perpetuum adminiſtrarent, volebat. itaque conſilium ſuum cum collegii rectore communicandum, & rei conficiendae rationem cum eodem coram conſultandam exiſtimavit. Totius autem hujus negocii principia, progreſſum atque exitum Ignatius Agricola diligentiſſime perſequutus eſt in tertia decade *Hiſtoriae provinciae Germaniae ſuperioris* S.J. num. 97. & ſeqq. quae nos, maxime huc pertinentia, ipſis hiſtorici verbis referemus. *In hoc*, inquit, *rerum articulo, cardinali* (Truchſeſio), *conſervandae academiae ſolicito, Petrus Sotus* (*ut erat vir ab omnium partium ſtudio alienus, ſolius divinae gloriae ſtudioſus, ac praeterea hominum rerumque prudens aeſtimator*) *ſocietatem noſtram Othoni magnopere commendans, ſuaſit, ut ei, veluti peculiariter ad juventutem inſtruendam a Deo vocatae, collegium Dilingae ſtatueret, omnemque academiae gubernationem committeret: habere hunc coetum, vel in tanta, quanta nunc* (hoc eſt medio circiter ſaeculo XVI.) *ſit, paucitate, viros huic muneri apprime aptos, habiturum plures, cum adoleverit ... Propenſis auribus excepit cardinalis, quae ipſe, dudum animo concepta, ideo dumtaxat moliri diſtulerat, ne aliis, cathedralibus praeſertim Auguſtae canonicis, ac ſuevicae nobilitati videretur ſuo unius ſenſui, & erga Jajum, Caniſium ac univerſam ſocietatem propalam noto affectui omnia tribuere .... Acceſſerunt* (anno 1561.) *Franciſci Commendoni* ac

ſem conficere, nollem. nunc, cum ſit ejuſmodi, ut commode expediri, niſi te praeſente, non poſſit, velim primo quoque tempore te in viam des, Romamque venias. omnino adventu tuo, & eo maturo, indigeo. quare nullam moram interpones, quin quamprimum proficiſcare. non poenitebit te ſuſcepti itineris. faciam enim, ut intelligas quantopere te ſemper amarim merito tuo. profectionem tuam nihil morabitur oeconomus iſtic noſter: nam tibi, quae ad iter opus fuerint, ſuppeditabit. tu vero dilingenſes & magiſtros & diſcipulos admonebis etiam meo nomi-

ae Zachariae Delphini ſuffragia, quibus hi ambo ſedis pontificiae legati indicarant pontifici, ſpem eſſe minime dubiam conſervandi adhuc, quae trans alpes eſſent integra, atque etiam recuperandi perdita, ſi quam fieri poſſet in locis plurimis collegia ſocietatis ponerentur. Commode tunc in urbe agebat cardinalis, cum & legatorum & Soti (qui nondum illo anno 1561. ad concilium tridentinum profecturus, Dilinga ſe commoverat) *literae afferrentur. Itaque, nihil amplius cunctandum ratus, Roſendalium academiae* (dilinganae) *rectorem, Dilinga Romam evocat* (januario menſe an. 1563.) *cum eo de modis rei conficiendae deliberat: tum Franciſco Borgiae, quem Laynii vicarium fuiſſe diximus, deliberata exponit. Dum res expenditur, dum cardinalem inter & Laynium* (Tridenti in concilio commorantem) *ultro citroque literae commeant, dum ſeliguntur, qui in Germaniam mitti poſſint, annus* (1563.) *propemodum vertitur. Tandem confectae ſunt ſubſcriptaeque tabulae Bolzani* (quo ſe Truchſeſius Roma profectus contulerat, Maximiliani, romanorum regis, liberorum, quos in Hiſpaniam deducere ad Philippum regem debebat, adventum e Germania exſpectaturus: qua in urbe toto ferme novembri menſe ejuſdem anni 1563. conſtitit) *in Tyroli, quo utriuſque partis actores teſteſque ex Germania Italiaque convenerant, ex illa Georgius Millerus, auguſtanus presbyter, & Cornelius Roſendalius, ex hac Benedictus Cataldus recinetenſis, itidem presbyter, manum ſignumque addente Horatio Corbulo feſulano, auctoritate apoſtolica notario. Dum haec agebantur, mature interim indicata* (litteris a Truchſeſio die 3. jul. 1563. datis, quas ſuo loco exhibebimus) *miſſio eſt prioribus Dilingae magiſtris ... Advenere tandem noſtrates inclinante ad exitum novembri, ejus videlicet die menſis vigeſimo, qui inciderat in ſabatum. Data habitationi eſt tantiſper collegii academici pars, quam Sotus cum hiſpanis, qui aliquandiu adfuerant, incolucrat. ſedecim erant, qui Roma venere; quibus paulo poſt quaterni ſunt additi. Celebrata altero mox die fuit ſolemnitas, S. Urſulae ſacra* (Omnino neceſſe eſt, hanc ſolemnitatem celebratam fuiſſe extra ordinem; hoc eſt integro menſe poſt feſtum S. Urſulae diem, qui certe non in novembris, ſed in octobris primum & viceſimum diem incurrit. errasse autem Agricola in deſignando novorum magiſtrorum adventu, & *novembri* pro *octobri* ſuſpenſo animo ſcripſiſſe, non eſt dicendus, qui, diem novembris viceſimum illo anno 1563. *in ſabatum incidiſſe*, vere commemoravit; quum octobris viceſimus, hoc eſt pridie S. Urſulae, non in Saturni, ſed in Mercurii diem inciderit.) ... *Addidere noſtri huic ſolemnitati, ut poſtridie ſtatim ſcholas aperirent &c.* Vide reliqua apud eumdem Agricolam, & apud Sacchinium Hiſt. Soc. J. Parte II. lib. VIII. num. 107. 108. 109.

nomine, ut, te abſente, ſint vel ſui officii diligentiores, quam praeſente eſſe ſoleant. nulla enim re gravius me poſſent offendere, quam ſi quid iſtic incommode facerent, dum tu abes. moneantur igitur omnes; & quam celerrime venias. Vale. Roma. x. Kal. februarii. M. D. LXIII.

X I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Ferdinando electo Roman. Imperatori. (*a*) a

Gaſparem Gropperum maxime omnium idoneum eſſe ad merſpurgenſium epiſcopatum gerendum, teſtificatur. 26. jan. 1563.

CUM proxime cognoviſſem & de eo (*b*), quem reliquiae ſaxonicae religionis a pont. max. merſpurgenſibus epiſcopum b depoſcerent, & quid ipſe pontifex per internuncium ſuum (*c*) c ad te, ac per legatum tuum (*d*) ad ſe, eadem de re tecum d vehementer agi juſſiſſet, pro officii mei conſcientia, proque eo, quo fungor, patrocinii munere (*e*), quid meae ſententiae e eſſet tibi ſignificandum putavi. ſcio, te & pro tua ſapientia intelligere, quanti interſit civitatum habere eos epiſcopos, qui vitae doctrinaeque ratione illi omnium in terris graviſſimo muneri ſatisfaciant, &, pro ſummo Dei gloriae, ſalutiſque hominum ſtudio, ſemper curaſſe, ut epiſcopalis honor & cura mandaretur iis viris, qui difficillimum opus conſilio ac virtute tueri poſſe viderentur. quare de rei pondere, deque eo, quantopere merſpurgenſis eccleſia idoneo egeat epiſcopo, nihil dicam. noſti enim haec tu omnium optime. tantum ei viro, quem ſaxones catholici merſpurgenſium epiſcopum depoſcunt, quod religio ac veritas poſtulat, teſtimonium dare volui. is igitur

Dd 2 eſt

(*a*) Recenſui hoc loco hanc epiſtolam, anni deſignationi, in calce adſcriptae, obſequutus. ſed vix quiſquam mihi perſuaſerit, non eam ad januarium ſuperioris anni pertinere. neque vero aliter ſentiet, qui epiſtolam *Fgo vero, mi Viceli*, die 17. jan. 1562. datam, legerit & conſiderarit.

(*b*) Gaſpar Gropperus ſignificatur, quem *reliquiae ſaxonicae religionis*, hoc eſt, catholici, qui reliqui erant in Saxonia, ad merſpurgenſium epiſcopatum depoſcebant.

(*c*) Zachariam Delphinium.

(*d*) Proſperum comitem de Arco. is certe erat caeſaris apud pontificem orator per aeſtatem anni 1560. Vide epiſt. *Utinam quantam* d. 28. jun. ejuſdem anni.

(*e*) Germaniae patrocinium Romae Truchſeſius gerebat. Vide epiſt. *Grato* 2. maj. 1562.

Digitized by Google

f eſt Gaſpar Gropperus, ſacrae rotae (*f*) duodecimvir, & utriuſ-
g que apoſtolicae ſignaturae referendarius (*g*): qui ad eximiam ſcientiam divinarum & humanarum legum eam adjunxit theologiae cognitionem, ut in utraque ratione excellat; cum vero habet uſum rerum ac negotiorum omnium, ut illi praeſtanti doctrinae nihil in eo cedat agendi prudentia. praeclara illa ſunt animi & ingenii ornamenta, ſed eo praeclariora, quod, quaſi fundamento quodam firmiſſimo, religionis integritate & morum probitate nituntur. nam in cauſis aequitate decernendis id aſſecutus eſt, ut omnes illum ſibi dari judicem poſtulent: & jure id quidem. nam omnino, maximam corruptelae illecebram, gratiam excluſit. quare non magis illum homines juris, quam juſtitiae, conſultum appellant. reliqua Gropperi vita in hac civitate, quae omnium diligentiſſima eſt in notandis & pervulgandis hominum vitiis, a nemine non egregie laudatur. ad has optimi viri laudes accedit ſingularis pietas & obſervantia erga te, ac mirificum ſtudium germanorum dignitatis & ſalutis. in his omnibus vere tibi affirmo, me, etſi Gropperum unice diligo merito ſuo, tamen nihil amori, omnia veritati tribuere. quare non hortabor nec orabo te multis, ut & Gropperi digni-
h tati & merſpurgenſium (*h*) ſaluti conſulas; cui ſatis eſſe arbitror virum indicaſſe, in quo maxime poſſis vetus inſtitutum tuum tenere & ornandae virtutis & populorum commodis providendi. Vale. Roma. VII. Kal. februarii. M. D. LXIII.

XII.

(*f*) De hoc duodecimvirûm collegio vide epiſt. *Quantam mihi* d. 11. jul. 1562.

(*g*) De Referendariorum collegio vide Paulli III. conſtitutionem *Debita conſideratione*, editam an. 1540. & Pii IV. *Cum nuper* an. 1562. denique Sixti V. *Quemadmodum* an. 1586.

(*h*) De Michaëlis, merſpurgenſium epiſcopi, cui ſucceſſor Gropperus deposcebatur, dignitate, fuerunt illa in laudata Truchſeſii epiſtola *Ego vero, mi Viceli*, 17. jan. 1562. data: *Grave omnino vulnus acceptum eſt in morte merſpurgenſium epiſcopi. quid illo religioſius? quid ſanctius? ut maximum paene ſuum ornamentum amiſerit Germania noſtra, illo ſublato*. Ac jam tum de ſucceſſore deligendo actum eſſe, illa, quae ſequuntur, declarant: *De ſufficiendo in illius locum epiſcopo, minime verendum eſt, ne* (fort. *ne non*) *ſint libera ſuffragia. vehementes enim ea de re literas Ferdinandus caeſar ſcripſit ad Saxoniae ducem*. Quae quidem mirum in modum adjuvant conjecturam illam meam, ſupra indicatam, hanc epiſtolam *Cum proxime* ad menſem januarium non hujus anni 1563. in quo verſamur, ſed ſuperioris, pertinere. Locus autem ille, a me modo ex Truchſeſii ad Vicelium epiſtola prolatus, ita editus eſt pag. hujus voluminis decima, ut in eo non *vehementes*, ſed *vehementer*, quemadmodum eſt in Gratiani ms. exemplari, legatur. ſed, quum nuper in barberiniani codicis apographum forte incidiſſem, in quo *vehementes* ſcriptum animadverti, eam ipſam lectionem, tamquam veriorem, hoc tempore ſequutus ſum, neque aliter edendum olim fuiſſe, cenſeo.

Digitized by Google

XII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Epiſcopo Cracovienſi. (*a*) *a*

Sedinio & Sborovio, in Poloniam redeuntibus, teſtimonium honorificum dat. 29. jan. 1563.

HAEret in animo memoria humanitatis & benevolentiae erga me tuae, quam olim Auguſtae cognovi: ex quo tempore te ſemper admodum dilexi. qui me nunc meus in te amor admonet officii mei, ut videlicet, redeuntibus in Poloniam Stanislao Sedinio (*b*) & Andrea Sborovio (*c*), hoc ad te *b c*
lite-

(*a*) Inter editas cardinalis Jacobi Putei epiſtolas eſt quaedam, XLII. Kal. ſextil. an. 1560. data, & Philippo Padmeuskio, epiſcopo Premislienſi, Vicecancellario regni Poloniae, inſcripta, qua ei gratulatur honeſtiſſimam translationem ad eccleſiam cracovienſem. haud alium fuiſſe eum, ad quem eſt haec Truchſeſii epiſtola data, crediderim. Monere tamen illud non omittam, Gratianum in lib. XVII. *de ſcriptis invita Minerva*, & in *Vita card. Commendani* lib. IV. cap. 2. de polonicis rebus anni 1572. agentem, illa ſcripſiſſe: *Nam Franciſcus Croſinius, epiſcopus cracovienſis, qui paulo ante mortuo Padnevio ſucceſſerat, ſe Firlejo tradiderat &c.* Qui locus, aut non alium fuiſſe Putei *Padmeuskium*, quam Gratiani *Padnevium*, aut inter *Padmeuſkium* & *Craſinium*, tertium quemdam cracovienſium epiſcopum, *Padnevium* nomine, fuiſſe interjectum, ſignificat.

(*b*) De Sedinio vide epiſt. *Doctori Stanislao* d. 12. dec. 1562.

(*c*) De Andrea Sborovio, ſive Zborovvskyo, idem Gratianus iiſdem in locis illa commemorat: *Sborovii fratres ſeptem, Martini* (palatini poſnanienſis) *filii, qui tum genere, opibus, aetate, gratia, clientelis plurimum in rep. pollere videbantur, ad primum extincti regis* (Sigiſmundi Auguſti) *nuncium Cracoviam armati convenerunt... Hi juvenes, inde a paterna diſciplina pravis imbuti erroribus, in calviniana haereſi omnes erant, praeter Andream, qui, medius aetate, auctoritatem majoris natu inter eos ingenio atque induſtria obtinebat, tribuebantque ei reliqui plurimum &c.* Extant ad Martinum, Andreae patrem, Hoſii litterae Vienna datae die 10. jul. an. 1560. quibus illi Andreae filii reditum ad eccleſiam catholicam gratulatur: *Eſt*, inquit, *quod dominatio veſtra laetetur, eſt quod agat Deo gratias, cujus hoc eſt inſigne beneficium, quod filius hic illius, dominus Andreas, qui mortuus erat, revixit, qui perierat, inventus eſt. nam, cum variis & peregrinis quibuſdam doctrinis abductus, & in aliud neſcio quod evangelium translatus fuiſſet, ſingulari Dei miſericordia factum eſt, ut ad illud evangelium reverteretur, quod ab ipſis apoſtolis, per longam epiſcoporum & ſacerdotum ſucceſſionem, per manus nobis traditum accepimus; quod non eſt Lutheri, neque Philippi* (Melánchthonis) *neque Calvini, ſed ipſius Chriſti evangelium... Huc accedit, quod, qui ſub evangelio Lutheri ferocius eſſe dicebatur, ſic nunc, ut audio, mutatus in alium.*

literarum darem, quibus & ſalutarem te, & tibi bene precarer, meamque operam ac ſtudium in omnibus rebus, quae ad tuam utilitatem dignitatemque pertineant, pollicerer. quod facio libentiſſime. his autem polonis hominibus dabo etiam apud te teſtimonium, quod veritas & officium meum poſtulat. Sedinius magna hic cum laude verſatus eſt. nam negotia, quae tractavit, ſingulari integritate, prudentia & fide confecit. Sborovius ſumma modeſtia & ardenti literarum & bonarum artium, in primis vero religionis, ſtudio commendatur. quae tibi, viro ampliſſimo, & omnibus animi & ingenii bonis ornatiſſimo, de tuis cognoſcere jucundiſſimum fore, putavi. Vale. Roma. IIII. Kal. februarii. M. D. LXIII.

alium hominem, poſteaquam euangelium Chriſti eſt amplexus, ut placidis cumprimis eſſe moribus jam feratur, & miti quodam ingenio: pietate vero tanta, ut aequales ejus perpaucos reperire ſimiles liceat... Habet hic filius dominationis veſtrae multas praeclaras dotes, quibus affatim a Deo eſt ornatus: pollet ingenio: in literis progreſſus fecit majores, quam pro aetate; neque deſunt illi caetera vel corporis vel fortunae bona... Pro eo amore, quo & ipſe praeclaram hanc illius indolem complector, tenere me non poſſum, quin eum etiam atque etiam dominationi veſtrae commendem: cumque videat, cum ſtudio quodam minime vulgari bonarum literarum flagrare, non dubito, quin pro paterna ſua erga illum charitate, proviſura ſit, ut, quoad per aetatem liceat, pectus ſuum illis expolire queat. Quod ut faciat, etiam atque etiam a dominatione veſtra majorem in modum peto. Videtur autem a Martino Hoſius hoc, quod petebat, impetraſſe, & Andreas hoc demum anno 1563. in Poloniam revertiſſe.

XIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi. (a)

a

30. jan. 1563. *De Commendono, qui Tridentum proxime venerat. De Gallicana victoria. De Patrum in Concilio controverſiis.*

b c Quas mihi apud te gratias egit Joannes (b) Franciſcus Commendonus epiſcopus (c), eae mihi ex ea parte gratiſſimae fuerunt, quod & illum intelligere gaudeo, quantope-

(a) Edidit ante nos hanc epiſtolam Cyprianus in *Tabul. eccl. rom.* pag. 300.

(b) Omitt. Tabul.

(c) Zacynthiorum. Quamquam enim ſe eo epiſcopatu abdicarat (quemadmodum ad epiſt. *Grata*, die 2. maj. 1562. datam, dictum eſt), eumque Joanni Petro Delphinio, veneto, ex canonicorum regularium ordine, conceſſerat, tamen epiſcopi dignitatem & appellationem retinuit. qua ex re factum eſt, ut Delphinius in catalogo epiſco-

topere te colam atque obſervem, &, te ſcire, illum ipſum a me

epiſcoporum, qui concilio tridentino interfuerunt, Zacynthi & Cephaloniae *epiſcopus ſecundus* dicatur. Venerat autem Tridentum per haec tempora Commendonus. veniendi vero cauſas Gratianus extremo libro XV. *de ſcriptis invita Minerva*, itemque lib. II. cap. 5. *Vitae card. Commendoni*, pag. 115. haſce commemorat: *At Commendono interea novum injunctum iter, novaque mandata legatio Patavio me avocavit. Ferdinandus caeſar, acto Germaniae conventu* (Franckfordiae), *in quo Maximilianum filium ſucceſſorem ſibi in imperio deſignaverat, ut ex propinquo tridentinis actionibus patribusque adeſſet, Oenipontem acceſſerat, oppidum ditionis ſuae haud ferme plus centum millibus paſſuum a Tridento diſtans. Hinc, ut praeſens, aſſidebat patrum conſiliis, mente vir optima, & magno in chriſtianam rem ſtudio & pietate, ſed ex eo genere hominum, qui, quanto ſunt ipſi probiores, tanto difficilius, eſſe improbos alios, arbitrantur... Itaque callidiorum quorundam inſtinctu quaedam interdum movebat, & a praeſidibus concilii conciliique ipſo poſtulabat, quae turbandis rebus magis, quam ordinandis, quod ipſe cupiebat, fore videbantur. Venerat ex Gallia Tridentum eo tempore Carolus Lotharingus, cardinalis idem & archiepiſcopus rhemenſium, ſumma auctoritate, ſummiſque & ſuis & familiae opibus, magno item uſu excellentique ingenio ac doctrina praeditus, denique animis, genere, dignitate ingens vir. ſed has laudes longe ſuperabat ambitio hominis prope immenſa, qua elatum animum ſtimulabat inſana cupido cuncta ſub arbitrium nutumque ſuum revocandi. Galliae epiſcopi, qui ſatis frequentes, partim ad pontificis max. edictum, partim ipſum ſecuti cardinalem, Tridentum convenerant, non ſentire modo cum illo, ſed ne audere quidem ab ejus auctoritate diſcedere videbantur. Caeſaris quoque legati ventitare ad eum, frequentare domum, ac pellecti conferre conſilia dicebantur. Incuſſit ea res curam patribus, ne turbidi aliquid rebus, tranquille ad eam diem procedentibus, ex his coitionibus oriretur. Id ne fieret, cavendum in tempore rati praeſides, mittere ad caeſarem delectum e patrum numero aliquem, a quo de concilii praeſentiumque rerum ſtatu ille erudiretur, &, ſi quid incommodae opinionis animo ejus inculcatum a ſuis haeſiſſet, evelleretur: eum denique de gallorum poſtulatis ac de Lotharingi ingenio atque animo, ad vaſta ſemper atque immodica adſpirantis, edoceret. Ad id unus ex omnibus maxime idoneus viſus eſt Commendonus. Venetiis igitur evocatum proficiſci extemplo jubent. Profecti per diſpoſitos equos Oenipontem contendimus. Et navavit operam Commendonus, patrumque de ſe expectationi egregie reſpondit. Nam caeſarem non modo ab omni cogitatione, ſi qua injecta illi fuerat, novandi aliquid, aut fovendi alterius cujuſquam conſilia, queis arbitria patrum labefactari, aut ſcindi conſenſus voluntaſque eorum poſſet, abduxit, ſed in priori ſua mente ac ſententia adeo confirmatum reliquit, ut Lotharingus ipſe, paulo poſt ad eum viſendum, Oenipontem profectus, nihil eum immutarit: atque exinde habitum ac peractum ſine ſuſpicione ulla concilium ſit.* Gratiani ſcriptorumque ejus quam ſim ſtudioſus, eum demum ignorare arbitror, qui, quae hominis opera primus ediderim, quaeque editurus ſim, neſciat. ſed tamen veritatis ſtudioſiorem eſſe me, vel illo, ſi viveret, approbante, profiteor. itaque, tantam infamiae notam, quanta cardinalis Caroli Lotharingi nomini proxima Gratiani narratione inuſta eſt, praeſtantiſſimo illi viro diutius haerere, nec debeo nec poſſum pati. Nego primum, concilii praeſides quidquam incommodae opinionis de card. Lotharingo

ringo habuiſſe, quamobrem legationem ullam, quo eum in officio continecent, inſtituere atque adornace debuecint. nego deinde, legationem Commendoni illam ad caeſacem de re ulla, ad caed. Lothacingum pectinente, fuiſſe decretam. Ac de illo quidem quid concilii praeſides ſenſecint pec ea ipſa tempoca, quibus de Commendono ad caeſarem legando agebatuc, ex ipſiſmet praeſidibus volo cognoſci in his ad caed. Boccomaeum litteris, quas Romam Tridento die 7. jan. 1563. dedecunt. *Sul partir di quì il Veſcovo di Viterbo, gionſero hier mattina le lettere di V.S. illuſtriſs. di 29. del paſſato; nelle quali trovammo una coſa per la prima, che ci fece maravigliare aſſai, cioè, che doveſſimo communicare le coſe del concilio con monſignor illuſtriſs. di Lorena, perciochè di quì veniva ſcritto da molti, ch'egli ſi doleva di noi, che non communicaſſimo mai nulla con lui, anzi da lui ci guardaſſimo, come da nemico. Et la maraviglia noſtra non ſù d'intendere, che quì foſſero di coloro, che ſcriveſſero delle ciancie & delle bugie (che pur troppo ſappiamo, che ce ne ſono), ma che a queſti tali ſi deſſe orecchia, non che credito, & dalla ſantità di noſtro ſignore, & da V.S. illuſtriſs. eſſendone ſtata da noi tante volte avvertita. Et nel vero non è piccola diſgratia queſta noſtra, nè leggiere ſopraſoma alle noſtre ſpalle, che habbiamo ad eſſer ſoggetti allo ſcrivere d' ognuno, & a loro ſi creda più, che a noi, & in quelle coſe, che non hanno in ſè ragione alcuna, perchè s'habbiano da credere. Et qual ragione per ſua ſede vuole V.S. illuſtriſs. che ci muova a dar mala ſodisfattione al detto cardinale, & a guardarci da lui, come da nemico, ſe nelle parole & in tutto il proceder ſuo, da che è quì, havemo trovata tanta bontà, tanta religione, & tanta diſpoſitione d'animo verſo noſtro ſignore & la ſede apoſtolica, che, come V.S. illuſtriſs. sà, havemo tenuto per ventura, ch'egli ſia venuto al concilio, & nelle lettere noſtre a lei, l'havemo chiamato Angelo di pace, & huomo mandato da Dio, & havemo con lui uſato d'ogni induſtria per levargli quella opinione, che al ſuo arrivo gli era ſtata impreſſa, che foſſe venuto quà con animo maliſſimo affetto verſo queſta ſanta ſede, & dolutoci appreſſo con V.S. illuſtriſs. che & le lettere di Roma & alcuni mali ſpiriti di quì operaſſero il contrario di quel, che operavamo noi per beneficio della cauſa univerſale? Se, quando ſi ſcrivono coſe tali, V.S. illuſtriſs. con ſaputa di ſua beatitudine faceſſe con chi le ſcrive quello, che il dover vorria, ch'ella faceſſe, ſiamo ſicuri, che non vi tornerebbono la ſeconda volta, & così non ſareſſimo indebitamente più oltre calunniati, nè ſua ſantità & V.S. illuſtriſs. havrebbono la metà del faſtidio, che hanno. Noi havemo ſempre communicato col card. di Lorena ciò, che a noi è parſo di dovergli communicare; & così faremo nell'avvenire, & lo faremo di buoniſſima voglia, non havendo ſin ora trovato mai, perchè ce ne habbiamo nè da pentire, nè da ritirare &c.* Qui haec de caed. Lotharingo & ſentiebant, & ad pontificem romanum per caed. Boccomaeum deferri volebant, iidemne potuerunt eodem tempore (nam & ex concilii peaeſidum, & ex card. Borromaei apud me litteris conſtat, ſcripta haec fuiſſe, cum jam de Commendono ad caeſarem mittendo deliberatum ab iis eſſet) de legatione contra Lothacingum, tamquam, non *angelum pacis & a Deo miſſum*, ſed belli tubam tucbacumque auctocem, a malo aliquo daemone immiſſum, ad caeſarem decernenda cogitare? Sed illud etiam peeſpicuum eſt, in ipſa legatione nihil neque a praeſidibus peaeceptum, neque a Commendono actum aut veco dictum, quo ſumma Lothacingi dignitas ulla ex parte violaretuc. quae peaeſides agi cum caeſare a Commendono volebant, ea in commentarium contulerunt: quae autem cum caeſace Commendonus egit, ea ipſe, legatione ſua perfunctus, peaeſidibus ſcripto libello renunciavit. vidi utrumque ſcriptum,

me valde amari, laetor. caeterum illa gratiarum actio ſuper-
Vol.III. E e vaca-

ptum, idque autographum, ac diligenter conſideravi. In priore (quam etiam *Inſtructionem* vocant) ne mentio quidem ulla cardinalis Lotharingi uſquam fit. in poſteriore (quam *Relationem* dicunt) fit illa quidem, verumtamen in ipſo prope fine, & ita demum, ut minime ad mandatorum, quae Commendono data fuerant, ſummam referatur; ac tantummodo legati ipſius, nihil eorum, quae in illa legatione ſua animadverterat, praetermittentis, additamentum quoddam eſſe videatur: *De la perſona*, inquit, *del cardinal di Loreno voſtre ſignorie illuſtriſſime certo, ch'era grandiſſima aſpettatione in quella corte; & l'imperatore & il rè* (Maſſimiliano, rè de'romani) *m'hanno parlato altiſſimamente; &, quello che più importa, parmi d'haver veduto in gran parte i medeſimi concetti, deſiderii, conſigli, parole in ſua ſignoria illuſtriſſ.* (nam cum card. Lotharingo congreſſus in ipſo oenipontano itinere Commendonus fuerat, rediens nimirum eo eunte, idque Stiracii, quod oppidum eſt inter Oenipontum & Brixinum), *& ne la corte ceſarea. Il Seldio* (is erat caeſaris conſiliariorum princeps) *ha detto: „ Illuſtriſſimus dominus Lotharingus venit quidem ſponte, non vocatus. credo tamen, quod aget de concilio; &, ſi quid afferet ad propoſitum, libenter arripiemus „. Gli ceſarei prima volevano & dimandavano principalmente la riforma auctoritate concilii. hora con la venuta del ſudetto cardinale è veriſimile, che non ſolo ſi confermino maggiormente in queſto loro deſiderio, ma di più penſino di trovar modo & forma d'haver più parte & autorità nel preſente concilio, per ſtabilire in eſſo tutte le loro petitioni giuntamente con li franceſi*. Hoc, neque aliud quidquam, de card. Lotharingo Commendonus, in ſuae legationis bene longa ad concilii praeſides renunciatione, de ſuo, ac veluti extra mandatarum ſibi rerum propoſitum atque argumentum, commemoravit, is, quem ad id prope unum ab ipſis praeſidibus legatum Gratianus in ſua illa non ſatis conſiderata narratione dixit, ut caeſarem *de Lotharingi ingenio atque animo, ad vaſta ſemper atque immodico adſpirantis, edoceret*, & aliquod auxilium contra hominis *prope immenſam ambitionem, & inſanam cuncta ſub arbitrium nutumque ſuum revocandi cupidinem* miſeris, ac tamquam in ejus unius poteſtatem redactis, concilii oecumenici patribus impetraret. Caeterum Commendonus ad caeſarem profectus eſt die 29. jan. 1563. Docent id legatorum litterae, ad card. Borromaeum die 2. febr. ejuſdem anni datae, quarum hoc eſt initium: *Noi mandammo il Commendone alla maeſtà ceſarea venerdì paſſato, & oltre l'inſtruttione, che li demmo del ſuo negotio principale, della quale ſi mandò giovedì copia a voſtra ſignoria illuſtriſſima, gli ſi diede anco queſt'altro, di cui la copia ſarà quì alligata, per la coſa del conte di Luna*. Proximo vero die, alteris ad eumdem Borromaeum litteris datis, quam non modo non incommode, verum etiam amice atque honorifice de card. Lotharingo ſentirent, hiſce verbis declararunt: *Queſta ſera ſi è fatta la congregatione generale... Il cardinale di Lorena ha parlato longamente, & ha voluto perſuader alla ſinodo, che, ſe a queſti dì ſi foſſe propoſto alli padri il decreto fatto dalli deputati, ſenza dubio la ſeſſione ſi saria potuto fare domani, ch'era il giorno, che le fu aſcritto. tuttavia ha conſentita & accettata la prorogatione, lodando, che ſi diano fuori ſubito gli articoli del matrimonio, & ſi attenda a fare delle faccende; con altre molte parole appreſſo honorate, & dimoſtrative, ſecondo il ſolito, di buoniſſima volontà, le quali non occorre, che ſtiamo hora a raccontare*. Itaque de card. Lotharin-

Digitized by Google

d vacanea fuit ; cum & (*d*) quod facio tua cauſa , minimum ſit
prae eo , quod debeam , nec proficiam quantum tua dignitas
e poſtulat , cui deberi omnia video . Victoriam (*e*) moderetur
Deus, ut ea victores ad ejus gloriam utantur, per quem vicerunt : qua in re major eorum virtus elucebit, quam in praelio enituerit . Divinum jus , quod frequentes iſtic habent in ore ,
f mallem in animo haberent (*f*) . ſed, dum ad id referunt omnia, huma-

tharingo concilii praeſides neque ante quam Commendonum ad caeſarem mitterent , neque poſtea quam miſiſſent , praeclare & ſentire & ſcribere deſtiterunt . quod certe tacere deſtitiſſent , ſiquidem legatio Commendoni illa contra eumdem Lotharingum (id , quod temere Gratianus prodidit) fuiſſet comparata .

(*d*) Omitt. Tabul.

(*e*) Illuſtrari hunc hujus epiſtolae *de victoria* locum particula quadam litterarum volo , ad card. Borromaeum a concilii praeſidibus die hujus ejuſdem menſis quarto datarum : quam quidem ita deſcribam , ut quaedam , quae de card. Lotharingo ante dicuntur , non praetermittam ; quo magis hiſtoricorum , tanti viri dignitati detrahentium, fides atque auctoritas elevetur : *Noi* , inquiunt , *diſcorſone poſcia fra noi alquanto , deliberammo di commune conſenſo , che ſe ne parlaſſe con monſignor illuſtriſs. di Lorena ; & hoggi l'havemo eſeguito due di noi , cioè Seripando & Simoneta , dopo la congregatione generale : non havendo eſſo Lorena voluto in modo alcuno , che andiamo a caſa ſua , come eravamo diſpoſti di voler fare . Nel noſtro ragionamento tre coſe gli havemo propoſte . . . Non ſi potria dire con quanta dolcezza , amorevolezza , & prudenza ſua ſignoria illuſtriſs. ci riſpondeſſe . . . & nel fine di queſto ci diede una larga ſperanza , che tutte le coſe haveſſero da riuſcire bene , & con ſodisfattione & di ſua beatitudine & di tutti ; promettendoci a queſto effetto di non perdonare nè a fatica , nè a qual ſi voglia travaglio di corpo & di mente : & dicendo parole le migliori , che ſia poſſibile ad imaginarſi da un ſuo pare . Dopo queſto ci eſpoſe con grandiſſima commiſeratione le calamità , ruine & eſtremi biſogni di quell'infelice regno di Franza , volendoci perſuadere , che , quando pure vi reſti qualche reſiduo di guerra , dovrebbono tutte le chieſe contribuire a ſoccorrerlo , havendoſi maſſimamente viſto per le lettere de' 18. del paſſato , che gli articoli della concordia , che ſaria ſucceſſa , ſe non ſi veniva alla giornata , erano vergognoſiſſimi & dannoſiſſimi alla religione . Nell'ultimo poi del ragionamento ci ricercò d'una meſſa ſolenne per la vittoria havutaſi in Franza , & d'un'altra per quelli , che perirono nella battaglia . Et noi glielo havemo volentieri promeſſo , & glielo attenderemo : tenendo per certo , che non poſſa ſe non piacere a ſua beatitudine , & dare quì buona edificatione .*

(*f*) Fervebat per hoc tempus de epiſcoporum inſtitutione ac reſidentia inter concilii patres controverſia , &, quo jure, divinone an humano , utraque inducta eſſet , magnis partium ſtudiis ac contentionibus agitabatur . quo in genere quid proxime accidiſſet, card. Borromaeum concilii praeſides litteris , die 24 jan. datis , docuerant hiſce verbis : *Avvenne in quella congregatione* (de' 22. gennaro) *un poco di diſordine , per la cagione , che diremo . Otranto* (Pierantonio di Capua , arciveſcovo di Otranto) *diviſe il ſuo voto in due parti , cioè negli ufficii delli veſcovi , & nella ſoſtanza del decreto . Alla prima diſſe , che , eſſendo ſtati chiamati quivi per riformar il decreto della reſidenza , & ſtabilirlo per poter celebrare la ſeſſione il giorno ſtatuito , hormai vici-*

humani juris & officii obliti videntur. hinc facile intelligimus, & non eſſe facilem religionis colendae rationem, & eſſe difficilem ejus ſimulationem diuturnam. ſed bene, quod jam vident omnes, quantum unicuique credendum ſit. Vergerii (g) g nebulonis ſcripta minus obſunt piorum rationibus, quam inanes contentiones eorum, qui ſuis cupiditatibus pietatem ac religionem praetendunt. ſed Deus iſta gubernabit. Vale. III. (h) Kal. h februarii. M. D. LXIII.

vicino, non vedeva perchè s'haveſſe da entrare a diſcorrere & diſputare ſopra gli ufficii delli veſcovi, & perder tempo in coſa non commeſſa dalli legati. Alla ſeconda diſſe, che ſapeva, che i padri non volevano, che ſi dichiaraſſe, che la reſidenza foſſe de jure divino per tante ragioni, che ſi ſono dette già tanti giorni, & che, vedendo, che per queſto decreto ſi veniva a dichiarare, non poteva conſentire, che il detto decreto ſi proponeſſe, eſſendo certiſſimo, che non paſſarebbe; & che tanto tempo ſi perdeva, quanto ſi ſtava in queſto penſiero. Granata (Pietro Guerrero, arcivescovo di Granata), *che venne appreſſo, diſſe tutto il contrario. lodò il proemio, lodò il decreto, & l'approvò in tutte le parti; &, ſe haveva difetto alcuno, diſſe, ch'era, perchè vi haveria voluto dentro anche parole più efficaci. & ſoggionſe, che chi diceva „ Paſcere, & munera epiſcopalia non eſſe ex praecepto divino „ diceva una hereſia: concludendo, che, ſe di quel decreto ſi levava una ſola parola, voleva proteſtarſene a Dio & al mondo. Quella parola, che foſſe hereſia a dire „ Paſcere, & munera epiſcopalia non eſſe ex praecepto divino „ punſe Otranto, tenendola come detta per lui, & ſe ne riſentì verſo Lorena* (il cardinal Carlo di Lorena), *dicendo, che s'egli non provedeva, che ſi parlaſſe con modeſtia, anch'eſſo metterebbe la modeſtia da canto, & riſponderebbe come ſi conveniſſe all'honor ſuo, & alla profeſſione, che fa d'eſſer catholico, quanto perſona che viva, & non vi tornarebbe più. Granata ſi ſcusò con dire, che potea ben eſſere, che uno diceſſe un' hereſia, & per ciò non foſſe heretico. & ſi miſe ſilentio fra loro.*

(g) De Petro Paullo Vergerio vide epiſt. *Decimoquinto* d. 22. nov. 1561. & epiſt. *Quod abeſt* d. 10. oct. 1562.

(h) *pridie* exempl. Emendavi ex Tabul. & ex cod. vat.

X I V.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

De prorogata ſeſſione. De Cromero. De cardinalis Lotharingi ad Caeſarem itinere. 17. febr. 1563.

NON dubium eſt, quin explicatio difficilium quaeſtionum eo prudentior eſſe ſoleat, quo plus ad deliberandum ſpatii ſumitur. veniant enim ſapientibus viris in mentem omnia neceſſe eſt, cum ad conſiderandas res ab illis ſatis temporis diligentiaeque adhibetur. quare, ſi ea cauſa vobis fuit, ut actionem

a b nem iſtam (*a*) in aprilem menſem proferretis (*b*), res ipſa facile probabit iis, qui tarditatem & procraſtinationem iſtam accuſant, nullam ipſis ſuccenſendi vobis cauſam fuiſſe. ſed omnibus ratio veſtra ſatisfaciet; quam, ſpero, Dei ſapientia guber-
c nabit. Velim Cromero (*c*) noſtro liceret per ejus negotia proximum conſeſſum & congreſſum veſtrum expectare. ſed vereor, ut poſſit. eſſet homini, & doctiſſimo & in primis pio,
d matura illa & uberrima actio de maximis rebus (*d*) grata ad-
e modum atque jucunda. Iter Lotharingi (*e*) cardinalis ad caeſarem

(*a*) *Actionem* dicit eam, quam vulgo *ſeſſionem* appellamus. in extrema autem ſeſſione XXII. quae celebrata fuerat die 17. ſept. an. 1562. de proxima celebranda in haec verba decretum fuerat: *Inſuper eadem ſacroſancta tridentina ſynodus diem futurae ſeſſionis ad feriam quintam, poſt octavam feſtivitatis omnium ſanctarum, quae erit dies* XII. *menſis novembr. indicit: & in ea decernetur de ſacramento Ordinis & de ſacramento Matrimonii &c.* Verum, quum eo die celebrari non potuiſſet, primum ad menſem decembrem, tum ad hunc hujus anni 1563. februarium rejecta fuerat. ex hoc autem ipſo februario ad aprilem facta rejectio eſt. denique, aliis deinceps atque aliis prolationibus interpoſitis, non niſi die XV. jul. celebrata ſeſſio viceſimatertia eſt, quae fuit Pio IV. pontifice max. ſeptima.

(*b*) *proſeretis* exempl. Emendavi.

(*c*) De Martino Cromero vide epiſt. *Etſi nulla* d. 14. nov. 1562. & epiſt. *Quamvis in iſta* d. 21. ejuſdem menſis, denique epiſt. *Nullum eſt onus* die 17. jan. 1563. in qua extrema illud eſt: *Tuum diſceſſum, vel adventum potius, proſequor optimis ominibus*. Perfunctus igitur legatione apud caeſarem ſua, videtur Tridentum veniſſe, ibique fuiſſe hoc tempore. optat autem Truchſeſius, ut tamdiu Tridenti ſubſiſtere Cromero per occupationes ſuas liceat, quoad ſeſſio illa viceſimatertia, in aprilem menſem indicta, celebretur.

(*d*) De ſacramentis Ordinis & Matrimonii.

(*e*) *Lotharingii* exempl. Emendavi. namque, ut *Gallus* a *Gallia*, *Hiſpanus* ab *Hiſpania*, *Germanus* a *Germania*, ita a *Lotharingia*, non *Lotharingius*, ſed *Lotharingus* derivatur. Caeterum de hoc cardinalis Lotharingi ad caeſarem itinere haec, quae ſequuntur, ex concilii praeſidum ad card. Borromaeum litteris deſcribenda duximus. Die 2. febr. 1563. *Il cardinal di Lorena*, inquiunt, *ha havuto avviſo, che a mezzo queſto meſe il rè de' romani ſi troverà in Inſpruch con l'imperatore ſuo padre, & havendo egli, come dice, da negotiare alcuna coſa con le loro maeſtà, fa penſiero d'andarvi la ſettimana, che viene, & trattenerſi là per* XII. *o* XV. *giorni, & poi ritornarſene al concilio. Il veſcovo di Cinquechieſe anch'egli, toſto che ha penſato, che l'imperatore poſſa eſſer gionto in Inſpruch, è andato a ritrovare ſua maeſtà.* Die autem ſeptima ejuſdem menſis: *Lorena*, inquiunt, *hoggi è ſtato da noi a farci intendere, che prima che partiſſe di Franza, hebbe ordine, che, avvicinandoſi l'imperatore a queſta città di Trento, andaſſe a trovar ſua maeſtà, &, che hora, che sà ch'è gionta in Inſpruch, è riſoluto di partir giovedì* (11. febr.): *& che, fra l'andar, ſtar' & ritornar quà, non metterà più tempo, per quel ch'egli crede, di* X. *a* XII. *giorni*. Oenipontum quando pervenerit, quamque honorifice ab imperatore ac rege romanorum exceptus fuerit, ex hiſce Gratiani, qui praeſens aderat, ad Commendonum, Tridenti tum commorantem, litte-

litteris intelligimus. Die 16. febr. *Monſignor illuſtriſſimo di Lorena è arrivato quì hoggi alle quattro hore. Sua maeſtà ceſarea gli ha mandato incontra il conte Scipion d'Arco con molti altri gentilhuomini & con li ſuai cavalli leggieri un' hora inanzi la ſua venuta. Inſieme col conte andò anche il veſcovo di Cinquechieſe. Monſignor nuntio* (Zaccaria Delfino) *anchora con l'ambaſciator di Venetia gli è uſcito incontro a un tiro di mano fuori de la porta. Il cardinale entrò col conte Scipione a man manca, & col nuntio a man dritta, il quale però reſtava un poco adietro, perchè Cinquechieſe ſi accoſtava al paro a la mano del nuntio. Sua ſignoria illuſtriſſ. venne ſempre ragionando col conte Scipione, & ſe ne andò diritto a diſmontare in corte. L'imperatore, col quale ſi abbattè eſſere anche il rè de' romani, gli uſcì incontro fin'a la prima ſala, & lo conduſſe a la ſua camera: ove fermatoſi per poco ſpatio, fu di nuovo da l'una & l'altra maeſtà accompagnato fin tre ſcalini de la prima ſcala: & gli hanno fatto ciera & accoglienze gratiſſime, & tali, che la gente ne reſta maravigliata.* Die autem 19. ejuſdem menſis: *Il cardinal di Lorena, per quanto intendo, partirà lunedì. E'ſtato molto accarezzato da ſua maeſtà ceſarea & dal rè de' romani. Il dì dopo la ſua venuta andò alle 8. hore da l'imperatore, il quale gli uſcì incontro inſieme col rè fin' a la ſcala del ſalone. Al tornare indietro, il rè caminava inanzi ſolo; al paro veniva l'imperatore & il cardinale, ambedue con la beretta in mano. Entrarono tuttatrè in camera, & vi ſtettero fin a le X. hore, ch'è l'hora del pranſo di ſua maeſtà ceſarea, la quale ritenne il rè & il cardinale a deſinar ſeco. Al dar l'acqua a le mani ſi lavò prima l'imperatore ſolo, & il rè li diede la ſalvietta. poi il rè fece inſtantia al cardinale, che ſi lavaſſe primo: ma eſſo non volſe. così il rè ſi lavò, & poi il cardinale. A tavola ſentò prima l'imperatore al ſuo luogo ordinario, cioè appoggiato al muro ſotto il baldacchino. il rè s'aſſettò a la man ſiniſtra di ſua maeſtà ceſarea, pure accoſto al muro. il cardinale ſedette a l'un capo de la tavola a man ſiniſtra del rè. Il banchetto fu ſolenne di muſiche &c.* Die denique 21. ejuſdem februarii: *Hoggi ſono partiti alcuni veſcovi franceſi, & fra gli altri monſignor di Verduno. dimane parte il cardinal di Lorena. Queſta mattina il rè de' romani ha fatto banchetto a l'imperatore, al cardinale, al nuntio, a l'ambaſciator di Francia, di Polonia, di Venetia, di Ferrara. & ſua maeſtà ceſarea ha fatto brindiſi al cardinale nel ſuo bicchieri, & portoglielo di ſua mano, & certi ſavori, che ſi ſogliono fare a tavola: & ha parlato quaſi ſempre franceſe &c.* Tridentum denique extremo februario idem Lotharingus reverſus, quid cum caeſare de concilii rebus egiſſet, praeſidibus Seripando, Hoſio ac Simonetae (nam Gonzaga gravi morbo, qui fuit illi etiam ſupremus, aegrotabat) diligentiſſime renunciavit: idque ipſi ad card. Borromaeum hiſce litteris, die primo martii datis, detulerunt. *Queſta ſera, dopo la congregatione generale, il cardinal di Lorena è ſtato con noi in caſa di me Varmienſe, che mi trovò alquanto indiſpoſto, & dopo le parole di cerimonia & di creanza, che per brevità laſciamo da banda, volendoci dar conto di quel, che ha paſſato in Inſpruch pertinente al concilio, & a quella parte, che li communicammo dell'inſtruttione data al Commendone, ci ha detto per primo, che giunto in Inſpruch il veſcovo Delfino fu ſubito a parlarli, & li diſſe, che trovarebbe l'imperatore aſſai mutato di quel buon animo, ch'era prima, verſo le coſe del concilio; & che queſta mutatione era cominciata fin nel viaggio, quando ſua maeſtà era in Conſtanza, per diverſe occaſioni, che l'havevono cauſata, & ſpetialmente per male ſodisfattioni, che da Roma & dal concilio gli erano ſtate date, & che però haveva voluto avvertirne ſua illuſtriſſima ſignoria, & pregarla a voler tener la mano, & far di quegli uſficij,*

ſcij, ch'erano degni di lei, con ſua maeſtà in ſervigio di queſta cauſa publica, & conſervatione della dignità & autorità di noſtro ſignore; poichè era di tal credito & reputatione appreſſo la maeſtà ſua, che ſenza dubio haveria potuto aſſai. A queſto il cardinal diſſe, reſtringendo in poche parole, che non poteva mancare, nè mancarebbe mai in ogni luogo & tempo di far quel che conveniſſe a buon cardinale & membro della ſede apoſtolica, & ſervitore affettionatiſſimo di ſua beatitudine. Venendo poi alla perſona dell'imperatore ci ha detto, che ſua maeſtà ſi è gravemente doluto ſeco, che in concilio non ſi ſia tenuto niun conto di lei, nè fattone più ſtima di quel che ſi faria fatto d'una perſona privata; & deſcendendo a' particolari è venuta a dire, che havendo noi trovato nel volume da lei mandato parecchi capi & articoli, li quali noi ſteſſi confeſſavamo, ch'erano degni d'eſſer propoſti, non li havemo però voluto mai proponer; non curando nè ſua maeſtà, che li haveſſe mandati, nè i ſuoi ambaſciatori, che ne ſollecitaſſero la propoſitione, dando ſempre intentione di volerlo fare, & non venendone mai all'effetto. Appreſſo, che havevamo ricuſato di proporne alcuni altri, toccanti, ſecondo noi, l'honore di ſua maeſtà, parendoci indegno, che a nome di lei ſi proponeſſero coſe di quella ſorte, che a pena gli heretici ardirebbono di dimandarle. nel che ha moſtrato di tenerſi offeſa; quaſi che ſi voglia havere opinione, che ſua maeſtà le domandi da sè, perchè le creda & le voglia, & non più toſto per ſodisfare alli ſuoi popoli, che ne l'hanno ſupplicata, a' quali non può mancare della ſua interceſſione. altri finalmente non havemo voluto toccare, come ſpettanti all'autorità di noſtro ſignore. nel qual caſo ſi diffuſe aſſai, moſtrando, che non s'era ancora fatta coſa di riforma, che foſſe di niun momento: & concludendo, che le coſe non s'intendevano, nè ſi pigliavano per lo buon verſo. & che di neceſſità ſua ſantità era ingannata o da queſto concilio quà, o dal conſiglio di Roma, li quali confondevano l'autorità di ſua beatitudine con li abuſi, & li abuſi con l'autorità. Detto ch'hebbe il cardinale fin quà con molta eloquenza, io Seripando brevemente riſpoſi, che havevamo ſempre portato a ſua maeſtà la riverenza & oſſervanza, che dovevamo, & che coloro, che andavano nella ſua mente ſeminando il contrario, ſi dilettavano di bugie & di diſcordie; non eſſendo noi così ſciocchi, che non ſappiamo quanto dobbiamo honorare, riverire & oſſervare la maeſtà ſua & per ſe ſteſſa & per ordine eſpreſſo di noſtro ſignore: che quanto agli articoli ſcelti da noi dal volume, come degni di proporſi alla ſinodo, non ſi potevano proporre tutti ad un tratto; ma che, come adeſſo s'erano dati queſti pertinenti alli abuſi dell'Ordine, così li altri ſi darebbono fuora ſimilmente al tempo ſuo, ſecondo i trattati, a' quali ſi confaceſſero. quanto a quelli pertinenti a ſua maeſtà, che havevamo creduta di doverne più toſto haver merito con lei, che altramente: perchè il principale & ſolo ſoggetto noſtro era la ſua dignità, che non pativa, che da ſua parte ſi proponeſſero in concilio ſimili coſe, delle quali, come s'era viſta nella coſa del calice, la maggior parte delli padri ſi ſcandalizzarono, come di coſe, che foſſero contra la fede eſpreſſamente. quanto agli ultimi, ſpettanti all'autorità di noſtro ſignore, che nel vero non conveniva, che il capo foſſe riformato dalli membri, & che però era più conveniente, che le coſe di quella qualità ſi trattaſſero dalla maeſtà ſua con ſua beatitudine, che trovarebbe in lei tutta quella prontezza & diſpoſitione, che poteſſe deſiderare; come già tuttavia andava moſtrando nella riformo già cominciata, & che tuttavia ſeguiva. In queſto propoſito il cardinal di Lorena ci ha aſſicurati quanto all'autorità di noſtro ſignore, che l'imperatore vuole, che ſia conſervata intiera & ſalda, & che moi non è non ſolo per conſentire in altra religione, ma nè per laſciar mai la

protet-

protettione & obedienza della ſede apoſtolica, & della detta autorità, & ſpetialmente di noſtro ſignore preſente, di cui dice che ha la maggiore & miglior opinione, che ſi poſſa haver d'un papa, & che da ſua ſantità ſpera tutto il bene, che ſi poſſa ſperare nella chieſa, purchè da' cattivi conſiglieri non ſia ingannata, come le pare di eſſer certa, che ſia ſtata ingannata fin' adeſſo. &, perchè in queſto ragionamento ſi toccò anco del Jure divino, & del Proponentibus legatis, a queſte parti fu da me Varmienſe lungamente riſpoſto, & per noſtro giuditio con ſodisfattione d'eſſo Lorena; il quale però dice, che non haveſſimo un dubio al mondo, che in quel Proponentibus legatis il rè cattolica ſarebbe più terribile, che l'imperatore: perchè dicono, che, ſtando quelle parole, il concilio non è libero, nè i principi vi hanno luogo: laonde, non havendo eſſi in concilio nè voce deciſiva nè conſultiva, non ſanno a che fine ve ſi mandino i loro ambaſciatori. Io Seripando, che mi dò ad intendere di ſaper queſto punto beniſſimo, diſſi a Lorena, che volevo un poco un giorno andare a caſa ſua, & ragionar ſeco riposatamente, & farli toccar con mano, che quelle parole non impediſcono la libertà del concilio .... All'ultimo diſſe Lorena, che haveria havuto caro, che a tutti queſti trattati ſi foſſe ritrovato monſignor illuſtriſs. Mantua: ma, perchè ſi poteva dubitare, che il mal ſuo haveſſe ad eſſer un poco longhetto, ci pregava, che non voleſſimo perder tempo, nè intermettere le due congregationi al giorno, la mattina delli theologi, & la ſera delli padri: & così gli havemo promeſſo di fare, come facciamo anco, & come faremo in effetto. &, perchè ha detto anco di voler di tutto queſto, che ha ragionato con noi, ſcriver alla ſantità di noſtro ſignore, & perchè dirà forſe anco più di quello, che ci habbiamo potuto ricordare di mettere in queſta lettera, non ci curaremo di eſſer più longhi. & facendo quì fine baciamo a V. S. illuſtriſs. & reverendiſs. humilmente le mani. Di Trento, il primo di marzo 1563. Di V. S. illuſtriſs. & reverendiſs.

Humiliſſimi ſervitori Hier. card. Seripando, Stan. card. Varmienſe, Ludovico card. Simoneta.

Quae autem cardinalis Lotharingus ad concilii praeſides ex ſermone caeſaris renunciavit, ea ſerme ipſa idem caeſar ad pontificem max. hiſce litteris, die 3. martii Oeniponto datis, perſcripſit.

„ Beatiſſimo in Chriſto patri &
„ domino Pio IV. divina providentia
„ ſacroſanctae romanae ac univerſalis
„ eccleſiae ſummo pontifici, domino
„ reverendiſs.

„ Beatiſſime in Chriſto pater. Cum
„ proxime praeteritis diebus, divina
„ benignitate feliciter confectis graviſ-
„ ſimis illis negotiis, quae partim
„ cum principibus ac electoribus ſacri
„ romani imperii, partim vero in pro-
„ vinciis noſtris auſtriacis, ad Rhe-
„ num ſitis, tractanda habuimus, in
„ hunc noſtrum comitatum tirolenſem
„ perveniſſemus, quo nos non modo
„ res noſtrae privatae vocarunt, ve-
„ rum etiam propinquitas loci, in quo
„ hoc tempore ſacrum generale con-
„ cilium celebratur, invitavit, ut, pro
„ ea cura, quae nobis, ut imperatori
„ romanorum & ſupremo eccleſiae ad-
„ vocato & protectori, incumbit, ſa-
„ lutem & utilitatem ipſius promo-
„ vendi, de ejus ſtatu exacte edocti,
„ ei, quacumque in re opus foret, fa-
„ vore, patrocinio & auxilio noſtro
„ praeſto eſſemus, magno profecto
„ cum animi noſtri dolore intellexi-
„ mus, res ſacras illius ſynodi non
„ eo modo ac ordine procedere, quo
„ nos cum omnibus piis vellemus, &
„ afflictus reipublicae chriſtianae, ac
„ praeſertim oppreſſae ac deficientis
„ in dies magis ac magis catholicae
„ religionis ſtatus expoſceret .... Ut
„ enim multa alia taceamus, certe
„ valde inconveniens videtur, rem in
„ eum locum jam eſſe deductam, quod
„ jam aliquot menſium ſpatio nulla
„ fuerit celebrata ſeſſio, &, quod gra-
„ vius eſt, dum nos & alii chriſtiani
„ orbis reges & principes catholici,
„ gau-

,, gaudentes antiqua catholicorum,
,, unitate & concordia, ſperamus Dei
,, beneficio aliquando futurum, ut ca-
,, tholicae religionis noſtrae adverſa-
,, riis, inter ſe opinionibus & haereſi-
,, bus diſtractis & invicem altercanti-
,, bus ac pugnantibus, orthodoxa fides
,, noſtra refloreſcat ... proh dolor!
,, ipſi quoque patres & doctores, in
,, concilio exiſtentes, ad contentiones
,, & diſſidia, cum maxima jactura, &
,, dictorum adverſariorum jubilatione,
,, prorumpere incipiant. quae qui-
,, dem incommoda ſicut ſanctitatem
,, veſtram nequaquam latere arbitra-
,, mur, ita quoque perſuaſum habe-
,, mus, ſanctitatem veſtram (quae
,, ejus eſt eximia pietas & optima in
,, rem chriſtianam voluntas), ut com-
,, munem parentem, lubenter eas vias
,, & rationes inituram, per quas exor-
,, tae illae difficultates explicari, &
,, negotia illa ad gloriam & laudem
,, divini nominis, & ad beneficium uni-
,, verſae chriſtianitatis dirigi queant ...
,, Circumferuntur quidem rumores &
,, ſermones quorumdam, non admo-
,, dum commodi, neque nobis grati,
,, videlicet ſanctitatem veſtram cogi-
,, tare de diſſolutione vel ſaltem ſuſ-
,, penſione ipſius concilii; quibus ta-
,, men rumoribus neſcimus quanta ſit
,, tribuenda fides; & exiſtimamus,
,, ſanctitatem veſtram, ſi quid ejuſ-
,, modi habet in animo, hoc potiſſi-
,, mum perplexo & intricato rerum
,, ſtatu, qui videtur eſſe in concilio,
,, ad id fuiſſe inductam. nos vero (ut
,, ſanctitati veſtrae pro ejus aequani-
,, mitate, & paterna in nos volunta-
,, te, mutuoque noſtro in ſanctitatem
,, veſtram filiali ſtudio, quod ſenti-
,, mus, ingenue patefaciamus) longe
,, ſecus judicamus. etenim, noſtro
,, judicio, praeſtaret, numquam coe-
,, ptum fuiſſe concilium, quam im-
,, perfectum relinqui & ſuſpendi .....
,, Timendum namque foret, ne ex iſta
,, diſſolutione aut ſuſpenſione, ultra
,, ſcandalum, quo totus offenderetur
,, orbis chriſtianus, ac praeter ſancti-
,, tatis veſtrae & totius ordinis eccle-
,, ſiaſtici contemptum & vilipendium;
,, ac praejudicium, quod & huic &
,, futuris conciliis oecumenicis inferre-
,, tur, alia quoque irreparabilia mala
,, mox conſequerentur, major videlicet
,, a catholica religione defectio, & ja-
,, ctura interituſque illarum etiam exi-
,, guarum reliquiarum populi catholi-
,, ci, quae adhuc ſuperſunt cum in
,, ſacri romani imperii ditionibus, ac
,, regnis & dominiis noſtris haeredita-
,, riis, tum & in aliis regnis atque pro-
,, vinciis; ſiquidem fruſtratae ea, quam
,, in hoc concilio poſuerunt, fiducia,
,, ipſae quoque ſeductoribus aures fa-
,, cilius eſſent praebiturae. neque
,, defuturos crediderimus etiam ex
,, catholicis, qui interpretarentur,
,, ejuſcemodi diſſolutionem vel ſuſ-
,, penſionem fieri ſtudio impediendae
,, reformationis, quam a tot annis
,, expectamus & requirimus, tamque
,, neceſſariam judicamus, ut ſine ea
,, fruſtra eſſe videatur meliorem eccle-
,, ſiae ſtatum ſperare .... Quocirca
,, exiſtimamus, unicum eſſe medium,
,, quo tot & tam inſignes difficultates
,, atque incommoda praecavebuntur,
,, ſi ſanctitas veſtra non patietur, con-
,, cilium hoc generale diſſolvi atque
,, ſuſpendi, ſed operam datura eſt,
,, ut id per vias debitas & competen-
,, tes ad felicem & optatum exitum
,, perducatur. quod & ipſum non ali-
,, ter fiet, niſi fiat ſerio tam diu ex-
,, petita reformatio, ipſique concilio
,, ſalva & integra ſit antiqua & ſolita
,, ſua libertas ita, ut (quemadmo-
,, dum informati ſumus a piis & eru-
,, ditis viris in priſcis pleriſque con-
,, ciliis, & praeſertim iis, quae pro
,, praecipuis habentur & ſancta vocan-
,, tur, obſervatum fuiſſe), liceat nunc
,, quoque non ſolum ſanctitatis ve-
,, ſtrae legatis, verum etiam patribus,
,, ac inſuper noſtris ac aliorum regum
,, & principum oratoribus & procura-
,, toribus proponere, quae quiſque
,, univerſaliter ad conſervandam reli-
,, gionem catholicam, ac obedien-
,, tiam, ſanctitati veſtrae & ſanctae
,, ſedi apoſtolicae debitam, pertine-

,, re,

rem cupio & confido reip. fore ſalutare. Vale. Roma. XIII. Kal. martii. M. D. LXIII.

,, re, vel particulariter cujuſque regni
,, aut provinciae neceſſitatem & utili-
,, tatem poſtulare cognoverit: patri-
,, bus vero libere & ſine metu aut
,, reſpectu dicere & decernere, quae
,, cuilibet ſpiritus ſanctus & conſcien-
,, tia ſuggeſſerit, ſervato utrinque bo-
,, no ordine, per quem facile evitabi-
,, tur, ſi qua timetur in hac parte
,, confuſio, ita ut non opus ſit de his
,, rebus, quae per concilium ſunt de-
,, terminandae, aliorſum extra conci-
,, lium recurrere .... Neque vero ſan-
,, ctitas veſtra hoc loco ſuſpicari ve-
,, lit, quod magnis a ſanctitate veſtra
,, precibus petimus, nos id agere, ut
,, ſanctitati veſtrae legem praeſcriba-
,, mus, aut eam, quomodo officio ſuo
,, paſtorali fungi debeat, inſtruamus,
,, cujus ſapientiam, pietatem, & in
,, regenda eccleſia felicitatem magni
,, facimus, aut etiam, ut eam ſupe-
,, rioritatem, dignitatem, vel autho-
,, ritatem, quae eidem ſanctitati ve-
,, ſtrae jure ac merito competit, labe-
,, factemus vel in dubium revocemus,
,, cujus tuendae & conſervandae hacte-
,, nus ſemper fuimus, erimuſque poſt-
,, hac, quoquo tempore ſtudioſiſſimi,
,, non recuſaturi eam ob cauſam ullos
,, umquam labores, curas & mole-
,, ſtias, adeoque fortunarum & ſalu-
,, tis diſcrimen, ſi neceſſitas poſtulet,
,, ſubire. ſed, poſteaquam varia ad
,, nos de praeſenti ſtatu concilii allata
,, eſſent, quibus homines tam a ſan-
,, ctitate veſtra & ſede apoſtolica,
,, quam a concilio magis magiſque
,, alienari viderentur, & quae gravio-
,, ribus incommodis anſam facile prae-
,, bere poſſent, exiſtimavimus, noſtras
,, partes eſſe, tamquam primogeniti
,, & obedientiſſimi eccleſiae filii, ejuſ-
,, demque advocati, ut ſanctitatem
,, veſtram de iiſdem certiorem redde-
,, remus ... Et quoniam teſtantur hi-
,, ſtoriae, praeſentiam ſummorum pon-
,, tificum & imperatorum in conciliis
,, eccleſiae & chriſtianae reipublicae
,, maximam ſaepe attuliſſe utilitatem,
,, ut nos hanc quoque operam chriſtia-
,, no orbi in hac ſumma neceſſitate
,, praeſtemus, volente Deo, ipſi lu-
,, bentiſſimo animo, ac ſepoſitis omni-
,, bus aliis graviſſimis noſtris difficul-
,, tatibus, ad concilium veniemus, &
,, progreſſum ejus praeſentia noſtra,
,, quoad ejus umquam fieri poterit,
,, promovere ſtudebimus. Sanctitatem
,, tamen veſtram hoc loco iterum atque
,, iterum enixe rogamus, ut ipſa id la-
,, boris ſuſcipere, & afflictae eccleſiae
,, ſua in concilio praeſentia, tamquam
,, fidelis paſtor & pius pater, benigne
,, conſulere non gravetur.... A qua
,, ad haec officioſa, & e puro corde &
,, chriſtiano zelo profecta, ſcripta
,, primo quoque tempore benignum &
,, paternum reſponſum expectabimus:
,, quam Deus miſericors eccleſiae ſuae
,, quamdiutiſſime ſalvam & incolu-
,, mem ſervet. Datum Oenipont. die
,, 3. martii, anno M. D. LXII.
,, Sanctitatis veſtrae
,, Humillimus & obſequens
,, filius Ferdinandus.

Deſcripſi Ferdinandi hanc epiſtolam ex tomo I. operis inſcripti *Litterae procerum Europae ab imperatoribus, electoribus, principibus, ſtatibuſque ſacri imperii romano-germanici ad reges, principes, reſpublicas liberas, & viceverſa ... ab anno 1552. uſque ad annum 1712.... in lucem editae a Jo. Chriſtiano Lunig. Lipſiae apud Jo. Frider. Gleditſch & filium. anno* M. D. C. C. XII. Quam quidem epiſtolam anno non 1563. quo revera ſcripta fuit, ſed 1562. notatam mirari lector non debebit. nam ſive error typographicus in illam adſcriptionem irrepſit, ſive computati in ea ſunt anni ex earum nationum ratione ac conſuetudine, quibus anni initium, non in Kalendis januariis, ſed in die quinto & viceſimo martii menſis, eſt.

X V.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

27. febr. 1563. *Controverſias de ſententia, in concilio priore loco a theologis dicenda, improbat. Naumburgenſium epiſcopi litterarum prudentiam laudat.*

MAgnae fuerunt offenſioni bonis viris, majori etiam aliis, diſcordiae, quae iſtic tam multae, de priore loco dicendae ſententiae (*a*), natae ſunt, praeſertim cum illud hominum genus

(*a*) Hoc totum, concilii praeſidum litteris, ad card. Borromaeum die 7. hujus menſis datis, illuſtratur; in quibus haec, poſt alia quaedam, leguntur: *Mentre, che ſi tentava d'acquetar gli ambaſciatori predetti, eccoti ſuſcitarſi nuovo garbuglio, & è, che, havendo noi fatti dar gli articoli del matrimonio alli theologi da diſputarſi, & ordinate di loro quattro claſſi, per abbreviar quelle tante lunghezze, come V. S. illuſtriſs. haverà inteſo, è venuto infra di loro ſpirito di precedenza. perchè, eſſendoſi fatte le liſte con ſaputo & concerto del cardinal di Lorena, dando dopo i theologi di noſtro ſignore il primo luogo alli ſorboniſti, come privilegiati, il Pagnano con il ſecretario del conte di Luna, ch'è quì già più ſettimane, & altri, che fanno per il rè catholico, ſono ſaltati sù, & hanno detto, che queſto torna a troppo pregiuditio del rè loro. & che pare, che ſi venga a ſententiare nella controverſia, che ha di precedenza col rè di Franza, & ſimil' altre parole, moſtrando, che non ſono per comportarlo: & dopo molte coſe detteſi intorno a ciò & da eſſi & da noi, ci domandarono, che almeno faceſſimo, che il primo della ſeconda claſſe foſſe uno ſpagnuolo, che ſe ne contentarebbono. onde datisi noi a prattticar di queſto con Lorena, & ridotta a termine la coſa, che ſua ſignoria illuſtriſs. ſe ne contentava, ſono venuti adeſſo, che ſiamo alle due hore di notte, il veſcovo di Salamanca, il Pagnano, & alcuni dottori ſpagnuoli a dirci, che non ponno conſentir a queſta ſenza graviſſimo pregiuditio dello precedenza del rè catholico; proponendoci, che voleſſimo fare, che fra i theologi ſi ſervaſſe l'ordine, che ſi ſerva fra li padri; cioè che diceſſero ſecondo il tempo del dottorato. & per queſto, ſendo l'hora tarda, ſiamo sforzati a far diſintimare la congregatione, che doveva farſi domattino, per eſſer inſieme, & veder, ſe ſi potrà trovar verſo d'accommodar queſt'altro rumore.* Inſequenti autem die ita de eadem re ad eumdem Borromaeum ſcripſerunt: *Queſta mattina havemo travagliato aſſai con monſignor illuſtriſs. di Lorena, & con queſti, che fanno per lo rè catholico, per accordare queſta differenza delli theologi, &, vedendo, che li ſpagnuoli volevono, che diceſſe ciaſcuno prima & poi, ſecondo il tempo del ſuo dottarato, ſe n'è parlato col cardinal predetto, il quale all'ultimo ſe n'è contentato, purchè queſt'ordine ſia generale, & comprenda anche i dottori di ſua ſantità; moſtrando di domandar queſto a fine, che non paja, che l'ordine non ſi faccia per conto dè levare la pretenſione della preceden-*

genus eas excitarit, quod reducere in concordiam eos deberet, qui quacunque cauſa diſtracti eſſent, non (*b*) ullas ipſi commovere diſſenſiones. iſti, ſi ſe theologos (loquor de auctoribus diſſidiorum) eſſe meminiſſent, maxime adverſariam ſuis ſtudiis & inſtitutis, inanis praeſtantiae cupiditatem abjicerent. ſed vereor, ne id in multos etiam cadat hoc tempore, quod Gregorius ille theologus de conventibus, qui habiti eſſent ſua aetate, in quadam ad Procopium epiſtola (*c*) teſtatum reliquit. Pudet eorum, b c

Ff 2

cedenza fra Spagna & Franza. A queſto ſiamo condeſceſi volentieri. ma, perchè già alcuni ſono preparati, havemo fatto pregare ſua ſignoria illuſtriſs. che, a fine che non ſi perda tempo, & ſi poſſa cominciar quanto prima ad udir la diſputa, voglia contentarſi, che nella prima claſſe dica prima il Salmerone, come theologo di ſua beatitudine, & poi un franceſe, & appreſſo uno ſpagnuolo, ch'è delli antichi, & nel reſto poi & nelle altre claſſi ſi ſervi l'ordine detto di ſopra. & ſua ſignoria illuſtriſſima, che in ogni coſa moſtra boniſſima inclinatione, ſe n'è contentata. sì che ſiamo fuori di queſto intrico per gratia d'Iddio, & molto prima di quella, che credevamo: & domani ſi darà principio a diſputare gli articoli, di che l'altro dì mandammo copia a V.S. Illuſtriſs. Denique die undecimo, novas difficultates negocio, quod confectum exiſtimarant, eſſe allatas, tertia hac ad eumdem Borromaeum epiſtola ſignificarunt: *Si ſcriſſe per noi all'illuſtriſs. ſignoria voſtra con la lettera precedente a queſta, che s'era accommodata la controverſia, ch'era nata fra queſti theologi, per conto della precedenza: & non fu poi vero. perchè la mattina ſeguente quei, che facevano per li ſpagnuoli, ch'erano il Pagnano, & il ſecretario Gaſtelù, con un dottore, non vollero ſtare a quell'appuntamento, dicendo, che ſi faceva pregiuditio al rè catholico, ſe dopo il Salmerone diſputava un franceſe prima che uno ſpagnuolo. &, benchè ſia poi convenuto all'ultimo, che habbiano patienza, tuttavolta ci hanno travagliato due giorni fuori d'ogni propoſito, venendo fin'a dirci, che il rè predetto ſi vendicarebbe con l'armi, & levarebbe l'ubedienza alla ſede apoſtolica, & la trasferirebbe in Spagna, & altre coſaccie di queſta ſorte. alle quali ſi riſpoſe convenientemente, moſtrando loro, che facevano male a dir parole tali d'un così buono & catholico rè; la cui maeſtà ſapevamo, ch'era d'un'animo così ben diſpoſto verſo la detta ſede, & lo portava tal riverenza ad imitatione del padre & avi ſuoi di glorioſa memoria, che non laſciarebbe mai d'eſſerle ubediente & amorevole, & che, ſe non s'era levata dalla ubedienza della ſede apoſtolica in tempo, che le ſi faceva guerra, manco era da dubitare, che ſe ne levaſſe adeſſo, che la ſede apoſtolica l'haveva per protettore, diſenſore, & trattava ſeco con ogni ſorte di riſpetto & d'amore. Queſte coſe havemo voluto ſcrivere a V.S. illuſtriſs. perchè, eſſendo publiche per queſto concilio, non può eſſere, che non ſe le ſcrivano da altri, nel qual caſo è bene, che le ſappia anco da noi; & vegga appreſſo, con che perſone havemo, che fare, & che patienza ci biſogna.*

(*b*) *nonnullas &c.* Gratianus emendavit.

(*c*) Ea eſt inter editas ad Jacobo Billio quinquageſimaquinta. Gregorii autem verba ex ejuſdem Billii inteepretatione haec ſunt: *Ego, ſi vera ſcribere oportet, hoc animo ſum, ut omnem epiſcoporum conventum fugiam: quoniam nullius concilii finem laetum & fau-*

eorum, quae de ſtudiis partium, de cupiditate quorundam di-
d ctitantur: quae timorem etiam augent proximae actionis (*d*), ut, interpoſita mora, nullum ad bene ſperandum momentum habere videantur. Praeſto nobis ſit Dei benignitas, ut ſit inanis metus, qui nobis injicitur & ſermone multorum & neſcio qua
e vaticinatione (*e*), quam circumferri, permoleſte fero. ſed utinam

fauſtum vidi, nec quod depulſionem malorum potius, quam acceſſionem & incrementum habuerit. Pertinaces enim contentiones, & dominandi cupiditates (ac ne me, quaeſo, gravem & moleſtum exiſtimes haec ſcribentem) ne aliis quidem verbis explicari queant. citiuſque aliquis improbitatem arceſſetur, dum aliis judicem ſe praebet, quam ut aliorum improbitatem comprimat. Cujus quidem epiſtolae ſententiam Hoſius noſter in ſuis ad card. Chriſtophorum Madruccium litteris, die 30. oct. 1562. datis, ita rectiſſime interpretatur: *Epiſtolam Gregorii nazianzeni, quam ad me ſcriptam illuſtriſſima dominatio veſtra miſit, legi lubens; quamvis ea pridem a me lecta fuit. Brentius in ſuo ſcripto contra Petrum a Soto profert locum hunc ex nazianzena, quo probare conatur, fruſtra concilia congregari, quod nihil aliud, praeter inanes contentiones, in illis videre liceat. ſed mihi videntur haec nazianzeni verba, non de ſynodis generalibus, ſed de provincialibus quibuſdam intelligi debere, quae fere fierent inſtar colloquiorum, qualia ſuperioribus annis in Germania vidimus, nec fructum ullum adferebant. Nam certum eſt, Gregorium nazianzenum non interfuiſſe modo, verum etiam praefuiſſe propemodum concilio conſtantinopolitano primo, in quo multa ſunt ſalubria conſtituta: quodque ſymbolum in eccleſia recitatur poſt lectum euangelium, in illo concilio creditur a nazianzeno fuiſſe conſcriptum. Haereticorum igitur conventicula, quae crebra tum fuerunt, fugere ſe velle ſcribit nazianzenus, non quod ſynodos legitimas declinaret. Ubi de rebus controverſis agitur, fieri non poteſt, quin exoriatur aliqua contentio: & eſt illud veriſſimum, quod a philoſopho ſcriptum legimus „ Oppoſita juxta ſe poſita magis eluceſcunt„. ſit enim illuſtrior veritas, cum opponitur illi falſitas. itaque nullum puta fuiſſe concilium, in quo diſputatum in utranque partem non fuerit de rebus, quae vocabantur in quaeſtionem &c.*

(*d*) Proxima actio, ſive ſeſſio XXIII. fuerat a patribus in generali, quam die februarii tertio habuerant, congregatione, fuerat, inquam, indicta, ſive potius rejecta, in diem aprilis viceſimumſecundum.

(*e*) De hac vaticinatione audiatur Pallavicinius lib. XIX. cap. 16. n. 15. de illa eadem generali patrum congregatione agens: *Antonio Cinrella da Bari,* inquit, *veſcovo di Budoa (il quale nell' antecedente prorogazione havea detto „ Io non ſon profeta, nè figliuolo di profeta, ma m'indovino, che nè ancora in tal giorno la ſeſſione terraſſi „) hora pigliando ardire dalla verificata ſua predizione a farſi augure di novelle ſciagure, prenunziò, che quella ſeſſione non ſarebbeſi tenuta ſenza molta conteſa fra' principi criſtiani, e non in vita del preſente pontefice: e per conchiudere appunto alla foggia de' profeti, finì „ Reverendiſſimi padri, queſte coſe dice il ſignore „.* De quo vate, ſive ſcurra potius, vaticinari etiamnum atque inſanire pergente, haſce ad card. Borromaeum litteras concilii praeſides non multis poſt diebus dederunt: *Volemo con queſta far coſa, che non habbiamo ancora fatta da che ſiamo quì, a fine che, ſecondo quello, che ne parerà alla ſanti-*

nam vates ille vaticinetur , neque ſit in praedictione pondus! Prudentia literarum Julii , naumburgenſium epiſcopi (*f*) , ad te , vel in re triſti , me valde delectavit, qua praeſens reip. ſtatus mire deſcribitur : etſi , quod ille, timet , ne, & victoribus *f*

ſantità di noſtro ſignore , ſi faccia alcuna proviſione ad un diſordine , che ci è , di non piccola imporeanza . Il veſcovo di Budoa è quì ſcandaloſiſſimo , & nelle congregationi parla d'un modo , che a molti dà cagione di ridere , & a molti di contriſtarſi , che in conſeſſo ſimile a queſto naſtro ſi dichino coſe , ch'egli dice, & , per molto che ne ſia ſtato avvertito & ripreſo , maſtra di nan ſe ne curare . Il volerle raccontare ſaria un moſtrare d'havere poco che ſare altro . Però le laſciaremo , mandando ſolo a V.S. illuſtriſs. il voto , che diede a queſti giorni paſſati in mado di profeta : in conformità del quale ne ha dato hoggi un'altro di due parole ſolamente, cioè „Omnia vanitas„ . Noi havemo tolerate molte coſe ſue , & ancora con poca noſtra dignità . ma hora , che vedemo , ch'egli va tuttavia aggravando , & ſpetialmente gli oltramontani grandemente ſe ne offendono , non hovemo voluto tardare più a darne avviſo a V. S. illuſtriſs. a fine , che in nome noſtro ſi degni di pregare ſua beatitudine , che pigli in ciò quello eſpediente , che le pare , per honore di queſto concilio ; che noi non ci ſappiamo riſolvere , che farci ; & , a tolerarlo così , è ſcandalo & vergogna : & ſe lo mandiamo anche a chiamare , ci fà riſpondere , che non vuol venire . & per non parlar più longamente di ſoggetto tale , facciamo fine , con baciar a V. S. illuſtriſs. le mani . Di Trento il XI. *di febraro* 1563. Neque tamen in tam protervum atque importunum hominem ulla paullo graviore animadverſione ſibi utendum eſſe iidem concilii praeſides , quum quidem ſumma pontificis max. voluntate poſſent , deinde judicarunt : *Havemo* , inquiunt in ſuis ad card. Borromaeum litteris , Kalendis martii datis, *viſto quel, che V.S. illuſtriſs. ci ha ſcritto del veſcovo di Budoa : & , non potendoſi facilmente effettuare niuno di quelli partiti propoſti da lei , nè potendoſi altro di migliore per hora , venimo in queſta riſolutione , che il manco male ſia il laſciarlo ſtare ; & , ſe pur v'ha da far qualche coſa con lui , ſia alcuna piacevole & deſtra ammonitione , della quale non li mancaremo .*

(*f*) Has ipſas litteras ſignificare videtur idem iſte Julius Pflugius (de quo vide epiſt. *Bene de* d. 1. jul. 1562.) naumburgenſium epiſcopus, in epiſtola quadam ſua , ad Hoſium Citio data VII. id. jul. 1563. Ait enim : *Vellem equidem valetudine eſſe tam firma , ut iſtuc* (Tridentum) *advolare poſſem . non deeſſem in ea re officio meo , quod hactenus non ſine gravi moleſtia intermittere coactus ſui . Quod autem proximis ad reverendiſs. dominationem veſtram literis ſcripſi neſcio quae de reformatione eccleſiarum, id non eo feci animo , ut reverendiſſimam dominationem veſtram monerem , ſed quod diſſimulare non poſſem , quae cuperem ego . nam , ut nunc ſunt tempora , non minus periculi a collegiis certis , quam a ſchiſmaticis hoc tempore nobis impendet ; cum & cooptent in collegia canonici ſchiſmaticos , & , in deſignandis epiſcopis , principibus certis , iiſque de religione catholica male ſentientibus , gratificentur . Hinc illa eccleſiarum calamitas , quae totum fere ſeptentrionem premit , & periculum eſt , ne malum hoc latius ſerpat , niſi eccleſiae noſtrae quamprimum fuerint repurgatae &c.* In hac autem Truchſeſii ad eumdem Hoſium epiſtola ſic infra ſcriptum leges : *De moribus emendandis & corrigenda epiſcoporum diſciplina vere & ſapienter diſputat naumburgenſis . neque mihi videtur communium malorum ulla alia res culpam ſuſtinere , niſi vita , niſi oratio ſacerdotum .*

Digitized by Google

g bus (*g*) & victis gallicanis haereticis, cum caeteris provinciis male agatur, non omnino ei aſſentior. deleantur modo illae in Gallia reliquiae, niſi ad ſanitatem redire voluerint. reliqui, rerum novarum cupidi, facile refrigeſcent. ego, ad comprimendos motus, qui videntur impendére, multum pono in illa
h victoria gallicana, ſi ſerio res agatur; ut videlicet pax (*h*), vel armis parta vel pactione confecta, nitatur fundamento religionis ac pietatis. nam, niſi id ſpectant, niſi eo referunt omnia, qui dicuntur catholicorum duces & principes, nihil actum arbitrabor. &, ut dicam, quod ſentio, lenius & lentius mihi res illic (*i*) geri videtur, quam deberet. quae cauſa initio illius tumultus confirmavit impiam manum. reprimi enim facile potuit, mature ſi, qui debebant, reſiſtere voluiſſent. ſed perditorum ſpem & audaciam mollibus & ſententiis & conſiliis
k aluerunt (*k*). De moribus emendandis, & corrigenda epiſcoporum

(*g*) Vide epiſt. *Nullum eſt* d. 2. jan. 1563.

(*h*) *pace* exempl. Gratianus emendavit.

(*i*) In Gallia.

(*k*) Veriſſime haec dicta eſſe, hiſtoriarum monumenta declarant. Pallavicinius lib. XIV. *Hiſt. concil. trid.* c. 12. n. 8. & ſeqq. *Eraſi*, inquit, *diffuſa in Francia la dottrina eretica di Giovanni Calvino, natio di quel regno ... I ſignori del ſangue regio, che ſon chiamati alla corona in difetto di maſcolina progenie nella caſa regnante, dolevanſi di vederſi depreſſi ed allontanati dall'autorità del governo. il che nel dominio parimente di Franceſco primo e d'Enrico era loro accaduto ... E gl' irritò più fieramente il vederſi eſcluſi di ogni participazione della regia di Francia da eſtranii non ſolo di ſchiatta, ma di patria, riſedendo tutta la balìa nella reina vedova, ch'era italiana, e ne' ſignori di Guiſa, congiunti alla moglie del rè per ſangue, & alla madre per collegazione; i quali ſignori erano un tralcio della caſa di Loreno, traſpiantato di là nuovamente in Francia. Pertanto i principi della ſtirpe reale e altri emuli de' ſignori di Guiſa rivolſero tutt' i penſieri a dar l'anima al corpo di qualche fazione, che nella preſente debolezza del rè ricuperaſſe lor con la forza quelle prerogative, di cui ſi tenevano indebitamente ſpogliati. A queſta fazione richiedevanſi tre qualità per l'intento loro: che foſſe groſſa di numero, malcontenta del reggimento, e corroborata d'ajuti eſteriori e vicini. Tutte queſte condizioni s'univano mirabilmente nella nuova ſetta, che da' ſeguaci con vocabolo favorevole ſi nominava de' Riformati, e volgarmente dagli altri in quel tempo appunto ricevette il ſoprannome d'Ugonotti, perchè, ſecondo l'etimologia, che n'arrecono i più, radunavanſi nella città di Turs a far loro aſſemblee preſſo d' una porta, quivi chiamata d'Ugone ... A queſta fazione dunque ſi diſpoſero di farſi capi .... i ſignori del ſangue regio, e ſpecialmente il principe di Condè, fratello d'Antonio, rè di Navarra ... A lui ſi unirono i ſignori di Ciattiglione della famiglia di Colignì, per l'emulazione con quei di Guiſa, e maſſimamente Guaſparre, ſupremo ammiraglio di Francia ... Havevano queſti ordita una congiura di ritener la perſona del rè con titolo di liberarlo dal ſervaggio e dall'inganno de' foreſtieri, ma in effetto per fine di trarne a forza una pieniſſima libertà

rum diſciplina, vere & ſapienter diſputat naumburgenſis (*l*): *l*
neque mihi videtur communium malorum ulla alia res culpam ſuſtinere, niſi vita, niſi oratio ſacerdotum. hoc loco urgemur, hoc premimur: unum hoc omnes provinciae, omnes aetates, omnes ordines loquuntur: hic ſudo, hic aeſtuo. ſum enim in eadem cauſa; ut in communi culpa propriam etiam agnoſcam neceſſe ſit. ſed tamen, ſecundum Deum, unum hoc remedium eſt, mea ſententia, conſtituendae reip. ut, unde praecepta, inde etiam exempla vitae petantur. hoc etſi re praeſtaret effici, quam legibus, ut non coacti, ſed ſponte, noſtro fungeremur officio, tamen, quod exemplo dicimur perdere gregem Chriſti domini (quae infamiae nota jampridem nobis inuritur), circumſcribamur his legum cancellis, ut metu praeſentis poenae aliquando apud neminem offendamus. ſed hoc & Pii pontificis & veſtris iſtic decretis agi, aut actum jam eſſe, confido. Vale. Ego tui videndi, & (*m*) aliquando praeſentis miro teneor *m*
deſiderio. Roma. III. Kal. martii. M. D. LXIII.

XVI.

bertà della lor ſetta, ed una preminenza di podeſtà eguale a quella della nobiltà pe' ſignori del ſangue ... e di poi ... traſportar la corona dalla caſa Valeſia, nella quale allor dimorava, in quella di Borbone, ciò è del rè di Navarra, ch'erane un'altro ramo lontano di grado, ma il più proſſimo della ſchiatta reale. Scopertaſi queſta congiura ſu l'entrar dell'anno 1560. furono chiamati dalla reina i ſignori di Ciattiglione, in ſembianza a conſiglio e a difeſa per la qualità de' lor carichi militari, ma veramente per ſepararli dal reſto de' congiurati, ed haverli in ſua forza. Poſtoſi a conferenza con eſſi l'affare, lor ſentenza fu, che, havuto riſpetto al numero immenſo di quei, che ſeguivano la nuova ſetta, ſi ſopraſſedeſſe del procedere contra di loro fino al futuro concilio. Nondimeno, ſecondo il più comune parere degli altri, rimaſe ſtabilito, eziandio con loro ſoſcrizione, un editto contra quelle novità, ma in forma languida, e riprovata da molti, benchè autori di concetti poſati ... e di fatto ... dopo l' editto vedevanſi più ardimentoſi, che mai gli eretici e i lor protettori. Hoc nempe illud eſt, quod Truchſeſius dicit: *Sed perditorum ſpem & audaciam mollibus & ſententiis & conſilis aluerunt.*

(*l*) Julius Pflugius, naumburgenſium epiſcopus. Vide ſuperiorem adnotationem *f*.

(*m*) Gratianus particulam *&* expunxit. ſed fortaſſe non ea, ſed alia aliqua a librario praetermiſſa vox mendum huic loco, mihi quidem valde ſuſpecto, intulit. éadem tamen, quae exemplaris noſtri, vaticani etiam codicis lectio eſt. Caeterum in Truchſeſii hoc Hoſium videndi deſiderio ſignificatio mihi quaedam ineſſe videtur itineris illius, quod per aeſtatem hujus anni ad Maximilianum regem idem Truchſeſius deinde ſuſcepit; cujus itineris occaſione Tridentum divertit. ſed res hoc tempore cum arcana, tum nondum ſatis explorata, apertius ſignificanda non fuit. Truchſeſii litteras ad eumdem Hoſium, die 23. jun. hujus anni datas, ſuo loco recenſebimus: ex quibus appáret, multo ante id tempus agere cum eo de hoc itinere Maximilianum coepiſſe. ſic eſt enim in iis litte-

litteris : *Egerat mecum per literas Maximilianus rex romanorum, ut Ferdinandum Imperatorem, parentem ſuum, Oenipontem convenirem, a quo, quid mihi regis liberorum cauſa eſſet agendum, cognoſcerem. ſed, neſcio quomodo, multa adhuc voluntati & conſilio meo moram attulerunt : nec vero commiſiſſem, ut, certa & expedita profectione, te, quem in primis colo & obſervo, de itione illuc mea non facerem certiorem. ſpero quidem fore, Deo approbante, me ut brevi in viam dem, & ex itinere Tridentum divertam.* Id quod menſe ſextili fecit.

X V I.

a Otho Truchſes Card. Auguſtanus N. N. (*a*)

5. extr. febr. 1563. *De conficiendis ordine & conſcribendis Reformationis capitibus, Romamque mittendis. De Caniſio in magna reip. cauſa occupato. De Bruno. De Indulgentia non pervulgata.*

b QUantum ſynodi (*b*) celeritas & ad religionem & ad mores profectura eſſet, nemini dubium eſſe poteſt. ſed, quoniam (id, quod & boni & pii omnes & cupere & urgere deberent) fieri vix poteſt, ut brevi res expediatur, probo rationem iſtam conſilii ac diligentiae conficiendorum ordine
c & conſcribendorum capitum (*c*); quae deinceps expecto, ut doctorum hic etiam virorum judicio comprobentur. demus igitur
d operam, ut rei tarditatem prudentia compenſemus. Caniſius (*d*), in

(*a*) Neque ad quem, neque quò, neque quando data ſit haec epiſtola, appáret in exemplari. eam in hunc annum atque in hos februarii menſis extremos dies contuli, eo ejus loco admonitus, de quo inferius agemus.

(*b*) Tridentinae, ut opinor.

(*c*) Fortaſſe ea ſignificantur, ad reformationem cleri potiſſimum pertinentia, quae a Ferdinando imperatore atque a Gallis poſtulabantur : de quibus concilii praeſides & ſaepe alias, & Kalendis martii ad card. Borromaeum illa ſcripſerunt : *Quanto al volume dell' imperatore & alle petitioni di Franza, cioè del proponere o tutto o parte, non potemo ancora dirne alcuna coſa, ſtando tutta via ad aſpettare quel che ce ne dirà il cardinale di Lorena, & gli ambaſciatori, & il veſcovo di Cinquechieſe, tornato che ſia di corte.*

(*d*) Haec Caniſii mentio, & ejus in magna reip. cauſa occupationum commemoratio fecit, ut locum hunc huic epiſtolae, nulla temporis nota conſignatae, darem. hunc enim ipſo februario menſe Ferdinando caeſari operam Oeniponti Caniſius dabat, a quo evocatus una cum aliis Germaniae theologis eo fuerat, ut ſibi in conſilio de quibuſdam ad concilium tridentinum pertinentibus negociis adeſſent. Commendonus, inde medio circiter menſe redux, in legatione ad caeſarem ſua concilii praeſidibus renuncianda, *Fra queſti theologi*, inquit, *è gran ventura, che ſia il P. Caniſio, huomo di grandiſſima bontà & dottrina, & gran difenſore*

In magna reip. cauſa, ut nunc eſt, occupatus, ad ſuum pen-
Vol.III. Gg ſum

ſore de la poteſtà pontificia. ma temo, che in queſta ſia ſolo, o quaſi ſolo. Il preſidente de la congregotione de' theologi doveva eſſere il veſcovo di Cinquechieſe. Gratianus autem ad Commendonum Oeniponto Tridentum die 19. februarii ſcribens, *Eſſendo*, inquit, *monſignor Petinenſe fra queſti theologi deputati da ſua maeſtà a trattare ſopra il concilio, io non dubito, che gli articoli dati loro dalla maeſtà ſua ſaranno capitati in mano del nuntio* (Zaccaria Delfino), *& che ſua ſignoria reverendiſſima n'haverà già mandato la copia a Trento: onde facilmente gli haverà veduti anche V.S. Io non ne ho havuto già copia, nè gli ho letti tutti. ma, eſſendomi occorſo ajutare il Caniſio a ſcrivere quanto egli ha da proporre ſopra detti articoli a l'imperatore, ne ho veduto la maggior parte, anzi credo, che due ſoli io non habbia anchora veduto, i quali vederò dimane: & ne ho notato quello, ch'io ho potuto ricordarmi tornando a caſa. il che io notarò qui di ſotto: ſe bene, come ho detto, credo, che V.S. gli haverà già veduti.*

„ Utrum caeſar debeat laborare, ut proſecutio concilii fiat, an permittere, ut abrumpatur, vel ſuſpendatur „. Il Caniſio riſponde, che neſſuna coſa più e le conviene, che procurare la continuatione & progreſſo del concilio, acciò che ſe ne cavi il deſiderato frutto.

„ An, & quibus comminationibus agendum ſit, ne abrumpatur concilium „. Che non ſi deve procedere con minaccie, ſe non tentate prima tutte l'altre piacevoli & honeſte vie. &, quando a queſto rimedio ultimo s'haveſſe da venire, conſiderar prima molto bene, ſe foſſe per arrecare utile o danno. & che con queſto eſſempio di ſua maeſtà ſi daria occaſione a molti principi ineundi ſchiſmatica conſilia nationalium conciliorum, inconſulto & excluſo pontifice maximo.

„ De poteſtate proponendi legatorum, epiſcoporum, oratorum „. Che il proponere appartiene a li legati, & non ad altri, & che eſſi habbiano tanta autorità nel concilio, quanta piace al papa di dargli, cujus eſt oecumenica concilia indicere, congregare, gubernare & confirmare. Nel fine dubita, an imprudentes & reprehenſibiles eſſent legati, ſi, quod omnibus apertum eſſe debet, oſtium concilii caeſari occluderent.

„ Cum ſecretarius concilii unus duntaxat ſit, atque is parum commodus & fidelis, quo remedio utendum „? Che ſi debba di ciò trattare con li legati, qui ſi, aſtenſis morbis, remedium adhibere recuſant, tum implorandum eſſe pontificem.

„ An adhuc laborandum ſit, ut patres diſtribuantur in duas claſſes, quarum altera de dogmatibus, altera de reformatione agat „.

„ An acriter agendum ſit, ut de reformatione ſummi pontificis & romanae curiae tractetur, ne animi ipſius pontificis & romanae curiae ita offendantur, ut inde occaſionem arripiant abrumpendi concilii „.

„ An, & in quibus articulis eccleſiaſticus ordo ſit reformandus „. Che biſogna ad ogni modo riformarlo, & nomino il papa, i cardinali, i patriarchi, gli arciveſcovi, i veſcovi, i capitoli, i monaſterii, i conventi, gli hoſpitali & lochi pii. ma che non meno è neceſſario di riformare i principi laici, a quibus eccleſiaſtica libertas opprimitur, profanatur &c.

„ Utrum inſtandum ſit iterum pro communione ſub utroque, conjugio ſacerdotum, eſu carnium impetrandis „. Sente di nò.

„ An, & qua via agendum ſit, ut epiſcopi Germaniae ad concilium veniant „. Che l'imperatore doveria trattare col papa, che ſeriis quibuſdam mandatis, adjunctis poenis privationis, eos ad concilium evocaret: & che l'imperatore mandaſſe inſieme col nuntio del papa un ſuo oratore, qui imperiali etiam mandato & auctoritate eos ad concilium compelleret. turpe enim eſſe ob haere-

f ſum redibit (*e*) . Bruno (*f*) etiam melius brevi fore, ſpero ; de quo non dubito, quin praeclare ſuo muneri ſatisfaciat. Tuam vero excuſationem, in tanta tua facultate ac ſcientia, non accipio . quamobrem incumbe, quaeſo, in cauſam . Illud quidem certe magno cum dolore cognovi, divitias divinae benignitatis, id eſt ſanctiſſimi domini noſtri indulgen-
g tiam (*g*) non eſſe pervulgatam . magnum ſignum alienatae Dei voluntatis ab iis, qui rei impedimento fuerunt; qui majore hominum, quam Dei timore affecti, eo demum divino conſilio progrediuntur, ut, divina ope deſerti, inimicis irridendi, amicis miſerrimi videantur . ſed iſta mittamus, quae tractando recrudeſcunt;

haereticorum metum publico chriſtianae reip. commodo, in tanta neceſſitate & opportunitate, deeſſe . & fa mentione ancho di lega .

„ An ſe caeſarea majeſtas ipſe ad concilium conferre debeat „ . Che queſta ſarebbe la via compendioſa d'accommodare le preſenti differentie de'padri, & fuggire le future pericoloſe conteſe : & che l'abboccarſi con ſua ſantità o in Mantova o in Bologna ſaria ſenza dubio ſalutare al concilio & a la chriſtianità ; & trattarla con ſua beatitudine de la riforma in capite & in membris : & che da queſta ſua andata ſua maeſtà s'acquiſtaria merito appreſſo Dio, & gloria immortale appreſſo gli huomini, quaſi un altro Conſtantino &c.

Tutti queſti articoli ſono trattati dal Caniſio con molte parole, ſecondo il coſtume de le ſcritture tedeſche, & a mio parere li tratta con molta pietà & prudentia . Io ſcrivo quello, che me ne può venire in mente, che è poco, perchè ho poca memoria . Il cardinal di Lorena, per quanto intendo, partirà lunedì . . . Quì hanno cercato queſti ſignori franceſi & cercano tuttavia di guadagnare il Caniſio ; il quale è ſtato viſitato da' theologi, da' veſcovi & dal cardinale medeſimo. Ma è di bontà eguale a la dottrina, & l'una & l'altra è grandiſſima, come V.S. sà molto bene . Hieri gli diſſi ridendo : „ Guardatevi, padre, da queſti galli ; perchè ſi dice, che vi vogliono tirar da la ſua „ . Eſſo riſpoſe, che veramente non gli havevano di ciò parlato . Ma il ſignor Gaſparo m'ha detto, che così ſi dice per corte : & io l'hò inteſo ancho da altri .

(*e*) Expunxit hanc vocem in exemplari Gratianus, pro eaque *nobis* ſubſtituit . minime neceſſariam, &, quemadmodum mihi videtur, valde ineptam, & certe Gratiano correctore indignam correxionem neglexi .

(*f*) De hoc Bruno nihil comperti habeo .

(*g*) De hac item *indulgentia* nihil ſcio . video quidem, in quibuſdam concilii praeſidum litteris, ad card. Borromaeum die 26. jul. 1563. datis, de indulgentiis agi : *Un' altra coſa*, inquiunt, *diremo con queſta, che dal tempo che ſi venne quà ad aprire il concilio, già 28. meſi, fin'adeſſo ſi è coſtumato dalli legati noſtri predeceſſori, & poi da noi ancora, per ſeguitare l'uſo loro, di fare pronuntiare nelle meſſe ſolenni l'indulgenza quando di 25. quando di 50. quando di 100. anni . &, perchè quì non ſi trova, che di ciò ſia ſpetiale facoltà, deſideramo, a fine che il popolo non ne reſti ad un certo modo defraudato, che noſtro ſignore ſi degni di confirmare le paſſate con una beneditione, & per l'avvenire per un Breve concedere quel tanto, che a ſua beatitudine parerà : benchè, per non fare novità, deſideraremmo continuar nel modo principiato, mentre ſtaremo quì .* Verum haec non videntur ad ea, de quibus in hac Truchſeſii epiſtola agitur, pertinere .

deſunt ; quibus medendi expectemus opportunum tempus : quod ubi primum datum fuerit, non omittemus. Tuam diligentiam ac ſtudium novi, ac probo in rebus omnibus : quae quo mihi & notiora & gratiora ſunt, eo a te vehementius omnia expecto. facies igitur, ut ſoles, de quibuſcunque poteris, me diligentiſſime certiorem.

XVII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Petro Miſcovio (a) a
Regis Poloniae (b) ſummo Secretario. b

Rogat, ut petitionem quamdam ſuam apud Poloniae regem adjuvet. 8. mart. 1563.

ETSI mihi tecum nihil adhuc interceſſit ejuſmodi, quo uti poſſem pro meo jure tua & opera & gratia, qua plurimum potes apud regem veſtrum, in eo, quod mihi neceſſario ab ejus benignitate petendum (c) eſt hoc tempore, tamen c
tua ſingularis virtus & humanitas, quam ex multorum ſermone cognitam habeo, me hortata eſt, te ut rogarem, ut ſtudium & auctoritatem tuam hac in re impetranda mihi praeſtares. fidem & obſervantiam meam veterem atque perpetuam, operam etiam ac diligentiam, adhibitam a me in eo, ut rex veſter ad eam pecuniam, quae a rege Philippo debebatur (d), per- d
veniret, cognoſces a Martino ab Eden (e); qui te etiam doce- e

(a) Non eſt alius Petrus hic Miſcovius, quam is, cujus in *Tabulario eccl. rom.* pag. 319. recenſentur litterae, ad Hoſium die 14. aug. 1563. Vilna datae, hac inſcriptione : *Petrus Miskovvski, decanus eccleſiae cracovienſis ; & regni Poloniae procancellarius*. Exſtant in eodem *Tabul.* p. 389. cardinalis S. Georgii (quem Cyprianus, *Tabularii* editor, Joannem Antonium *Sorbonellum*, pro *Serbellonium*, ſive *Sorbellonium*, in adnotatione ſua per errorem appellat) item litterae, quibus certior fit Hoſius, *D. Petrum Mikovvsky, decanum eccleſiae cracovienſis, ac regni Poloniae procancellarium, D. Andreae, epiſcopo plocenſi, adjutorem datum, & ſucceſſorem in epiſcopatu a pontifice max. deſignatum*. Denique, inter Hoſii epiſtolas editas, ducenteſima quadrageſimanona eſt ad Petrum Miakovvsky, Romae data die 8. jul. 1577. in qua illi recentem ad cracovienſem eccleſiam translationem gratulatur.

(b) Sigiſmundi Auguſti.

(c) Petebat aliquod pecuniae ſubſidium, ad dilingenſe ſocietatis Jeſu collegium inſtituendum. Vide inferius epiſt. *Adductus ſum* & epiſt. *Cum primum*, hoc ipſo die datas.

(d) *debeatur* exempl. & cod. vat. Emendavi ex cod. barber. De pecunia autem a Philippo II. Hiſpaniarum rege, Sigiſmundo Auguſto, Poloniae regi, debita vide epiſt. *Facit ſummus* d. 23. mart. 1560.

(e) Ad quem eſt epiſt. *Adductus ſum*, hoc ipſo die data, quam vide.

Digitized by Google

bit piam ac neceſſariam cauſam poſtulationis meae. non ero multus in te orando, ut rem meam adjuvandam & ex ſententia noſtra conficiendam ſuſpicias: tantum dicam, gratiſſimum te Deo facturum eſſe; me vero memorem fore curae & humanitatis tuae, quam mihi tribueris in perficiendo negotio, effecturumque, ut intelligas, te neminem habere, cujus, vel Romae vel ubicunque tibi uſui eſſe poſſim, opera ac ſtudio magis uti queas tuo arbitratu. Vale. Roma. prid. non. martii. M.D.LXIII.

XVIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Joanni Dulſchio Capitaneo Rogoſnenſi, Regis Poloniae ſummo Camerario.

6. mart. 1563. *Eamdem petitionem ſuam ab eo adjuvari cupit.*

CUM ex multis ſaepe cognoviſſem, te virum eſſe humaniſſimum, & libenter, de quibus poſſes, ſtudioſeque benemereri, tametſi nihil mihi tecum antea fuiſſet, fecit tamen fama virtutis ac liberalitatis tuae, ut ad tuam gratiam, qua plurimum vales apud Poloniae regem, confugerem, operamque ac ſtudium tuum ut mihi tribueres, a te etiam atque etiam peterem. rem, quam a praeſtanti regis benignitate cupiam impetrare, reique aequitatem ac neceſſitatem tibi declarabit Martinus ab Eden (*a*), homo fidei & officii plenus, cujus opera negotium agetur & curabitur iſtic meum: a quo praeterea cognoſces ſingularem ac perpetuam multorum annorum fidem & obſervantiam meam erga regem veſtrum, curam etiam ac diligentiam poſitam a me ſummam in eo, ut a rege Philippo (*b*) debita regi veſtro pecunia ſolveretur. is igitur tibi Martinus exponet omnia meo nomine. ego te oro, totum ut me complectaris, negotium ita ſuſcipias adjuvandum & agendum, ut, te interprete ac deprecatore, qui illuſtrem iſtum locum tenes apud regem, quod cupio, quodque mihi eſt ad opus religioſum, & in primis pium, maxime neceſſarium, a regia benignitate conſequar. magnam inibis hoc facto gratiam a Deo: me certe ſic devinxeris, ut tibi obſtrictus futurus ſim memoria beneficii ſempiterna. Vale. Roma. pridie non. martii. M. D. LXIII.

XIX.

(*a*) Vide ſequentem epiſtolam *Adductus*, ad hunc ipſum Martinum datam.

(*b*) Vide epiſt. *Facit ſummus* d. 23. mart. 1560.

XIX.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Martino ab Eden.

Rogat, ſibi ut aliquod pecuniae ſubſidium ad dilingenſe ſocietatis Jeſu collegium conſtituendum a Sigiſmundo Auguſto, Poloniae rege, impetret. 6. martii 1563.

ADductus ſum officio, fide & humanitate tua, jam ex illo tempore & mihi cognita, Romae cum eſſes, & multis aliis probata, ut utar opera tua apud regem veſtrum, & clariſſimos viros Petrum Miſcovium, ſummum regis ſecretarium, & Joannem Dulſcium, ſummum item regis camerarium. de voluntate ac diligentia tua dubitare non poſſum, cujus egregiam, ut dixi, virtutem cognitam, & in me ſtudium ac benevolentiam perſpectam habeo. quid igitur a rege per duos illos, qui apud ipſum multum gratia & officio poſſunt, rem agente & procurante te, impetrare cupiam, tibi exponam (a quo poſtea duo illi docendi ſunt de toto negotio), ſi prius nonnulla, ad rem accommodata, expoſuero. Multi ſunt anni, cum Poloniae regi ſtudium, fidem & obſervantiam meam dicavi; nec unquam quicquam ad me relatum eſt, in quo regia utilitas aut dignitas ageretur, quod non omni opera officioque meo adjuvandum & perficiendum curarim. de pecunia autem, quae illi a Philippo rege debetur, ita laboravi (quod optime norunt ejus & legati & procuratores, quos Romae, quos in Germania habuit), ut egerim de ea vehementer & coram & per literas cum Philippi regis legatis, procuratoribus ac miniſtris, atque adeo cum ipſo rege, & cum neapolitani regni ipſius vicario (a). a nullum omnino hominem, nullam rem praetermiſi, quam non adhibuerim, non urſerim, ut negotium confici poſſet. eſt aliquando (Deo ſit gratia) confectum; convenitque inter ipſos reges, ut tribus penſionibus pars ejus pecuniae regi veſtro ſolvatur. ac penſio prima, ut opinor, jam ſoluta eſt. reliquae ſunt duae, altera menſis maji, auguſti altera. Nunc, quid velim, & quam ob rem, quamque piam & neceſſariam, cognoſce. video, nullum eſſe hominum genus, quorum labor ſit illuſtrior vel utilior in vinea domini, quam jeſuitarum ſodalium: ut beatas exiſtimem civitates, in quibus illi verſantur. jampri-

(a) Is erat Paraſanius di Rivéra, prorex. Vide epiſt. *Cum ab optimis* alcalaenſium dux, neapolitani regni d. 18. oct. 1560.

b jampridem cupio inſtituere Dilingae collegium illius ſocietatis (*b*). ſed huic cupiditati meae par facultas non ſuppetit, hoc quidem tempore. quare praeclarum hoc ſtudium meum, illiſque
c hominibus (*c*) fructuoſum, &, ut ſpero, ſalutare, velim adjuvari a rege veſtro. digna eſt res, quam ſuo munere ac liberalitate proſequatur; non indigna mea perpetua fides & obſervantia

(*b*) Ex hoc loco manifeſtum eſt, hoc anno 1563. dilinganum ſocietatis Jeſu collegium nondum a Truchſeſio inſtitutum fuiſſe, ac tantummodo eum tum de illius inſtituendi rationibus cogitaſſe. erravit igitur Oldoinius, qui in Truchſeſii *Vita* illa ſcripſit: *Ejuſdem pontificis* (Julii III. qui anno 1555. diem ſupremum ſuum obierat) *auctoritate dilinganum gymnaſium ſocietatis Jeſu profeſſoribus & alumnis fundavit... Eſt etiam hujus ſummae pietatis in ſocietatem Jeſu & amoris, quo illam Otho cardinalis amplexus eſt, argumentum, quod... extructo a fundamentis, ut diximus, Dilingae ſumma liberalitate collegio, ipſique ſocietati attributo, in quo trecenti & amplius juvenes pietatis & doctrinae rudimentis imbuerentur, Petrum Soto & Martinum Olavium, theologos praeſtantiſſimos, ad id a ſe accerſitos, illi praefecit*. Potuitne *ſocietati Jeſu* dici *attributum* id collegium, cui Petrum Sotum dominicanum, & Martinum Olavium, nondum eo tempore jeſuitam, Otho *praefecerit*? mira eſt in ejuſmodi narratione cum rerum tum temporum perturbatio. gymnaſium ſive academiam Otho Dilingae ſub Julio III. inſtituit, in eaque Sotum, Olavium alioſque praeſtantiſſimos ſacrarum litterarum profeſſores, non tamen jeſuitas, conſtituit. eamdem poſtea academiam ſub Pio IV. ſolis jeſuitis die 22. aug. an. 1564. habendam atque adminiſtrandam pleno jure conceſſit. collegium denique, ſive aedes, quas novi academiae profeſſores incolerent, non niſi anno 1565. coepit, mortuo jam ante biennium Soto, aedificare; cujus collegii primum lapidem Otho ipſe undecimo auguſti menſis die jecit. vide Ignatium Agricolam in *Hiſt. Provinc. Germ. ſuper.* dec. III. num. 139. vide etiam, quae ad epiſtolam *Etſi non dubitabam*, extremo anno 1560. datam, adnotavimus. Verum (ut hoc obiter moneam) non ita perpetuis redditibus inſtruere atque firmare Truchſeſius collegium ſuum potuit, ut non illud aliquot poſt annis ad inopiam redigeretur. ad quam ſublevandam quid contulerint primum cardinalis Moronus, tum Gregorius XIII., narrat idem Agricola in decade V. num. 90. his verbis: *Obierat Romae ultimo anni ſuperioris* (1581.) *menſe, menſis die primo, cardinalis Joannes Moronus, ſocietatis amator fautorque maximus, qui jam inde cum ex ratisbonenſibus comitiis legatus pontificius ante annos ſex Dilinga Romam verſus tranſiret, conſpecta collegii paupertate, bis centum nummos coronatos annis, quoad viveret, ſingulis daturum ſe, promiſerat, miſeratque hactenus fideliſſime. Intelligebat pontifex* (Gregorius XIII.) *interceptum iri cardinalis obitu hoc ſubſidium. itaque ipſemet penſitationem hanc ad dies vitae largiendam in ſe recepit: opportunum oeconomicae difficultatis levamen*. Eam autem non niſi quaternis annis largitus eſt, qui die 10. apr. an. 1585. deſiit vivere. Atqui non defuere, qui, collegium dilinganum a Gregorio non modica hac octingentorum coronatorum ſumma adjutum, quod unum vere dicere potuerunt, ſed, quod plane commenticium eſt, fundatum ab eo atque dotatum, memoriae prodiderint.

(*c*) Dilinganos intellige.

tia erga eum regia benignitate. certum ab eo pecuniae numerum ac donum petere non duxi eſſe pudoris mei. facerem etiam injuriam praeſtantiſſimae illius pietati ac beneficentiae, ſi quid ei praeſcriberem. a te tantum peto, ut, ſi dabitur locus ea de re agendi, & ſi omnino ulla fuerit opportunitas, agas, ut ſoles, amanter & prudenter, remque ad eam ſummam, quam poteris maximam, perducas. regium autem donum mihi dari exoptem ex pecunia, ſi poſſit, ſecundae penſionis, quae menſe majo numerabitur; ſin id obtineri non poteſt, ex tertia, quae auguſto proximo perſolvetur. literas autem cures ipſe velim diligenter, a rege ut appoſite dentur ad eos, a quibus mihi attribuenda pecunia fuerit, ita ut poſtulat diligentia & prudentia tua: cui tantum tribuo, multa ut praetermittam, quae cum ipſo rege & cum duobus illis optimis & clariſſimis viris (*d*) melius a te agentur & curabuntur, quam a me ſcribi poſſint. literarum, quae illis reddendae ſunt, exempla tibi mitto (*e*). denique totum negotium permitto & tuae mando diligentiae. de me autem tantum tibi polliceor, intellecturum te, memorem me & gratum tuique amantiſſimum eſſe. Vale. Roma. pridie non. martii. M. D. LXIII.

(*d*) Petro Miſcovio, & Joanne Dulſcio: de quibus in ſuperiore epiſtolae parte.

(*e*) Eae ſunt binae illae litterae, quae hanc epiſtolam praeceſſerunt.

X X.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Regi Poloniae.

Rogat, ut aliquam pecuniae ſummam conferre velit ad dilingani collegii ſocietatis Jeſu inſtitutionem. 6. mart. 1563.

CUM primum cognovi, conveniſſe inter te & catholicum regem de pecunia (*a*), quam is debebat, itaque conſtitutum eſſe, ut tribus penſionibus illa diſſolvatur, ac primam penſionem jam eſſe perſolutam, pro eo ac debui, proque veteri perpetuaque mea fide & obſervantia erga te, ſane gaviſus ſum, tibique per literas (*b*) ea de re gratulandum putavi. quanquam pertinet rei confectio ad illam etiam laetitiam meam, quod id negotium abſolutum videam, in quo multum a me, ut perficeretur, eſt elaboratum. nam, ut officiu mmeum poſtulabat (id quod

(*a*) Vide ſuperiorem epiſt. *Adductus ſum.*

(*b*) Non alias litteras, quam haſce eaſdem, intellige.

quod tui & legati & procuratores, & quos in Germania & quos Romae habuiſti, optime norunt), nulla eſt a me praetermiſſa ratio diligenter agendi de re, partim coram, partim per literas, cum catholici regis legatis & procuratoribus, & cum ipſo denique Philippo rege, intimiſque ejus familiaribus, ac poſtremo cum vicario neapolitani regni. accidit autem opportune, ut cadat haec pecunia, quae procuratoribus tuis numeranda eſt, in id tempus, cum aliqua ejus pecuniae parte poſſis juvare conſilium & inſtitutum meum, pium in primis & multis mortalibus fructuoſum. hoc ejuſmodi eſt. intelligo, jeſuitas ſodales eſſe omnium diligentiſſimos & peritiſſimos operarios in vinea domini. hoc planum eſt atque perſpicuum omnibus. itaque ardeo cupiditate, prorſus incredibili, ut aliquando collegium inſtituam illius ſocietatis Dilingae, oveſque, mihi commiſſas, illa cuſtodia muniam, ne a finitimis lupis devorentur. ſed, in maximo & ſtudio hujus officii meo, & periculo gregis, mihi impedimento eſt anguſtia rei familiaris, hoc quidem tempore. quare fretus eádem illa fide & obſervantia mea, in primis vero ſingulari tua pietate ac religione, te oro & obſecro, ut regia tua liberalitate proſequi velis praeclarum hoc cogitatum meum, Deo glorioſum, atque illi populo ſalutare. erit id donum vere regium, & Poloniae rege, id eſt eo,
c qui & ipſe, & ejus parens (*c*), avus majoreſque, praeſtantiſſimi reges,

(*c*) Parentem, avum, ac reliquos hujus Sigiſmundi Auguſti, Poloniae regis, majores recenſet Gratianus libro XVII. *de ſcriptis invita Minerva*, cujus verba, ut quaerendi labore lectorem levem, ſubjicere non gravabor. *Jagello, quem poſt ſuſcepta chriſtianae fidei ſacra* (circa annum 1382.) *Vladislaum appellarunt, lithuanorum princeps, Hedwigis, Poloniae reginae, nuptiis, ut ſupra oſtendimus, eſt potitus, cum eo, ut Lithuania ipſa Poloniae contribueretur, idemque utriuſque gentis rex eſſet. huic filii duo fuere, Vladislaus & Caſimirus. Vladislaus, natu major, patri in regno ſucceſſit. ſed, pari ſtudio ab ungaris quoque rex expetitus, apud eos fere vixit. atque hic eſt Vladislaus, qui cum Amurathe, turcarum rege . . . ad Varnam adeo ancipiti praelio conflixit, ut, quanquam ipſe, adverſo chriſtianae reip. fato, in acie ceciderit, tamen graviori prope clade concuſſus ſit, qui victor evaſit . . . Poloni, amiſſo, in ipſo ſpei atque aetatis flore, Vladislao, regem Caſimirum fratrem crearunt; qui egregia quindecim filiorum ſobole ex Eliſabetha, Alberti caeſaris filia, eſt auctus; quorum virilis ſtirpis ſex fuere, Vladislaus, Caſimirus, Jo. Albertus, Alexander, Sigiſmundus, Federicus . . . Vladislaus, natu maximus, bohemis primum, deinde ungaris rex datus: a quo nati Ludovicus, qui, circa annum 1526. ad Moncaciam temere cum turcis congreſſus, admodum adoleſcens in fuga occubuit, & Maria, quae Ferdinando caeſari nupſit, & aviae faecunditatem aemulata, eum quindecim liberorum parentem fecit, quorum mares quatuor, faeminae undecim fuere. A polonis Jo. Albertus, poſt*

Digitized by Google

reges, exemplum caeteris regibus chriſtianae & fidei & beneficentiae ſemper fuerunt, digniſſimum. infixa vero ſemper fuerit in animo meo memoria ejus benignitatis, haerebitque perpetuo in mente & fidelium illorum Jeſu chriſti miniſtrorum (*d*) & dilingenſium meorum: cum alteri, ſe domicilium & ſedem, in qua Chriſti fidem tueri ac propagare poſſint, alteri, ſe vitae magiſtros, ac ſalutis duces tuo munere habere, praedicabunt. cadet autem percommode, ſi benignitatem tuam nobis impertire volueris ex ea pecunia, quae altera vel tertia penſione perſolvetur. Non agam pluribus tecum. tantum dicam, intellecturum eſſe te, nuſquam beneficium tuum praeclarius ponere potuiſſe: cui operam, curam & obſervantiam meam deferens, felicitatem & ſalutem precari non deſino. Roma. pridie non. martii. M. D. LXIII. *d*

poſt patris mortem, rex conſtituitur, & , eo mortuo, Alexander ad idem faſtigium eſt evectus. horum neuter ſuſcepit filios. ita regnum ad Sigiſmundum, Caſimiri filiorum quintum, eſt delatum, atque hoc natus Auguſtus; in quo Jagellonis proavi genus defecit: cum inter initia Jagellonis, & exceſſum Auguſti, anni centum & nonaginta interceſſerint. Fuit igitur hujus Sigiſmundi Auguſti, ad quem eſt Truchſeſii haec epiſtola, pater Sigiſmundus, avus Caſimirus, proavus Jagello, Poloniae reges.

(*d*) Jeſuitarum ſcilicet.

X X I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

De Commendoni Tridentum reditu. De naumburgenſium epiſcopi & Caniſii litteris. De negocio cum rege Poloniae. 6. mart. 1563.

COmmendonum epiſcopum ſalvum ad vos rediiſſe, gaudeo; cui ut caeſares (*a*) & parens & filius apud vos (*b*) verum & illuſtre teſtimonium religionis, doctrinae ac prudentiae dede- *a b*

(*a*) *Gregorius V. pont. max.* (inquit Gratianus lib. XV. *de ſcriptis invita Minerva*), *vir ſaxonicae ſtirpis, lege ſtatuit, ut caeſar a germanis deſignaretur, deſignatus romanorum rex appellaretur, ac tum demum imperatoris atque auguſti nomen juſque adipiſceretur, cum ei a pontifice max. tradita honoris inſignia, & impoſitum Romae aureum diadema eſſet.* Sed harum appellationum ratio admodum immutata jampridem eſt. itaque vides, appellari heic *caeſarem* tum Ferdinandum, qui erat imperator electus, tum ejus filium Maximilianum, qui proxime rex romanorum creatus fuerat.

(*b*) Hoc eſt initium illarum litterarum, quas, ad card. Borromaeum a conci-

c d dederunt, ſic ipſis vellem gravis (*c*) ejus & legatio (*d*) & oratio

concilii praeſidibus datas, haud ita multo poſt afferemus: *Ritornò monſignor Commendone, & ei portò lettere dell'imperatore & del rè de' romani.* In his igitur imperatoris & regis romanorum ad eoſdem praeſides litteris illuſtre Commendono religionis, doctrinae ac prudentiae teſtimonium dabatur.

(*c*) Hoc eſt, efficax & fructuoſa, non ſterilis atque inanis.

(*d*) De Commendoni legatione, concilii praeſidum nomine, ad Ferdinandum imp. qui Oenipontum venerat, vide epiſt. *Quas mihi* d. 30. jan. 1563. Ejus reditum cardinali Borromaeo iidem ſignificarant his litteris, die 19. febr. datis: *Ritornò monſignor Commendone, & ci portò lettere dell'imperatore & del rè de' romani, ſuo figliuolo; le copie delle quali ſaranno con queſta noſtra. Ci ha poi narrato tutto quel, che ha cavato da quella maeſtà, & in che termine ha trovate le coſe, & il giudicio, che ne ha fatto. & noi, per darne più certo ragguaglio a V. S. illuſtriſ. havemo voluto, ch'egli ſteſſo lo ponga in ſcritto, sì come ha fatto; & quì alligato gliel mandamo. E' vero, che l'ha fatto mal volentieri, perchè il giudicio ſuo è contrario a quello del veſcovo Delfino* (qui erat pontificius apud Ferdinandum orator ordinarius), *a cui tribuiſce aſſai, & tiene, che habbia miglior intelligenza di lui, & gl'increſce di non poterſi accommodare a correre nella credenza & opinione ſua. ma non ha potuto mancare di ubidirci; havendo noi voluto, che noſtro ſignore ſappia il tutto, & giudichi ſecondo la ſua molta prudenza.* Commendoni autem ſcriptum, quod ad Borromaeum mittere ſe una cum ſuis litteris dicunt, hujuſmodi eſt. *Qual mi ſia parſo di trovar l'animo de la ceſarea maeſtà circa il preſente negotio, & ciò, che ſi poſſa aſpettare da la conſulta de' ſuoi theologi, & da queſta andata di monſignor illuſtriſ. di Lorena a quella corte, ſcriverò così in fretta, & più brevemente, che poſſo, poichè me lo comandano le ſignorie voſtre illuſtriſſime.*

Io tengo per fermo, l'animo di ſua maeſtà eſſere così buono, che, ſe ſi poteſſe dividere la ſua bontà fra li principi eccleſiaſtici & ſecolari di Germania, baſtarebbe aſſai per reſtituire la religione catholica in quella provincia. la vita & coſtumi di ſua maeſtà vede ognuno quanto ſieno eſſemplari & ſanti. il zelo è ſtato ſempre grande: ma hora con l'occaſione del concilio, a me pare, che diventi ogni dì maggiore, sì perchè la maeſtà ſua penſa & preme aſſai in queſto, & sì perchè l'ha & haverà molti, che ve l'eſſortano. ſopra queſta ſua bontà & ſopra molte pie & ſante ſue parole fondano alcuni una certiſſima ſperanza, che l'imperatore non ſia per volere, o per tener mal, com'eſſi dicono, mordicus coſa, che non ſia di ſodisfattione di noſtro ſignore. ſpetialmente v'aggiungono trè ragioni: l'una, che ſua maeſtà è conſtantiſſima in credere, quod papa ſit ſupra concilium; & che il Seldio, principale miniſtro di ſua maeſtà, tiene il medeſimo: l'altra, che ſua maeſtà non ſolo è, ma confeſſa d'eſſer molto obligata a ſua ſantità: la terza ragione è la grande unione del rè catholico & d'altri principi con ſua beatitudine.

Quanto a la bontà, io per me credo, che l'imperatore più toſto per la medeſima ſua bontà ſia già parte perſuaſo da ſe ſteſſo, & parte poſſa eſſere più facilmente perſuaſo da altri, che in un tanto biſogno de la chriſtianità gli convenga prender cura di queſta commune dimanda di riforma in un concilio univerſale: maſſimamente ſtando le coſe di Germania aſſai pacifiche; dopo una così lunga tregua fatta co' turchi, & l'elettione del ſereniſſimo rè, ſuo figliuolo. & di queſta ſua volontà hanno dato ſegno le parole, che uſa di dire ne le ſue lettere „Pro officio noſtro caeſareo „

tio fuiſſet, ut, cum legato, quod proprium ipſius eſt, tribue-
H h 2 rint,

ſacro „ & „ agnoſcimus nos imperatorem „ & „ ſupremum eccleſiae advocatum „ con altre ſimili, ſecondo me, degne di conſideratione.

Quanto al ſecondo fondamento di molte pie & ſante parole di ſua maeſtà, io per certo lo ſtimo di gran momento, eſſendo la maeſtà ſua di molta fede & verità. ma per queſto riſpetto apunto penſo eſſer talvolta più pericoloſo l'interpretare le ſue parole più largamente di quello, che ſua maeſtà ſinceramente & molto modeſtamente ſuol dire. Per quanto tocca a li ragionamenti, ch'io ho havuto ſeco, ſono andato conſiderando, che alcune ſue parole ſono generali; & queſte difficilmente a mio giuditio ſi poſſono allegare per prova contra quello, che la medeſima maeſtà dice particolarmente & eſpreſſamente eſſer tenuta di fare per ſua conſcientia, & che tuttavia in effetto commette a li ſuoi ambaſciatori: come il primo giorno, ch'io venni, eſpoſi a le SS. VV. illuſtriſſime, leggendo le medeſime parole ſcritte ultimamente da ſua maeſtà a li detti ambaſciatori. alcune altre parole di ſua maeſtà ſe bene pare, che ſieno particolari, & promettano molto, nondimeno hanno le ſue riſerve, quin imo ſaepius aculeos habent.

De l'amore, & riverentia di ſua maeſtà verſo noſtro ſignore io non dubito. nondimeno ho letto ne le ſudette ultime lettere di ſua maeſtà a li ſuoi ambaſciatori: „ Pro reformatione nullius hominis reſpectum putavimus nobis habendum, ſed officii noſtri caeſarei eſſe, ut rem quam acerrime urgeremus „: & poco di poi: „ Itaque volumus, & ſerio vobis injungimus, ut hanc actionem reintegretis „.

De l' unione del rè catholico & d' altri principi con ſua beatitudine io non parlo. sò, che ne la lettera ſopradetto ſono queſte parole: „ Cauſa, quod nihil, ſeu parum adhuc profecerimus fuit, quod ex regibus & principibus chriſtianis, nedum ex praelatis, nullos fere habuimus adjutores. verum, quia oratores & praelati chriſtianiſſimi regis nobiſcum ſentiunt, & ſe nobis conjunxerunt, neque dubitandum de hiſpanis, decrevimus iterum experiri „.

De l'opinione di ſua maeſtà & del Seldio anchora, quod papa ſit ſupra concilium, io non hò inteſo parlarne da ſua maeſtà, nè dal Seldio, nè da alcun'altro conſiglieri. ho bene inteſo, che la più grave & principale querela, che facciano in quella corte, è ſopra la perſuaſione, la quale hanno, che quì non ſi poſſa fare coſa alcuna ſenza eſpreſſa & particolar ordine di Roma: & di più ho inteſo, che a queſti dì ſua maeſtà ſi è doluta d'alcuni decreti fatti ultimamente in Roma in pregiuditio del concilio, quaſi dichiarando con eſſi, quod papa ſit ſupra concilium; & che è intrato deſiderio in molti di quella corte, ut is ſcrupulus, com'eſſi dicono, tandem eruatur ex hominum animis, ſcilicet papam vel ſubeſſe, vel praeeſſe univerſali concilio.

La ſomma è, che mi pare haver veduto non pur in ſua maeſtà, ma ne li principali miniſtri, come Trauſſen & Seldio, un' ardentiſſimo deſiderio de la riforma, & del progreſſo del concilio, con una gran ſperanza, che, remittendo aliquid de jure poſitivo, & reformando mores & diſciplinam eccleſiaſticam, non ſolo ſi poſſano conſervare li catholici, ma guadagnare & ridurre gli heretici; & con una grand'opinione, o impreſſione pur troppo ferma, che quì ſiano molti, che non vogliono riforma: & ſi vede ne le lettere di ſua maeſtà molte parole, che lo dimoſtrano: Durum his, qui terrena amant: Quod multis eſt amarum: Num privatis illorum affectibus expedit indulgere? Ut res eo ſpectare videatur, praecipua capita recuperandae priſtinae tranquillitatis perpetuo ſilentio involutum iri: & altre aſſai. a me ha detto il Seldio: Ogn'uno
lauda

rint, quae cum illis is egit eorum nomine, a quibus eo miſſus eſt,

lauda la riformo in generale, ma non ſi vuole diſcendere a particolari; & mi moſtrò di ſopportare malvolentieri queſto progreſſo tardo, com' ei diceva, del concilio circa la riforma. parimente il Trauſſen m'ha parlato quaſi in eandem ſententiam. il ſereniſſimo rè de' romani m'ha detto lui anchora: Valde lente concilium progreditur: & quid adhuc actum eſt, quod ſit magni momenti? ſoggiungendo: Fà gran biſogno d'una buona, & intiera riforma, & che il concilio habbia buon progreſſo.

Non è dubio, che non ſieno ſtate fatte & con lettere & a bocca di ſiniſtre relationi del concilio, & che non ne debbano eſſere fatte di più importanti & da perſone di maggiore autorità. a me è convenuto ragionarne più volte. ma la ceſarea maeſtà non è venuta a dolerſi meco eſpreſſamente d'altro particulare, che de l'eſſere un ſecretario ſolo; ſe bene dava ſegno di havere de l'altre impreſſioni non buone circa il concilio.

Per il che io dubito grandemente, che la ſperanza, che s'è havuta fin'hora de la voluntà de l'imperatore, habbia portato più danno, che utile, & differite le proviſioni & i rimedij opportuni; onde poi ſua maeſtà ſia ſtata confermata ne la ſudetta opinione, che dal canto noſtro non ſi voglia fare da vero; & che da queſta opinione la poſſa eſſere poi condotta a paſſare più oltre di quello, che forſe da principio harebbe fatto. Intendo, che il Seldio, a propoſito de le difficultà & diſpareri moſſi nel concilio, ha detto: Oportuiſſet initio ſequi ſana conſilia. Intendo anchora, che la maeſtà ceſarea s'è doluta con alcuni, che le ſia ſtata moſſa parola di diſſolutione o ſuſpenſione del concilio, & che non mancano hora perſone, le quali cercano di perſuaderla, quod, ceſſantibus his, ad quos praecipue pertinet, majeſtati ſuae incumbat ſuſcipere cauſam eccleſiae, cujus eſt advocatus & protector: & ſarà forſe aſſai difficile impreſa rimuoverla da queſto, & farla capace, quod, etiam ſi ceſſaverat Samuel, nec venerat juxta placitos dies, & timeret Saul, ne populus dilaberetur a ſe, tamen non debuit offerre rex holocauſtum: percioché la maeſtà ſua tiene di non tranſcendere terminos officii ſui caeſarei: anzi con tutta la protettione, che piglia del concilio, fa ſecondo la bontà ſua profeſſione non dandi, ſed accipiendi ab illo leges, & ne le ſue lettere ſcritte, quod aeque ſummi ac infimi concilio ſe ſubjicere debent.

Io narrai a le SS.VV. illuſtriſſime le parole, che ſua maeſtà molto confidentemente mi diſſe circa il ſereniſs. rè. ſuo figliuolo, le quali a me pare, che mi foſſero dette ſolo per moſtrarmi, come ſua maeſtà preme tanto ne la riforma per ſervitio di Dio, che proprio filio non parceret, in voler quello, che queſto ſervitio di Dio richiede. & ciò quanto ſpetta a l'animo di ſua maeſtà.

Quanto a la convocatione de' theologi, prima a me pare molto pericoloſo, che qui s'entri a mettere in diſputa qualunche coſa: percioché temo, che forſe con la riſolutione di quei pochi theologi ſi confermi & aſſecuri il pio animo di ſua maeſtà a diffendere & promovere quello, dove già pare incilnata. Poi uno de li principali punti, che ſi proporranno, ſecondo ch'io intendo, è, quanto & come convenga al concilio trattare la riforma: & a tal congiuntura vanno a quella corte gli ſorboniſti. Ho già riferito a le SS. VV. illuſtriſ. da chi mi ſia ſtato detto eſſer neceſſario, che i principi mettano mano al concilio, & che non ſono ſtati fruttuoſi concilij, ſe non quelli, ne' quali i principi hanno poſte le mani: il che in parte confronta con quello, ch'io ſcriſſi a li V. di queſto da Inſpruch. onde, ſe bene forſe pare, che alcuni minaccino concilij nationali, di che apertamente mi parlò il cardinal di Lorena in Sterzen,

eſt, pondus & auctoritatem haberent: quod ſperare licet; a Deo

zen, nientedimeno io penſo, che hora la principal mira di molti ſia di valerſi di queſto preſente concilio, & overo far sì, che le SS.VV illuſtriſſ. propongano tutte le loro petitioni, overo pigliarſi da loro queſta autorità di proporre; ne l'uno, & ne l'altra de' quali caſi non sò quanto le SS.VV. illuſtriſſ. ſi poſſono promettere de li padri.

La maeſtà ceſarea ne la ſopradetta lettera a' ſuoi ambaſciatori ſcrive, ut rationes per nos commonſtratas ſuſcipere velint reverendiſſimi domini legati; ne forte nos ac caeteri reges & principes cogamur contra voluntatem & deſiderium noſtrum regnis & provinciis ſuis quiſque proſpicere. Et, ſecondo me, è più facile a credere, che chi arriva a queſto ſegno, & dice di eſſer conſtretto a conſentire a concilij nationali, poſſa aſſai facilmente eſſer perſuaſo di cercar prima con ogni modo poſſibile di valerſi del preſente concilio univerſale. & già io veggo in corte ceſarea, che molti ſi dogliono, più che non facevano prima, che gli prelati di Germania non vengano al concilio, & che queſta natione vi manchi. il cardinal di Lorena in Sterzen m' interrogò molto diligentemente ſopra queſto non venir de' prelati di Germania, & in ſpetie mi dimandò, s'egli troveria in Inſpruch l'arciveſcovo di Salzpurgh. monſignor Quinqueccleſienſe m' ha riferito d'haver detto a ſua maeſtà, che la faceſſe opera, che li prelati di Germania veniſſero: & non pur li prelati, ma intendo che deſidera, che ſua maeſtà iſteſſa vi veniſſe in perſona, ſeguendo l'eſſempio de l'Imperator Sigiſmondo, del quale imperatore è fatta mentione nel volume ceſareo.

Un'altro punto, per quello ch' io poſſo conietturare da le parole d'alcuni, credo io che ſieno per trattare queſti theologi, cioè d' ampliare le petitioni del volume & di formare a lor modo una maggiore & più intiera riforma; ſecondo che quì anchora il preſidente Ferriero ha accennato ne la ſua oratione, che li franceſi ſieno per fare.

Fra queſti theologi è gran ventura che ſia il padre Caniſio, huomo di grandiſſima bontà & dottrina, & gran diffenſore de la podeſtà pontificia; ma temo, che in queſto ſia ſolo, o quaſi ſolo. Il preſidente de la congregatione de' theologi doveva eſſer il veſcovo di Cinquechieſe.

De la perſona del cardinal di Lorena VV. SS. illuſtriſſime ſieno certe, ch'era grandiſſima aſpettatione in quella corte; & l'imperatore & il rè n' hanno parlato altiſſimamente: &, quello che più importa, parmi d'haver veduto in gran parte i medeſimi concetti, deſiderij, conſigli, parole in ſua ſignoria illuſtriſſ. & ne la corte ceſarea. Il Seldio ha detto: Illuſtriſſimus dominus Lotharingus venit quidem ſponte, non vocatus; credo tamen, quod aget de concilio, &, ſi quid afferet ad propoſitum, libenter arripiemus.

Gli ceſarei prima volevano, & dimandavano principalmente la riforma auctoritate concilii; hora, con la venuta del ſudetto cardinale, è veriſimile, che non ſolo ſi confermino maggiormente in queſto loro deſiderio, ma di più penſino di trovar modo & forma d'haver più parte & autorità nel preſente concilio, per ſtabilire in eſſo tutte le loro petitioni giontamente con li franceſi.

Hora, perchè a queſta trattatione di riforma altri oppone la difficultà de l'eſſecutione, & maſſimamente in Germania, io non reſtarò di dire a le SS.VV. Illuſtriſſ. come ſopra queſto punto ſteſſo de la eſſecutione il Seldio & altri ſi riſtringono a trè ragioni: la prima, che gli Geſuiti hanno horamai dimonſtrato in Germania quello, che ſe ne può ſperare in effetto, poichè ſolamente con la buona vita, & con le prediche, & con le ſcuole loro v'hanno ritenuta, & vi ſoſtentano tuttavia la religione catholica; & però non è dubio, che, quando ſi faceſ-

Digitized by Google

Deo autem petere oportet, ut ſpem confirmet. Ad Julium,
e naumburgenſium epiſcopum, ita reſcripſiſti (*e*), ut nec verius nec prudentius ſcribi potuerit. quem ego hominem maxime, ut ſcribis, velim veſtris actionibus intereſſe; &, ut intereſſet, actum eſt olim a me cum illo longioribus & vehementibus literis. non enim dubito, quin praeſens communem, praeſertim vero germanam, rem adjuvaret; de cujus & malis & malorum remediis appoſite ſcriptas ab eo ad te literas legi. Perculſus bi-
f nis tuis ad Caniſium literis (*f*), quibus tanquam in tabula depictam

faceſſero molti collegij & molte ſcuole, onde ſi poteſſero havere molti operarij, ſe ne cavarebbe frutto incredibile. ma biſogna cominciare una volta. La ſeconda, che tutto il diſordine & ruina de la chieſa è nata per li noſtri peccati, & ha biſogno di molta miſericordia di Dio, la quale non potemo impetrare ſenza emendatione & penitentia. La terza, che overo è bene di riformarſi, o nò; ſe è bene, anchora che non ſe ne cavaſſe altro frutto, che quello ſolo d'eſſer migliori, ſiamo tenuti di farla. Io ne la relation mia toccai o più toſto accennai a le SS. VV. illuſtriſs. una parola di quello, che, ſecondo il debole parer mio, reſta di poterſi fare circa queſto. ma monſignor nuntio, per la ſua molta eſperientia & intelligentia di quella corte & di tutti li negotij, ne ha già data & ne può dare di continuo più piena informatione, & più ſicuro giuditio, & molto migliori rimedij. a me ſua ſignoria inanzi la mia partita diſſe: „ Riferite per nome mio a gl'illuſtriſs. legati, ch' io provederò tanto a tempo le coſe, & glie ne darò avviſo in modo, che non le verrà piena adoſſo, che non s'habbia tempo di procurare tutti i rimedij „. Ond'io mi rimetto volentieri al giuditio di ſua ſignoria Rmo & a gli avviſi, che ne verranno di giorno in giorno.

(*e*) Hoſii eae litterae ſignificantur, quas inter ejus editas, quinquageſimoprimo loco habemus, die 21. febr. 1563. datas: quarum initium hoc eſt: *Poſterior epiſtola dominationis veſtrae prius eſt mihi reddita, cui ſeorſum etiam reſpondendum eſſe putavi. Hoc ſibi certo perſuadeat velim, quod non minus optamus nos quoque, quam illa, praeſentis ut veſtrae R. D. habere nobis poteſtatem liceat &c.* Has ipſas ſignificare videtur card. Borromaeus in ſuis ad eumdem Hoſium die 13. mart. datis, in quibus, *Quas*, inquit, *litteras dedit dominatio veſtra reverendiſs. ad epiſcopum numburgenſem, eae gratiſſimae fuerunt ſanctiſſimo domino noſtro, quippe quae eſſent prudentiae refertae & pietatis.*

(*f*) Sunt eae fortaſſe, quibus Caniſius reſpondit epiſtola illa, quam Cyprianus in *Tabul. eccl. rom.* pag. 301. recenſet, cujuſque initium eſt, *Tardius, quam putabam, ſum Auguſtam reverſus, & mox evangelizandi munere impeditus, huc uſque nihil reſcripſi &c.* At in menſe, quo data ea epiſtola dicitur, manifeſtum mendum tenetur. ſic enim adſcriptum illi eſt *Auguſtae* II. *martii* 1563. Atqui eo ipſo die menſis martii ſecundo acciderat Tridenti card. Herculis Gonzagae, ſive Mantuani, mors; de qua ipſa morte in ea epiſtola agitur illis verbis, *Acceſſit autem his tantis motibus, quos ſatis deplorare non poſſumus, inexpectata mors illuſtriſſimi cardinalis & primarii legati D. Mantuani.* Aut igitur II. hoc eſt, ſecundo, pro 11. hoc eſt, undecimo, typographi negligentia excuſum eſt, aut potius ipſe Caniſius *martii* pro *aprilis* ſuſpenſo animo ſcripſit. facile eſt enim, primis cujuſque

Digitized by Google

pictam vidi calamitatem reip. invectam ab iis, a quibus potiſſimum propulſanda eſſet vel corporum oppoſitu, & communis quies ac tranquillitas ſanguine & morte redimenda, non poſſum facere, quin exclamem: *Salvum me fac, domine: quoniam defecit ſanctus, quoniam diminutae ſunt veritates a filiis hominum*, & quae ſequuntur: quae mihi omnia in hoc reip. tempus & in iſtos ſeditioſos ac turbulentos homines (g) cadere videntur. g
ſed ſatis haec deplorata ſunt. nunc ope & auxilio opus eſt; cujus mihi duplex ratio videtur: alterum a Deo petendum aſſiduis & ſummis precibus, ut ſervet & cuſtodiat nos; alterum praeſtandum ſapientia & conſtantia veſtra, qui concilio praeſidetis, ut, quod facitis, & nihil cujuſquam gratiae tribuatis, & religionis integritas, morumque ac veteris diſciplinae ſanctitas vobis antiquiſſimae ſint, & Jeſu Chriſti vicarium ab omni detrimento ſartum tectum conſervetis; cui qui leges ferre & praefinire voluit poteſtatis modum, nec ipſos legibus vivere, & exiſſe de poteſtate, puto (h). opponunt hoſtes & aperte & h
tecte mores noſtros depravatos. corrigantur ſeveriſſimis legibus; & aliquando excutiatur & noſtris nequitia ac deliciae, & illis (i) cenſoria gravitas ac nefaria certatio. quid facto opus ſit, i
patet: mature modo res explicentur. ſed omnia ſingulari prudentia

que menſis diebus litteras ſcribenti proxime ſuperiorem menſem, cui nominando & ſcribendo ejus decurſu aſſuevit, calamo excidere.

(g) Caniſius in eadem illa epiſtola, *Utinam vero*, inquit, *laetiora brevi ſuccedant, ut miſertus eccleſiae ſuae viduae Chriſtus, multorum piorum, qui matris afflictas calamitates deplorant, & lacrymas reſpiciat, & eorundem comprecantium vota exaudiat. Conſilium ad rem tantam bene gerendam domi noſtrae non ſuppetit. dolemus tantum, ex reformatoribus quoſdam deformatores eſſe velle; & gubernatores, ad ſedandam maris tempeſtatem vix tandem collectos, cum praeſens ob oculos imminet naufragium, non conjunctis animis & viribus ſuccurrere navi periclitanti, quin potius novas illic turbas excitare, & morbos augere potius, quam aegrotis mederi.*

(h) Idem Caniſius continuo poſt ſuperiora, *Illud vero*, inquit, *inprimis ad Satanae tentationem referre cogimur, quod via muniatur a quibuſdam ad oppugnandam & labefactandam illius auctoritatem, qui unus in hujuſmodi controverſiis dirimendis fuit ſemper & eſſe debet judex primarius, & princeps eccleſiae, non humano, ſed divino jure a Chriſto ipſo, Chriſtique loco conſtitutus. huic omnes detrahere & obtrectare, hujus ſupremam & neceſſariam nobis auctoritatem obſcurare & elevare contendunt: qui gradus eſt, ni fallor, proximus ad illam diſceſſionem introducendam, quam apoſtolus Paulus cum veri antichriſti tempore conjunxiſſe videtur.*

(i) Pergit porro ibidem Caniſius: *Eodem prope ſpectant conſilia principum, ſi quis rem omnem expendat diligenter: quaſi catholico nomine contenti illi non oves eſſe curent paſtoris Pauli quarti aut Pii quarti, ſed judicum potius ac reformatorum munus ſibi ſumere debeant in pontifices & patres, totumque ordinem eccleſiaſticum.*

dentia ac ſapientia veſtra proviſa ſunt; quorum conſiliis ac decretis, veritate & communi ſalute directis, boni favebunt, mali, niſi qui de ſua improbitate confiteri voluerint, palam obtrectare non audebunt. Non eſt, quod verearis, ne illa, quae pervulgari moleſte fers, a me emánent. comprimentur omnia, & uni tantum cardinali Borromaeo, ut ſcribis, committentur. ego meum & meorum ſilentium tibi praeſtare poſſum: reliqua ne tu quidem a me requiris. Servet Deus te nobis & eccleſiae ſuae ſalvum & incolumem. Roma. pridie non. martii. M. D. LXIII.

Scribit ad te Ticinius noſter, qui ſibi hanc provinciam ſumpſit, te ut certiorem faceret de eo, in quo mihi commen-
k datione tua opus eſſet apud Poloniae regem (k), & eos, qui
l gratia, officio & auctoritate apud regem plurimum valent (l). ego neque diligentior in re mea eſſe poſſum, quam Ticinius ipſe ſit, pro ſingulari ſuo erga me ſtudio, nec quicquam ad tuam voluntatem benemerendi de me addere poſſum precibus meis, cui vel minima ſignificatio cupiditatis vel temporis mei, pro tua ſumma in me benignitate, eſt pro omni mea diligentia literarum. tantum rem ſignificandam putavi: reliqua ſupervacanea duxi.

(k) Dubitandum non eſt, quin ſignificetur id negocium, de quo proxime ſuperior epiſtola *Cum primum* ad eumdem Poloniae regem ſcripta a Truchſeſio eſt.

(l) Significat Petrum Miſcovium, Joannem Dulſcium, Martinum ab Eden: ad quos ſcilicet ſunt ſuperiores epiſtolae *Etſi mihi*, & *Cum ex multis*, & *Adductus ſum*, hoc ipſo die martii ſexto datae. Morem autem Truchſeſio geſſiſſe Hoſium, ex illius ad hunc epiſtola, die 24. inſequentis aprilis data, intelligimus; in qua, *Ago tibi*, inquit, *gratias de commendatione literarum, quas ad Poloniae regem mea cauſa dediſti &c.*

XXII.

a Otho Truchſes Card. Auguſtanus Magiſtro (a) Carthuſianae familiae.

10. mart. 1563. *Ut monaſticam diſciplinam, in aliquot dioeceſis auguſtanae coenobiis collapſam, reſtituendam curet, hortatur.*

IN dioeceſi mea auguſtana multae familiae ſunt carthuſianae ſocietatis, quae, quandiu ſocii veſtri veteres illos iſtius ordinis viros, fide ac vitae probitate praeſtantes, imitari voluerunt,

(a) *Magiſtros* Pogianus appellare ſolitus eſt, quos vulgo *Generales* vocant.

runt, copiis & opibus florentes magno in honore fuerunt apud omnes. ex quo autem tempore, perturbata antiquorum patrum diſciplina, ſumma cum offenſione illorum hominum deflexerunt e curriculo religionis ac probatae vitae, & exiſtimationem & magnam bonorum fortunarumque partem amiſerunt. quin etiam eo (*b*) progreditur quotidie res, licentia & intemperantia ſodalium veſtrorum (*c*), ut verendum ſit, ne caeſar caeterique principes, quorum in ditione ſunt iſtius ſocietatis res ac rationes, illis inde ſociis exturbatis, poſſeſſiones ac vecti-

(*b*) *cum* exempl. Gratianus emendavit.

(*c*) Temporum illorum calamitati, peſtilentique haereſum, tota tum Germania graſſantium, contagioni tribuendum eſt, nonnullos e praeſtantiſſimis ſacrorum hominum ſocietatibus paullulum ab inſtitutorum ſuorum via atque ratione alicubi deflexiſſe. quod ſi, integra ſacerdotum collegia cum ſuis epiſcopis ad haereticos per eadem illa tempora frequenter transfugiſſe, meminerimus, minus mirabimur, in aliquo illorum hominum coenobio monaſticam diſciplinam, catholica tamen profeſſione conſtanter retenta, obſoleſcere potuiſſe. ad ſanctiſſimam quidem mihique cariſſimam carthuſianorum familiam quod attinet, ſi aliqui ex ea in aliquo auguſtanae dioeceſis loco non ita retinentes priſcae ſeveritatis fuerunt, at certe, alios aliis in locis retinentiſſimos illis ipſis temporibus fuiſſe, conſtat. multa proferre ejus rei exempla quum poſſim, uno illo contentus ero, quod Gratiani manuſcriptae apud me ephemerides valde luculentum ſuppeditant. *A dì 26.* inquit, *di febraro 1561. partimmo* (de ſe & de Commendono, pontificio ad Germaniae principes nuncio, loquitur) *di quà* (da Beſch) *& andammo quattro leghe a Frankfurt, detta latinamente Frankfordia, terra murata de l' elettore di Brandemburg, & è una de le più belle di queſti paeſi, & poſta vicino all'Odera, detto da'latini Viadrus, fiume grande, & uno de' principali di Germania... Il popolo è tutto heretico; & non vi ſono altri catholici, ſe non due certoſini frati, & un prete, tutti vecchi, che ſtanno inſieme vicino a la terra in un monaſtero, dove già ſtavano molti certoſini, a'qnali tolte l' intrate, parte ſon mancati, & parte fuggiti, ſalvo queſti, che ſempre ci ſono reſtati, & ſempre hanno celebrato meſſa, non oſtante molte minaccie di morte, & offerte di beni per rimoverli da la ſede catholica. il che tutto hanno rifiutato, & più toſto voluto ſempre con molte fatiche guadagnarſi il pane, benchè difficilmente, che diſtorſi punto da la ſua fede. Monſignore gli viſitò in queſto monaſtero.* Eandem rem in librum XIII. *de ſcriptis invita Minerva* idem Gratianus tranſtulit; ubi tamen non duos, ſed tres fuiſſe carthuſianos illos tradit: de quibus illa commemorare pergit, quae ego ſine lacrymis nec legere umquam potui, nec ſiccis oculis nunc deſcribam: *Confecti*, inquit, *jam ſenio erant; nec, annis triginta, e ſeptis ſuis prodierant, veriti, ne, eorum conſpectu ornatu, quem nec unquam dimiſerant, & aliorum oculi aſpicere jam diu deſueverant, ſaxis a plebe inceſſerentur. tantus tum furor occupaverat hominum mentes. carthuſianis apoſtolicum nuncium, ubi ne apoſtolicum quidem nomen diu auditum eſſet, videre miracu'i atque monſtri ſimile fuit. projectis ad pedes oſcula veſtigiis ejus figere, contingere dextram, audire loquentem (& latine ſciebant perbene) tantae laetitiae fuit, ut ſatis vitae ſuppetiiſſe ſibi, praedicarent.*

galia veſtri ordinis ad alias ſodalitates transferant (d), illique attribuant hominum generi, qui, tam neceſſario hoc reip. tempore,

(d) Hujuſmodi ex una ad aliam ſodalitatem poſſeſſionum ac vectigalium translationes & factae ſunt per ea tempora in Germania multae, &, ut fierent, epiſcopi atque apoſtolici nuncii romanis pontificibus auctores fuerunt, ubi praeſertim, haereſi dominante, & ad paucitatem monaſticae vitae cultoribus redactis, aut etiam omnino dilapſis, vacua propemodum monaſteria relinquebantur. habeo apud me Commendoni legationis ſuae germanicae, concilii tridentini cauſa ſuſceptae, ad Pium IV. renunciationem; Gratiani manu deſcriptam. incipit: *Beatiſſimo padre. Le coſe di Germania benchè in sì lungo tempo di queſte hereſie ſieno ridotte a peſſimo & miſerabile ſtato, nondimeno non ſono forſe per altra cagione più diſperate, che per la poca cura de' principi catholici di quella provincia, così eccleſiaſtici, come ſeculari, in non ripararvi, o almeno in non cercar via, con la quale, mentre vi reſta anchora parte di vita & di religione catholica, vi ſi porga qualche rimedio. gli rimedij ſono o con la violentia di sforzar gli diſubbidienti ad ubbidire, o ſenza. ſenza, ſono di quattro ſorti.* Jam horum remediorum ſecundum genus, reliquis, quae ad rem, qua de agere inſtituimus, nequaquam pertinent, praetermiſſis, hujuſmodi eſt: *La ſeconda ſorte di rimedij ſenza armi è de li buoni maeſtri & predicatori, i quali con patientia & charità, & con dottrina & buono eſſempio, diſinganino que' populi, & gli moſtrino la verità catholica, & gli riducano a la chieſa, inſtruendo ne le ſchole la gioventù, & ne le chieſe predicando & adminiſtrandovi i ſacramenti. Il che hora fanno per Germania queſti preti de la compagnia di Gieſù, con acquiſto di molte anime, & con gran ſervitio di queſta ſanta ſede. nondimeno queſto rimedio, come ſenza dubio è proprio & conveniente, così è lungo & difficile: & a l'incontro l' infirmità è vehemente & mortale. gli ſudetti gieſuiti, che poſſono porgere tale rimedio, non ſono volentieri nè facilmente admeſſi per tutto. da li catholici ſteſſi hanno molto contraſto, ſpetialmente da' religioſi; &, dove ſono admeſſi, eſſendo i populi per la maggior parte heretici, hanno gran fatica di vivere & di mantenerſi: & ſe un principe buono provede loro per un poco di tempo, o muore, o, vivendo, non può ſempre ſupplire al biſogno, caſo che non ſi facciano de le unioni de' monaſterij & altri beni a queſta compagnia, come in alcuni luochi benignamente ha loro conceduto la beatitudine voſtra &c.* Pii IV. ejuſmodi benignitatem Pius V. qui ei proxime in pontificatu ſucceſſit, aemulatus, ad Jacobum Ukangium, gneſnenſium archiepiſcopum, eumdemque Poloniae primatem, die 1. jul. an. 1566. eas litteras dedit, quas Jacobus Laderchius, e vaticano tabulario depromtas, in tomum XXII. *Annal. eccleſiaſt.* ad eumdem annum retulit pag. 206. quarum haec eſt particula: *Illud etiam nobis valde placeret, inſtitui in iſto regno aliquot ſocietatis Jeſu collegia: quod te quoque cupere intelleximus. ſed ad dotanos & reditus monaſteriorum quorundam eis attribuendos accedere neceſſe eſt ſereniſſimi regis conſenſum, qui, ſicuti noſti, in eis jus obtinet patronatus. qua de re voluntatem ejus per nuncium noſtrum explorare curabimus.* Sixti etiam V. primis pontificatus annis, Laelius Urſinius, ab eo in Bohemiam miſſus, ut de catholicae religionis ſtatu cognoſceret, & de rationibus ejus reſtituendae ad ſe referret, inde reverſus legationem illi ſuam renunciavit. quam nos renunciationem, ex ipſius commentario totidem verbis deſcriptam, in noſtras

Digitized by Google

pore , caeteris doctrina morumque exemplo prodeſſe poſſint . Haec pietatis ac religionis ſtudio permotus ad te ſcribenda duxi , ſimulque petendum a te , ut prudentia , & auctoritate tua illi malo in iſto conventu ſocietatis veſtrae , quacunque poteris ratione , medearis , ſontes coërceas & corrigas , diſciplinam-

noſtras adnotationes ad librum XIII. Gratiani operis *de ſcriptis invita Minerva* conjecimus : ex qua haec , eodem , quo Commendoni illa , pertinentia , transferemus . *Saprà la ſantità voſtra , che il maggior inconveniente , che ſia in quel regno , è l'ignoranza & peſſima vita de' parrocchiani & d'alcuni frati catholici , ſe pur ſi poſſono chiamar catholici ... Quindi è , che le perſone eccleſiaſtiche , per eſſer così ignoranti & ſcandaloſe , ſono venute in gran diſpregio appreſſo i laici ; & quindi anco è nata la penuria , & cariſtia di ſacerdoti ; perchè a pena ſi trova perſona , che voglia abbracciare lo ſtato eccleſiaſtico ... Quanto a li rimedij , che ſi potriano dare , la proporrò quelli ſteſſi rimedij , che i principali ſignori di quel regno catholici , conſultando fra ſe ſteſſi di queſta materia , in preſentia del nuncio di voſtra ſantità & mia , concluſero . Il primo è , che ſi faceſſe una viſita del clero (ſenza la quale non accade ſperare , che ſi poſſa far neſſun bene) & una riforma generale , cominciando da li più grandi ſino a li più piccoli ... Secondo rimedio . procurare di havere alcuni curati di dottrina & di vita eſſemplare ... & per haver copia di ſimili operatori , ſi mette in conſideratione di cavare da tutti gli ordini mendicanti de l'Italia uno o due frati per provincia di vita eſſemplare & dottrina ſufficiente , & fare che per trè anni almeno debbano ſtare in quel regno ad ajutare quell'anime ... & , ſe foſſe poſſibile , mandarci anco qualche capuccino , perchè ſe n'edificheranno grandemente , parendo loro impoſſibile , che fra noi ſiano perſone di tanto ſpirito , che faccino quella vita , che di loro ſi dice : vedendo eſſi a l'incontro queſti lor curati catholici , approvati da l'arciveſcovo , chi con le mogli , chi con le concubine ; quali celebrano ſenza confeſſarſi , ſe non da anno ad anno , & in generale con il ſolo Confiteor , le trè parti di eſſi . Il terzo rimedio , propoſto da quelli ſignori , è di eriggere quattro collegij de la compagnia del Jesù , oltre quello di Praga , in diverſe parti di queſto regno ... Con quanti ho parlato , non ſolo i catholici , ma ancora gli heretici dicono gran bene di queſti padri , confeſſando , che , ſe eſſi non fuſſero , non vi ſaria quaſi più ſegno di religione catholica ... Fra quelli , che s'inſtruiſcono nel collegio di Praga , & loro ſchuole , giungono al numero di cinquecento : & molti heretici ci mandano li loro figli , de' quali molti giornalmente ſe ne convertono : & vi ſono ſtati di putti , che hanno convertiti li padri & madri (potenza grandiſſima di Dio !) : di maniera che facendoſi queſti quattro sopradetti collegij , partuririano ſenza dubio un beneficio incredibile alla chriſtianità , & in poco tempo ſariano tanti gl'inſtrutti ne la fede catholica , che non mancherebbono ſacerdoti & parrocchiani , come hora ... & con queſti quattro luochi detti s'abbraccieria grandiſſimo paeſe ; poſſendoſi ſperare , che in breviſſimo tempo con la loro buontà & deſtrezza riduceſſero quel regno con le provincie convicine al vero culto di Dio ... Il modo hora , promeſſo di ſopra , per dotar queſti luochi , ſenza intereſſe di ſua ſantità , a mio giudicio ſarebbe queſto . ne la Bohemia ſono alcuni monaſterij di trecento , cinquecento , & taluno di mille & molto più talleri d' intrata ; quali ſe ne ſtanno con uno o due monaci , & l'abbate , a le volte catholico , & al più heretico ; quali*

que carthuſianae familiae, in illis locis prolapſam, reſtituas. a quam ad rem tibi ego non ſolum operam & auxilium meum polliceor, ſed etiam me profiteor acturum cum reliquis provinciae noſtrae epiſcopis, quorum in dioeceſi ſint ſodales veſtrae ſocietatis, tuaeque poteſtatis, ut tuum ſtudium conatumque rebus omnibus adjuvare velint; quo & perditi homines veſtri ordinis ad ſanitatem reducantur, & carthuſianae majeſtati priſtinum decus, dignitas, bona & jura omnia reſtituantur. Deum precor, ut tuis conſiliis & actionibus adeſſe velit. Vale. Romae. VI. id. martii. M. D. LXIII.

XXIII.

quali ſenza un ſervitio al mondo uſurpano queſte intrate, già dedicate a Dio, & a li ſuoi poveri; quali abbati a la lor morte laſciano di molti ſcudi, quali ſua maeſtà ceſarea, perchè non vadano in male mani, li piglia lui, & ne fà poi quelle charità, che la ſua conſcientia li detta. potriaſi dunque queſti monaci, così unichi & diſperſi, unirli in tanti monaſterij, quanti baſtaſſero a ſtar loro bene; & quei luochi & intrate, che avanzaſſero, ſua ſantità erigerne tanti collegij &c. Haec autem jeſuitis attribuenda collegia, video *ſcholas pias* appellari jam inde a Pii IV. pontificatu conſueviſſe. exſtant in *Tabularii eccl. rom.* parte I. n.6. Matthiae Cithardi, Ferdinandi caeſaris a ſacris confeſſionibus, litterae, ad Julium Pflugium, naumburgenſium epiſcopum, *Dominica Oculi*, hoc eſt Dominica quadrageſimae tertia, anno 1563. Oeniponto datae; quae Dominica eo anno in martii quartumdecimum diem incidit: quibus in litteris, *Caeſarea majeſtas*, inquit, *cum nuper ex cardinali Lotharingo aliiſque quibuſdam magni nominis viris ſacri concilii tridentini negotia non eo ordine aut modo procedere intelligeret, qui nobis aliiſque piis & catholicis regibus ac principibus ſpem certam optati exitus praeberet, pro eo, quo ardet, zelo ac ſtudio ferventiſſimo promovendi ea, quae ad Dei gloriam propagandam, ac priſtinam eccleſiae catholicae unitatem ac tranquillitatem pertinere videntur, ad ſanctiſſimum dominum noſtrum privatim, ad concilii vero legatos & patres conjunctim prolixas literas dedit, quibus, pro munere advocati ſupremi eccleſiae Dei, cum omni reverentia & modeſtia, ea proponit, quibus violentiae horum temporum ac incommodis multis, partim praeſentibus, partim imminentibus, obviam iri poſſe, prudenter exiſtimat. Urget autem ſua majeſtas, inter reliquos, ſequentes articulos &c.* horum autem articulorum undecimus ille eſt: *Ut ſcholae piae cum applicatione partis redituum monaſteriorum & eccleſiarum ditiorum erigantur.* Qua quidem in re Ferdinandus ipſe ſuas partes deſiderari non eſt paſſus, qui tria collegia viennenſe, pragenſe, oenipontanum ſocietati Jeſu fundavit.

XXIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Cardinali Lotharingo.

In morte Franciſci Lotharingi, Guiſae Ducis, conſolatio. 29. mar. 1563.

EA eſt calamitas, quam eccleſia Dei, morte (a) Franciſci Guiſii, fratris tui, fortiſſimi atque optimi ducis, accepit, ut neminem ex piorum numero eſſe putem, quin ejus luctus acerbi- a

(a) Ex Gratiani opere *de caſibus virorum illuſtrium* haec, ad tam illuſtris viri mortem pertinentia, habeto: *Gaſpar*, inquit, *erat Colinius, qui a praefectura maris Ammiralius dicebatur, ad quem, capto Condejo, ſummam rerum Vgonovii detulerant, vir ingenii conſiliique mogni, & ſummae calliditatis; qui poſtea Galliae malis valde inclaruit. is hominem nactus audacem* (Joannem Poltrotum Franciſcus Haraeus in *Annalibus Belgicis* vocat), *& animo ad quodvis ſcelus parato, cum eo de Guiſio ipſo aliqua fraude tollendo agit ... operam pollicentem promiſſis ingentibus onerat, &, quo ad omne periculum religione objecta magis firmaret, Theodorum quoque Bezam, doctum & diſertum hominem, hortatorem adhibet. is erat Beza maximus novorum ſacrorum antiſtes, qui ipſi Calvino, diſciplinae auctori, apud genevenſes ſucceſſerat: qui, quoniam a Deo gratiam eſſet initurus, quantum de communi piorum ſalute fortunoque meriturus, ſi Guiſium, verae pietatis hoſtem, occidiſſet, eamque victimam, Deo gratiſſimam, quavis fraude mactaſſet, multa adhortatione diſſeruit. igitur hinc ſpe praemiorum illectus, hinc factionis ſtudio, & auctoritate Bezae, quae apud illam ſectam ſequentes ſumma erat, incitatus, rem ſuſcipit. equo inſignis pernicitatis ab Ammiralio donatus, ſimulata poenitentia, transfugit ad catholicos; &, quo fidem mutati animi faceret, arcana quaedam de Ammiralii conſiliis, de obſeſſorum* (aurelianenſem urbem Guiſius obſidebat) *difficultatibus, deque munitionum vitiis enuntiat Guiſio; qui, nihil ſuſpicans ſubeſſe fraudis, hominem, manu promptum, & inter milites haud inertis ingenii habitum, ut ſolebat, excepit humaniter, &, praebito ſtipendio, in caſtris ſuis militare juſſit. qui, ſpecie officii, inter aſſectatores Guiſii aſſidue verſans, aditus, egreſſus, itinera ejus obſervabat, locumque inſidiis quaerebat. Guiſius* (*quod facere navi atque intenti duces ſolent*) *ſaepe inſtitutas ab ſe munitiones interviſere, munientibuſque hortator ac monitor, ut omnia ex uſu fierent, adeſſe, atque inde ſe in caſtra, plerumque incomitatus, ut in nulla ſuſpicione, recipere in more habebat. id inſidiator cum animadvertiſſet, luſtratis circa omnibus, aeque apte, ubi deliteſceret, loco delecto, Guiſium, ſub noctem cum tribus comitibus redeuntem, & amnem intra ſua caſtra parva cymba tranſmittentem, ex occulto collineans, plumbea glande* (Haraeus *tribus uno ictu globis* ait), *valida ſclopi fiſtula excuſſa, trajecit; ac protinus, antequam inſequi quiſquam poſſet, pernicitate equi e conſpectu eſt abreptus. verum, etſi ad oppidum* (aurelianenſe) *curſum direxiſſet, tamen* (*quod ſaepe uſuvenire in magnis facinoribus ſolet*) *metu ac diſcrimine mente turbata, totam continenti prope curſu vagatus noctem, mane intra eadem caſtra, unde aufugerat, eſt repertus ... tum, jubente regina, ſaevum de eo ſupplicium eſt ſumptum. At Guiſius.*

acerbitatem ad ſe potiſſimum pertinere, arbitretur. nam, cujus
conſilio ac virtute ſingulari maximas firmiſſimaſque impiorum
hoſtium copias, ad praeſentem quidem Galliae peſtem comparatas, verum cupiditate reip. exitio imminentes, fuſas fugataſque
b (*b*) vidimus, brevique nefarias reliquias confectum iri, ſperabamus, eum ex inſidiis, officii ſimulatione, interfectum eſſe,
quis non ingemiſcat? quis non angatur, eſſe tantum in Gallia
conceptum ac ſuſceptum ſcelus, ut ſervatori provinciae, chri-
c ſtiani exercitus duci (*c*), regiae majeſtatis auctoritatiſque propugna-

ſius a ſuis in tentorium cum eſſet ſublatus, acciti medici nullam vitae ſpem eſſe, pronuntiarunt. accurrerat ad primos rei nuntios cum Guiſii uxore & parvis liberis regina, quae, cum in occulto caede ejus, quam victoria, magis laetaretur, quod illum, nimiis jam opibus fultum, gravem potentiae ſuae aemulum verebatur, tamen (adeo faeminarum ingenia occultare affectus ſuos norunt) cum ipſa Guiſii uxore muliebribus lamentis lacrymiſque certabat, &, jacentis aſſidens lecto, nullum erga eum charitatis & diligentiae officium praetermittebat. Guiſius, cum adeſſe mortem ſenſiſſet, oſculatus parvos filios, amoveri inde, nec amplius in conſpectum ſuum adduci, juſſit. deinde conjugem (ea erat Herculis, ferrarienſium ducis, filia, juventa & forma inſignis), afflictam dolore fractamque, conſolatus, communes liberos ita inſtitueret, monuit, ut, ſecundum Dei majeſtatem, regem maxime venerarentur. converſa inde ad reginam oratione, magnopere eam eſt hortatus, ut regis filii curam gereret, cujus vitae regnoque, per ſpeciem tuendi jura novorum ſacrorum, hos novae ſuperſtitionis auctores inſidiari, non dubium eſſet; & ex ſuo caſu, nefariaque fraude, qua ſe occidiſſent, utile ſibi ſuiſque ad cavendum documentum caperet ... Haec cum dixiſſet, & reginae filios conjugemque commendaſſet, animam ſumma cum religione, omnibus, quae catholica eccleſia morituris adhibet, ſacris expiatam, edidit. vir non belli artibus, quibus omnes ejus aetatis duces Galliae anteiſſe exiſtimatur, clarior, quam humanitate, liberalitate, omnibus communis vitae officiis in vulgus gratior optatiorque. Contigit haec Franciſci, Guiſae ducis, mors die proximi februarii viceſimoquarto; Tridentum autem quam mox ejus nuncius ad card. Lotharingum, Franciſci fratrem, ſit allatus, binae concilii praeſidum ad card. Borromaeum litterae docent, alterae martii die octavo, alterae undecimo datae. in prioribus, *Noi*, inquiunt, *continuamo di far quaſi ogni giorno due congregationi generali ... & havevamo penſato di trattar col cardinal di Lorena per vedere, finito che haveſſero i theologi di dire, di poter proponer alli padri la dottrina & li canoni dell'Ordine .... & fin hora non havemo potuto effettuare queſto noſtro penſiero, ſtando il detto cardinale da quattro dì in quà molto travagliato per queſta voce, che và attorno, della morte del duca di Ghiſa, ſuo fratello, la quale ſe ben' egli non crede, non ne havendo eſſo avviſo di niuna banda, nondimeno li dà faſtidio, udendola raccontare con tante particolarità.* in poſterioribus autem, *Monſignor illuſtriſſimo di Lorena*, inquiunt, *ha havuta la certezza della morte del duca di Ghiſa, ſuo fratello, per huomo a poſta mandato dalla regina: &, ſe potremo, mandaremo copia a V.S. illuſtriſs. della lettera, che ſua maeſtà li ſcrive per raguoglio del caſo, come è ſucceſſo.*

(*b*) Vide epiſt. *Egregia* d. 15. jan. 1563.

(*c*) *ducis* exempl. Gratianus emendavit.

Digitized by Google

pugnatori indigniſſima mors afferretur? illud facinus, quo, non ſecus ac nefario bello, quod ſacris & rebus & hominibus indicitur, humana & divina jura violata ſunt, nullo unquam ſupplicio ſatis expiari poterit. me quidem certe rei atrocitas & per ſe, & hoc eccleſiae Dei tempore, ſic excruciat, ut, qua re dolor meus levari poſſit, non inveniam; tantum abeſt, ut te, ſi cupiam (*d*), aut adeo ſi opus ſit, conſolari queam. ſed *d*
ipſe nec meo nec cujuſquam ſolatio indiges (*e*), a natura, a *e*
religione, a doctrina, a prudentia inſtructiſſimus ad omnes caſus humanos; ut etiam fratris obitu, cujus ſimiles perpauci, vel nemo potius erat in terris, maereas communi, non tuo aut tuorum, incommodo. nam cogitationem acerbae illius & immaturae mortis ea conſolatione lenis, quam tibi ſapientia tua proponit, ſi parum is vixit fortaſſe naturae, ſatis eundem vixiſſe & virtuti & gloriae. quis enim illo fuit rei bellicae peritior? cujus, vel noſtra vel etiam patrum memoria, clariores fuerunt magiſve nobilitati labores? quis majore fuit auctoritate dux? quis plures cum imperatoria virtute conjunxit animi aut ingenii laudes? ceſſit autem e vita victor in cauſa, qua Dei gloria, ſedis apoſtolicae dignitas, regis veſtri majeſtas, regni illius, vel potius reip. ſalus continetur. quod vero ad ipſum attinet, ejus mors opportunior eſſe non potuit: ampliſſimae autem familiae veſtrae, refertae quidem per ſe omnibus ornamentis, tantum is jam laudis attulerat, ut nihil ad novum decus addi poſſe videatur. ne te quidem, pro tua eximia prudentia, mortis genere, qua is affectus eſt, magnopere commoveri, puto; qui noris omnium optime, traditum eſſe & graecarum & latinarum literarum monumentis, &, quod caput eſt, ſacra hiſtoria, praeſtantem virtutem nunquam virtute victam, ſaepe vero fraude oppreſſam fuiſſe. veteres illi heroës, ac paene divini duces Machabaei, quorum invictae virtutis & inſignis pietatis imaginem nobis retulit praeſtantiſſimus dux, frater tuus, ſuo id exemplo comprobarunt. vivit igitur is in caelo cum illis, quorum virtutem & facta imitatus eſt: vivit in vobis nobiliſſimis & clariſſimis fratribus (*f*), atque adeo in te, princeps *f*
opti-

(*d*) *cuipiam* exempl. Emendavi.

(*e*) Quam fortiter acerbum hunc caſum card. Lotharingus tulerit, illa ejus vox a Pallavicinio lib. XX. *Hiſt. concil. trid.* c. 6. n. 9. relata, ſatis oſtendit: *In ricevere*, inquit, *la ſventurata certezza, buttatoſi ginocchione diſſe rivolto a Dio: Signore, havete laſciato in vita il fratello colpevole, e levatone l'innocente.*

(*f*) Caroli fratrum numerus ac praeſtantia traditur à Gratiano in laudato *de caſibus virorum illuſtrium* opere, ubi de primo Guiſae duce (quem *Caro-*

optime, & cardinalis omni laude ampliſſime: vivit denique in omnibus orbis terrae partibus, & in hac ipſa chriſtianae religionis arce, quae ſe ab eodom illo, & abſente & praeſente (g), in ſummo periculo defenſam ſervatamque recordatur: vivit poſtremo ejus memoria in mente & oratione bonorum & piorum omnium. quare mihi perſuadeo, te, tali ſapientia praeditum, cum naturae & fraterno ſenſui, quod debebas, tribueris, caeterum in Dei voluntate, & in ea, quam dixi, cogitatione conquieſcere, tantumque tibi (quae tua eſt humanitas, & charitas erga nobiliſſimam provinciam tuam totamque Jeſu Chriſti eccleſiam) dolere in ſumma penuria eorum, qui tanto duci ſuccedere, atque imperatorio muneri, graviſſimo hoc reip. tempore, ſatisfacere poſſint. me quoque illa cura ſollicitum habet; nec video, in quo praeterea niti poſſit, ſecundum Deum, eccleſiae ſalus. ſed, quo minus ſpei habemus in humanis opibus, eo magis Deo confidere, ejuſque auxilium vehementius implorare debemus. nam, cum ipſi ſcelera noſtra recognoverimus, in quibus reſidet cauſa tantorum malorum, vitamque noſtram melioribus & conſiliis & actionibus traduxerimus, reliquoſque in eandem rationem inducere, pro noſtri officii munere, ſtuduerimus, non dubium, quin Deus, noſtri miſertus, impendente procella ac tempeſtate ſedata, tranquillitatem ac ſecuri-

Carolum per errorem appellat, cum *Claudium* appellare debuiſſet), Caroli cardinalis patre, agens, *Hic egregiam*, inquit, *ſex filiorum ſobolem habuit, quorum omnium ea indoles fuit, ut nemo non ad amplam fortunam pervenerit, & a patre patruoque conſtitutas familiae opes honoribus, affinitatibus, amicitiis, clientelis magnopere auxerit. nam Carolus & Aloyſius, alter a Paulo, alter a Julio tertiis, pontificibus maximis, [illegible]rdinales ſunt creati .... Franciſcus natu maximus, Guiſiae, alter Aumaliae duces ſunt appellati, alter Actbufii marchio, & alter praefecturam hieroſolymitanorum in Gallia equitum inſignem & uberrimi veſtigalis tulit.*

(g) Idem Gratianus ibidem, *Exortum*, inquit, *non multo poſt inter caeſarem ipſum* (Carolum V.) *& Paulum IV. pont. max. propter Colonniorum contumaciam adverſus Paulum, novum eſt bellum ... Occupavere hiſpani imparatum pontificem aggredi, &, eodem Ferdinando Toleto duce, qui cum imperio italicis rebus a caeſare praepoſitus fuerat, Neapoli moventes, in romanos fines impetum fecere; &, capta Oſtia, atque aliquot praeterea oppidis in poteſtatem redactis, ipſi jam romanae urbi imminebant ... ſed ... inito cum rege Galliae foedere, non ſolum ab ſe oppugnando averterat* (pontifex) *hiſpanos, ſed in magnum metum neapolitani regni amittendi conjecerat .... Nam rex hunc ipſum Guiſium cum validis equitum ac peditum copiis tranſcendere alpes, &, exemplo periculis pontifice maximo, protinus neapolitanum regnum invadere, juſſerat. & tranſitus in Italiam Guiſii tantum terrorem injecerat hiſpanis, ut recipere in loca munita copias, & bellum moenibus arcere, non vi repellere, cogitarent &c.*

curitatem eccleſiae praeſtaturus ſit. in iſta te cura & cogitatione defixum eſſe, intelligo, maximeque vel in domeſtico luctu laborare, ut pia quies & chriſtiana pax reip. pariatur. in quam te voluntatem & curam in primis incumbentem, magiſque de communi jactura, quam de domeſtico detrimento laborantem, cum intelligerem, hoc ad te literarum dare volui, non jam, ut dixi, conſolandi tui cauſa, qui nullius ſolatio eges, neque hortandi, ut inſtitutum tuum tuorumque omnium nihilo minus teneas juvandi rebus omnibus rempublicam, ſed tibi, ſic animato & parato, ſtudium & obſervantiam meam, glorioſo generi veſtro debitam, ex animo deferendi: quo in officio nemini, qui vobis deditus ſit, concedo. Deum precor, ut te nobis ſalvum & incolumem ſervet. Roma. XIII. Kal. aprilis. M. D. LXIII.

XXIV.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi. (*a*) *a*

Vergerii maledicta eſſe Hoſio contemnenda. De Naumburgenſium epiſcopi negocio. De duorum concilii praeſidum paene conjunctis mortibus. De duobus in eorum locum ſuffectis. 24. mar. 1563.

VErgerii (*b*), turpiſſimi convitiatoris, maledicta contemnamus, immo vero gaudeamus illius praeconiis noſtrae laudis, qui, cum impuriſſimam linguam exercuerit in ſanctiſſimam parentem eccleſiam, inſectandis eccleſiae filiis non laedit eos, ſed illuſtrat. Ad naumburgenſium (*c*) epiſcopum (*d*), cum me per literas de iſto ſucceſſore (*e*) docuiſſet, ſcripſi, quam res difficultatem hic haberet. perſpiciam animos eorum, per quos agendum eſt, teque (*f*) faciam certiorem. Nunc me angunt, *b* *c d* *e* *f*

(*a*) Edidit ante nos hanc epiſtolam Cyprianus in *Tabul. eccl. rom.* p. 305.

(*b*) Pergebat Petrus Paullus Vergerius, impius catholicae religionis deſertor, concilii tridentini patres, in primiſque Hoſium, editis libellis ſuis, omni maledictorum genere refertis, inſectari. De Vergerio vide epiſt. *In tuis* ... *me* d. 8. jun. 1560. & epiſt. *Declmo*... *into* d. 22. nov. 1561. denique epiſt. ... *uas mihi* d. 30. jan. 1563.

(*c*) *Numburgenſium* Tabul.

(*d*) Julium Pflugium, de quo frequens in ſuperioribus epiſtolis mentio. accuratiſſima eſt Cypriani de eo adnotatio ad epiſtolam primam partis tertiae *Tabul. eccl. rom.*

(*e*) Agebat fortaſſe per haec tempora Pflugius de adjutore ſibi in epiſcopali munere, ac ſucceſſore conſtituendo.

(*f*) *& tum Reverendiſſimum D. T.* Tabul.

g gunt, me excruciant paene conjunctae mortes (*g*) ampliſſimorum

(*g*) Duorum concilii praeſidum, Goozagae & Seripandi, mortes, quae hoc ipſo menſe contigerant, ſignificantur. de utraque, quae a morbi ioitio reliqui praeſides ad card. Borromaeum deinceps ſcripſeriot, facturum me rem lectoribus gratam, ſi heic ſubjecero, arbitror. Seripandus igitur, Hoſius & Simoneta in litteris, die 25.febr. commuoiter datis, *Monſignore*, inquiuot, *illuſtriſſimo di Mantua da otto giorni in quà è moleſtato aſſai da catarro, & con tutto ciò per il deſiderio, che ha, di ſervir a ſua beatitudine, è intravenuto ſpeſſo a congregationi private, & alcuna volta a publiche. ma da hieri l'altro mattina in quà ſtà in letto con febre ſubintrante & fredda & calda, da non diſprezzare, & con dubio, ſecondo il medico, di mal di punta. onde hieri preſe un poco di manna; & queſta mattina l'hanno ſanguinato; & volemo ſperare, che Dio per ſua bontà, & per lo biſogno, che ne havemo, ce lo reſtituirà in ſanità. Non ſapemo, ſe per lo ſalaſſo potrà ſottoſcrivere la preſente con noi. ma, ſe non ſarà da ſua ſignoria ſottoſcritta, queſta ne ſarà ſtata la cagione.* Die 2. martii, *Di quel*, inquiuot, *che ho ſcritto a V.S. illuſtriſs. io Varmienſe, conferiremo fra noi, non havendolo potuto far prima, per un poco di febre, che mi preſe l'altro dì, &, ſe ſarà coſa, che paſſa portare ſervitio al negotio noſtro, ne faremo caſo; quando nò, laſciaremo andare... dandole nuova, come monſignor illuſtriſs. di Mantua ha del male aſſai, poichè la febre mai non la laſcia, & ogni dì ſi rinova; & ſi trova per la dieta debole, &, per la malignità del catarro, tutto doglioſo della perſona, & tutto ſtanco. ſperamo nondimeno nella bontà di Dio, che ce l'habbia da tornare in ſanità, per eſſer veramente la perſona ſua quì più che neceſſaria.* Denique die 3. martii *Monſignor*, inquiunt, *di Mantua finalmente ci ha laſciati, eſſendogliſi in capo di otto giorni ſcoperta quella febre ſua tanta maligna, che, non potendola più reggere, queſta notte alle quattro hore ſe n'è paſſato: non eſſendo poſſibile imaginarſi un tranſito più chriſtiano del ſuo, nel quale la bontà di Dio gli ha fatto gratia d'anima così riſaluto, così forte, & così conforme alla ſua divina volontà, che ben può eſſere & d'eſſempio & d'invidia a tutti noi. oltre che è ſtata ſempre fin' all'ultimo ſpirito con quell' iſteſſa cognitione & ſentimento, che haveva, quando era ſano. Come ſiamo rimaſi noi ſenza la compagnia di così grande, così virtuoſo, & così honorato perſonaggio, ch'era di tanto ſplendore a queſta noſtra legatione, V.S. illuſtriſs. da ſe ſteſſa ſe lo può imaginare, ſenza che noi vi ci habbiamo a diffonder ſopra. Per queſto corriero a poſta gliene havemo voluto dar avviſo, & condolercene non pur con lei, ma con la ſantità di noſtro ſignore, & col collegio tutto, & con la chieſa univerſale: eſſendo in vero la perdita, che ſi è fatta nella perſona ſua, di tale momento, & ſpetialmente in queſti travaglioſi tempi, in che ſiamo, che da tutti i gradi dovrà ſentirſi.* Inſequenti autem die, hoc eſt quarto martii, *Per le lettere*, inquiunt, *che haverà date a V.S. illuſtriſs. il corriero, che le ſpedimmo hieriſera, ella haverà inteſa la cagione, per la quale fu da noi principalmente ſpedito, & quel di più, che ci accorſe di ſignificatione. dall'hora in quà non è ſucceſſa coſa degna d'avviſo. nondimeno, perchè queſt' ordinario non venga ſenza qualche lettera noſtra, havemo fatte fare queſte poche righe, con le quali dopo haverle detto, che queſta mattina hanno inviato a Mantua il corpo del già noſtro illuſtriſs. collega, a V.S. illuſtriſs. baciamo le mani &c.* Die ejuſdem menſis nooo, aegrotante jam Seripando, ita ad eumdem Borromaeum reliqui duo concilii praeſides,

Hoſius

Digitized by Google

rum collegarum tuorum, omni virtutis genere ornatiſſimorum,

Hoſius & Simoneta ſcripſerunt: *V.S. illuſtriſſima ſappia, che ritornati che fummo hierſera dalla congregatione generale, alla quale intervenimmo tutti tre, ſua ſignoria illuſtriſs.* (il cardinal Secipando) *che ſi ſentiva prima un poco di catarro, fu aſſalita d'una buona febre, che tutt'hoggi & tutta notte l'ha accompagnata, & tuttavia l'accompagna, ſenza rimetterſi punto: & li venne in un ſubito un coſì fatto ſerramento di gola, battezzato da coſtoro per ſtrangoglione, che non poteva nè inghiottire coſa alcuna, nè iſpurgarſi. Li medici li traſſero queſta mattina da ſei in ſette oncie di ſangue; nè per ciò la febre è punto rallentata: onde hanno penſato di voler vedere, s'è poſſibile, che pigli queſta ſera una medicinetta di manna. Con queſto ſignore, ch'è aggravato d'anni, & è di compleſſione debole, biſogna andar molto deſtro, non eſſendo atto a portar rimedij gagliardi. però il caſo ſuo non è ſenza pericolo: quantunque per bontà di Dio ne vogliamo ſperare bene. Certo ci ha poſti tutti in molto faſtidio queſto ſuo mal repentino & violento, nè potemo ſtar ſenza ſpavento, vedendo la mano di Dio, quale la vedemo da un tempo in quà contra la povera chriſtianità.* Litteris inſequenti die datis, *Queſti medici*, inquiunt, *volſero hierſera dar a monſignor illuſtriſs. Serlpando un poco di caſſia, giudicandola più al propoſito ſuo d'ogn'altra medicina; ma, non potendola eſſo pigliare, li diedero poi la manna; la quale alle cinque hore cominciò ad operare & ha operato ſedeci volte: nè perciò la febre ſi è mai diminuita, ch'è quella coſa, che ci dà faſtidio. Vero è, che la virtù ſtà ſolda, & l'animo del cardinale è grande, & s'ajuta quanto può, & di fuora via ſi comincieno a moſtrare tumori nella gola, che danno inditio, che il male voglia uſcire: di modo che, ſe la febre ceſſaſſe, havereſſimo maggiore ſperanza della ſua ſalute. Egli, come prudente, ſi è confeſſato queſta mattina, & ha ordinato, & formato il ſuo teſtamento, con animo di communicarſi ancora toſto che poſſa, & in tutto rilaſciarſi nelle mani di Dio. Non potreſſimo dire a V.S. illuſtriſs. & reverendiſs. quanto ſpavento & mala contentezza dia queſto caſo a tutto il concilio, venendo così preſſo a quello di monſignor illuſtriſs. di Mantua, & in quanta perturbatione d'animo habbia poſta noi. Dio ſia quello, che ci ajuti.* Die undecimo, *Molto travaglio*, inquiunt, *ci ha dato queſto male di monſignor illuſtriſs. Serlpando dall'hora, che ſpedimmo hieri quel corriero a V. S. illuſtriſs. ſin'hoggi a dopo pranſo; perchè la notte è ſtata inquietiſſima, la febre gagliarda, & la virtù queſta mattina pareva, che cominciaſſe a renderſi alquanto: sì che con ragione ſi poteva non ſolo dubitare de'caſi ſuoi, ma quaſi diſperarne, o almeno ſperarne poco. ma hoggi i ſegni, che ſono ſtati manco mali, ci hanno ritornato in buona parte lo ſpirito, & dato un poco di ſperanza della ſua ſalute. quell'augumento di febre, che fra le quindeci & ſedeci hore haveva da venirli, non gli è venuto; & della gola ſi ſente aſſai ſpedito; & quei tumori di fuora via ſono ſpariti, & le orine hanno cominciato a chiarificarſi alquanto. laonde per tutte queſte coſe ſi può ſperare, che la bontà di Dio ce l'habbia da ritornare in ſanità. vero è, che dopo le ventidue hore la febre ha fatto il ſolito ſuo accreſcimento, & che di dentro ſi ſente calore grande. ma con tutto queſto riposa di buon pezzo, & la virtù ſi mantiene gagliardamente. Il veſcovo* (fort. *medico*. nam, nullum epiſcopum, *Paſquam* nomine, interfuiſſe concilio tridentino, legere me uſquam memini) *Paſqua, che ne ha un'amorevoliſſima & diligentiſſima cura, dice, che ſi vuol andare deſtro a dare ſperanza d'un vecchio. tuttavia egli confeſſa,*

Digitized by Google

praeſertim graviſſimo hoc eccleſiae tempore : cujus doloris acerbi-

ſa, da hora del deſinare in quà non eſſerſi perduto nulla; & che il non perdere in queſto caſo è guadagno. Noi adunque, ſperanda di meglio queſta notte, havemo deliberato di ſopraſe[illegible]*ere fino domattina ad iſpedire queſt'ordinario; per poter dare a V. S. illuſtriſs. un poco più di conſolatione.* Die duodecimo, *Siamo*, inquiunt, *a queſta mattina delli dodeci, & per gratia di Dio, che non ha ſprezzati i prieghi noſtri, monſignor illuſtriſs. Seripando ho havuta la notte aſſai quieta, havendo in due o tre pezzi dormito ben ſei hore. le orine ſi moſtrano meglio digeſte, & la febre è aſſai manco del ſolita, & la virtù così gagliarda, che, ſe bene ſopragiongeſſe qualche altra coſa, ſi tiene, che reſiſterebbe. Per queſto noi lo tenemo in ſicuro; che così piaccia a Dio. Ce ne rallegramo con V.S. illuſtriſs. & le baciamo le mani.* Die decimoquinto, *Pare*, inquiunt, *che ſia voler di Dio, che habbiamo ancora da reſtar privi di monſignor illuſtriſs. Seripando, il quale dopo quello, che di lui ſcrivemmo l'altro giorno, ci ha dato ſempre ſperanza fin'a hieri alle* XVIII. *hore: ma dall'hora in quà entrato nella ſettima è ito in modo peggiorando, che i medici non ne ſperano più, & penſano, che queſta notte debba paſſar a miglior vita. Egli ſi è queſta mattina communicato un'altra volta, & ha preſa l'eſtrema untione, & ſe ne ſtà aſpettando l'hora, che Dio lo chiami, con tanta quiete d'animo, ch'è quaſi incredibile a chi nol vede. Nella perſona ſua ſà la ſantità di noſtra ſignore una grandiſſima perdita, che così facilmente non ſe ne potrà reſtaurare; & ſiamo coſtretti a dolercene con eſſo lei graviſſimamente, & a raccommandarle con tutto l'animo queſta povera famiglia ſua; che hora reſtando ſenza patrone, il quale per haver poca, poco le ha potuto dare, & lontana tante & tante miglia da caſa ſua, ha biſogno di eſſer dalla corteſia di ſua beatitudine ſovvenuta.* Die decimoſexto, *Hier ſera*, inquiunt, *non laſciammo ſpedire l'ordinario, con animo di mandare queſta mattina un corriero; havendo opinione, che monſignor illuſtriſs. Seripando non doveſſe arrivare a giorno. ma, lodato ſia Dio, che ci è convenuto mutare propoſito, perciochè ſua ſignoria illuſtriſs. cominciò hier ſera a recuperare la virtù, & far ſentire il polſo più vigoroſo: che fece meravigliare i medici. queſta notte ha quietato poi di buoni pezzi, & ho havuta una evacuatione mirabile; dopo la quale non ſi vede, che la virtù ſia punto debilitata, & egli ſteſſo confeſſa di ſentirſi men grave del ſolito. per la qual coſa i medici, che non ponno laſciar in tutto la ſperanza, finchè nel corpo è ſpirito, non ardiſcono anco diſperare, havendo queſto per una di quelle coſe, che rariſſime volte s'intende eſſere accorſe.* Denique die decimoctavo, *Finalmente*, inquiunt, *è convenuto, che monſignor illuſtriſs. Seripando, noſtro honoratiſſimo collega, dopo l'haver un pezzo contraſtato col male, habbia ceduto, rendendo hier ſera nel finire del giorno l'anima ſua a Dio. Non potrebbe imaginarſi V. S. illuſtriſs. & reverendiſs. quanto queſto caſo, ſeguita così ſotto quello di monſignor illuſtriſs. di Mantua, ci habbia storditi, & quanta meſtitia habbia cauſata in queſto ſacro concilio. Noi, vedendoci di tanto numero di legati eſſer rimaſi così pochi, non ſappiamo quaſi metterci a far nulla. tuttavia, per non mancare del noſtro debito, pregaremo Dio, che c'illumini, & c'iſpiri a far ſempre il ſuo ſanto ſervitio.* Debebatur omnino haec a me tantorum virorum memoriae tam diligens morbi mortiſque commemoratio; quorum utrique legatio, rei catholicae, hoc eſt noſtra etiam poſterorum cauſa, ſuſcepta, vitam (quod de Ser. Sulpicii ad M. Antonium legatione olim Cicero *Philipp. IX.* c.5. dixit)

acerbitatem exagitat caedes illa ex inſidiis fortiſſimi & in primis pii principis, Guiſae ducis (*b*); ut, ſublatis his ſubſidiis, qui- *b*
bus noſtra cauſa fulciebatur, verſari videamur (*i*) in magno *i*
ruinae periculo: niſi Deus nos propterea orbat patrociniis hominum, ut omnem (*k*) auxilii ſpem in eo collocemus. quod ita *k*
ſperandum eſt, & ejus imploranda miſericordia. Te quidem oro

xit) abſtulerit. Tridentum die 16. april. an. 1561. a Pio IV. totius concilii praeſides ac moderatores miſſi venerant. incredibile dictu eſt, quantos & corporis labores & animi angores toto illo, quo ſuperfuerunt, ferme biennio, in maximorum negociorum curarumque concurſu, dum publicae cauſae deeſſe nolunt, ſubierint ac tolerarint. audiantur ipſi in binis litteris, ad card. Borromaeum hoc ipſo anno, hoc eſt non ita multis ante obitum diebus, datis. die jannarii decimoquarto, *Venne*, inquiunt, *il corriero hier mattina a giorno, ſpedito da voſtra illuſtriſſ. ſignoria ... & ſubito ci riducemmo inſieme ſenza indugio, per vedere quel, ch'era da fare ... Quello, che da poi ſi è trattato, & le occupationi & maneggi, che havemo havuti & da mattina & da ſera, & con eſſo Lorena, & con gli ambaſciatori ceſarei, & con molti prelati, ſono di maniera, che non è poſſibile a ſcriverli.... baſtandoci di dire queſto per adeſſo, che, ſe Dio per bontà ſua agiuta i principij, che ſi ſono fatti, noi faremo la ſeſſione ... che ſarà quello, che ſolo ci potrà far ſentire meno le intolerabili fatiche, che duramo.* Die autem februarii primo, *Le diligenze*, inquiunt, *& vigilie, le fatiche & gli ſtenti, che havemo fatto & patito da quindici giorni in quà & di giorno & di notte, & col corpo & colla mente, per accordare le coſe, & poter celebrar la ſeſſione, non ſi potrebbono, ſe non difficilmente & con faſtidio raccontare. &, ſe V.S. illuſtriſſ. foſſe quì preſente, & vedeſſe per quante vie ſi rivolgano i maneggi, & con quanta patientia a noi convenga non ſolo d'udire le diverſità delle opinioni, ma comportare in altri le paſſioni, in altri le imperfettioni, & in altri le oſtinationi, ſenza dubio le trovorebbe aſſai maggiori di quel, che noi con penna le poteſſimo eſprimere.* Prope gemina in aliquot conſequentibus epiſtolis ab iis ſcripta reperiebam: quae cum deinceps legerem, omnino id apud me ſtatuebam futurum, quod poſtea evénit, ut tantis laboribus ferendis, homines praeſertim infirmiſſima valetudine affectaque jam aetate, pares eſſe non poſſent, tandemque ſuccumberent. quod ubi factum cognovi, ſubiit illico ejuſdem Ciceronis illud de eodem Sulpicio ad ſenatum: *At ille maluit in ſummo reipublicae diſcrimine mori, quam minus, quam potuiſſet, videri reipublicae profuiſſe ... Vos, patres conſcripti (grave dictu eſt, ſed dicendum tamen), vos, inquam, Ser. Sulpicium vita privaſtis:* eamdemque objurgationem in catholicos omnes, quorum cauſa uterque illorum tantopere tam diuque in concilio tridentino laborarunt, quibuſque tam uberes laborum ſuorum fructus pepererunt, non injuria converti poſſe, exiſtimabam. fuit igitur grati hominis, qualem me eſſe vel in minoribus officiis meritisque profiteor, quorum viventium labores tam fuerunt omni catholico nomini fructuoſi, in eorum morte, ob eoſdem labores obita, commemoranda, paullo diutius ac diligentius immorari.

(*b*) Vide ſuperiorem epiſt. *Ea eſt calamitas.*

(*i*) *videar* Tabul.

(*k*) *omnium* exempl. Gratianus expunxit, & *omnis* ſubdidit. ego *Tabularii* lectionem praetuli.

Digitized by Google

l oro & obſecro, ut valetudini (*l*), ut ſaluti tuae conſulas. tua
m cautio, Dei eccleſiae cautio eſt (*m*) : nec video, quod ad homines attineat, in quo major ſpes reponenda ſit meliorum re-
n rum. Veniunt ad vos collegae duo (*n*), ſuffecti in demortuorum

(*l*) *valetudini tuae, ut ſaluti conſulas &c.* Tabul. Caeterum Hoſium quoque, Gonzaga collega aegrotante, morbo tentari coeptum, audivimus ſupra ex ipſo in litteris, ad card. Borromaeum die 1. martii datis: *Conferiremo*, inquit, *fra noi, non havendolo potuto far prima, per un poco di febre, che mi preſe l'altro dì*. Rurſuſque aliis, ejuſdem diei nocte datis, *Queſta ſera*, inquit, *dopo la congregatione generale il cardinal di Lorena è ſtato con noi, in caſa di me Varmienſe, che mi trovo alquanto indiſpoſto*.

(*m*) Ex oratione Ciceronis pro Marcello ad Caeſarem cap. 21. concinne translatum: *Tua enim cautio, noſtra cautio eſt*.

(*n*) Hoſius & Simoneta in ſuis ad Borromaeum litteris, die 15. hujus menſis datis, *Havemo*, inquit, *ricevute avant'hieri le lettere di V. S. illuſtriſs. di ſeete del preſente, & hoggi quelle di nove. Alle prime non havemo, che replicare, per eſſer ſemplice riſpoſte d'altre noſtre. ma alle ultime poſſiamo ben dire, ch'ella ci ha data una buoniſſima nuova, facendoci ſapere la elettione, che la ſantità di noſtro ſignore ha fatta di mandar quà per colleghi & ſignori noſtri gl'illuſtriſſimi & reverendiſs. Moroni & Navagiera: perchè, oltre l'obligo, che havemo di ſentire ſodisfattione di ſua ſantità, le rare qualità di quei ſignori ſono tali, che della compagnia loro havemo da tenerci ſempre honorati. ne baciamo il piede di ſua ſantità; & deſideramo, che vengano quanto prima, poichè pare, che ſia voler di Dio, che habbiamo da reſtare ancora privi di monſignor illuſtriſs. Seripondo, il quale . . . è ito di modo peggiorando, che i medici non ne ſperano più, & penſano che queſta notte debba paſſare a miglior vita*. Die 25. martii, *S'hebbero*, inquiunt, *hieri le lettere di V. S. illuſtriſs. & reverendiſs. ſcritte alli 17. & le trovammo in tutte le parti tali, che ci diedera materia di conſolarci aſſai in queſta noſtra ſolitudine (che coſì la chiamaremo per adeſſo), dicendoci per la prima coſa, che già i nuovi legati havevano havuta la croce, & dovevano partir due o trè giorni dopo, con propoſito di trovarſi quà per la ſettimana ſanta; che certa non potreſſimo più deſiderarli di quello facciamo*. Die primo aprilis, *La nuova*, inquiunt, *che V. S. illuſtriſs. & reverendiſs. ci ha data colle ſue di 24. del paſſato della partita degl'illuſtriſſimi legati ha rallegrato & noi & tutto queſto ſacro concilio: &, ſe monſignor illuſtriſs. Morone non haveſſe havuta d'andare a ritrovare ſua maeſtà ceſarea, penſavamo di ripigliare ben preſto le materie intralaſciate*. Moronus quando Tridentum pervenerit ex his litteris, ab eo, Hoſio, & Simoneta ad eumdem Borromaeum die aprilis undecimo datis, intelligimus: *Per queſta noſtra V. S. illuſtriſs. & reverendiſs. ſaperà, come lo cardinal Morone, che, per la brevità & qualità del tempo, hebbi prima opinione di non dover poter eſſere quà inanzi Paſqua, ho ſollicitato tanto nel viaggio, che con l'ajuto di Dio ci ſono gionto hier ſera, che fu il ſabato ſanto; & queſt a mattina ci ho cantata la meſſa a lode di ſua divina maeſtà. Io fui d'animo d'entrare privatamente in lettica ſenza incontro di niuno . . . . tuttavia eſſendo poi parſo altramente a queſti illuſtriſs. miei colleghi per alcune loro degne conſiderationi, mi deliberai di laſciarmi reggere, & di contentarmi di quel, ch'eſſi volevano, così feci hieri, ſiccome a loro piacque,*

rum locum, magni viri prudentia, literis & uſu rerum ampliſſimi. ſpero, eos magnis rebus adjumento futuros. Deus ſit nobis propitius. Vale. Roma. nono Kal. aprilis. M. D. LXIII.

placque, l'entrata alle ventidue hore con tutte le ceremonie ſolite & ordinarie, incantrato da loro illuſtriſſ. ſignorie, da manſignor illuſtriſſ. Madruzza, da tutti li prelati, che potero uſcire, & da tutti gli ambaſciatori, che ſi trovano quì, eccetto quel di Vinegia, che per indiſpoſitione ſe ne ſtette a caſa: & fu, per quel che ſi potè vedere, con ſodisfattione di tutti. Tridenti paucos dies commoratus, Oenipontum ad caeſarem cum Pii pontificis mandatis, quae Romae illi dederat, profectus eſt decimoſexto aprilis die, nec inde ante diem maji decimumſeptimum reverſus eſt. Navagerius autem quo die Tridentum venerit, hae ad card. Borromaeum ab ipſo, Hoſio, & Simoneta, die 29. aprilis datae litterae docent: *Quel di più, che ci occorre dire per queſta è, che lo cardinale Navagiero arrivai col nome di Dio in queſta città hierſera di notte: dove nel vero queſti miei illuſtriſſ. colleghi, per la loro bontà & corteſia, ſi erano moſtrati prontiſſimi a ricevermi con quell'honore, che pareva convenirſi al grado, che inſieme con loro tengo da ſua beatitudine. ma io per diverſi riſpetti giudicai, eſſer meglio di venirmene ſenza pompa, & entrare ſenza alcuna ſorte di ceremonie. & a queſto particolarmente m'induſſe la controverſia, ch'io ſapeva eſſer fra queſti ambaſciatori per conto della precedenza; non mi parendo bene, che per mia cagione s'haveſſe da mettere niuna ſorte di rumori in piedi. così me ne venni ſolo con la mia famiglia, ſenza compagnia di niuno, & entrai, ch'era più di mezz'hora di notte. hoggi poi ho havute tante viſite; che bene ho patuto conoſcere in quanta ſtima & riverenza ſia quì il nome di ſua ſantità &c.*

XXV.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

Commendoni negocium magnae ſibi eſſe curae. De novis legationis collegis. De Petronii reditu ex Germania. De Ticinii litteris.

3. apr. 1563.

COmmendoni epiſcopi (*a*) eſt ea dignitas, ut nullum ſit a
commodum, nullus honos, quem non ille ſuo jure poſtulare poſſit. hoc maxime illi, qui tenent (*b*), confitentur. ſed b
hanc confeſſionem non continuo reliqua conſecuntur (*c*). quid c
agas? ſic vivitur. ego virum illum non deſino commendare eis, a qui-

(*a*) Zacynthiorum. Vide epiſtolas *Mittit* d.6. dec. 1560. & *Grata* d.2. maji 1562.& *Quas mihi* d.30. jan.1563.

(*b*) *Tenere*, pro *dominari*, *rerum potiri*, *ſummae reip. praeeſſe*, & heic & alibi Pogianus uſurpavit; ſatiſne uſitate, alii definiant.

(*c*) Confitentur enim, nihil non illi deberi, neque ei tamen, quae poſtulat, tribuunt,

Digitized by Google

d a quibus illi ſcribis oſtentatam ſpem totius penſionis (*d*). ſed,
e neſcio quomodo, ſunt lentuli (*e*). ſi ſtimulis concitari poſſunt, adhibeo acerrimos. ſum enim is, qui Commendoni cauſa tantum cupiam, cupiam autem? immo vero debeam, ut in iis, quae ad ejus dignitatem vel utilitatem pertineant, ſi cuiquam conce-

(*d*) Quae penſio ſignificetur, non ſatis ſcio: ſed eſt quiddam, quod ſuſpicer. cardinalis Borromaeus in ſuis litteris, ad concilii praeſides die 24. nov. 1562. datis: *Il veſcovo Commendone*, inquit, *venirà anch'egli al concilio*, *&*, *per eſſer povero prelato*, *ſua ſantità ſi contenta*, *che lui anchora habbia la ſubventione ordinaria di 25. ſcudi al meſe*, *&* *cento ſcudi di donativo una volta ſola ne' primi giorni dell'arrivo ſuo*. Ex hac pecunia aliquid fortaſſe fiſci procuratores detraxerant, ſive quod Commendonus Venetiis, valetudini operam dans, poſt illas Borromaei litteras duos fere menſes ſubſtitiſſet, nec ad concilium, niſi a praeſidibus medio circiter januario hujus anni evocatus, acceſſiſſet; ſive quod ab eodem concilio, ejus legationis, de qua ſupra dictum eſt, ad caeſarem cauſa, abſuiſſet; ſive quod, confecta legatione, rurſus Venetias ad valetudinem, nondum ſatis confirmatam, curandam revertiſſet. vide Gratianum in *Vita cardinalis Commendoni* lib. II. cap. 4. & 5. Poteſt etiam fieri, ut aliquid ei ab aerario pontificio deberetur ob ſuperiorem decem & ſeptem menſium, per Germaniam, *quanta*, ut idem Gratianus ait, *a belgarum ultimis finibus britannicoque oceano ad Oderam flumen*, *atque ab Dania Cymbricaque & baltico mari ad rhetias alpes patet*, *omnibus latiſſimae gentis populis principibuſque aditis*, obitam legationem. Video denique, de pecunia neſcio qua exigenda Gratianum ad Commendonum februario menſe hujus anni Tridentum Oeniponto ſemel, iterum, ac tertio ſcripſiſſe. nam litteris, die decimoſexto datis, *Dimane*, inquit, *andarò dal conte Scipione d'Arco*, *ſecondo che ſua ſignoria mi diſſe*, *&* *menarò il rettore de' jeſuiti*, *acciò che biſognando mi nomini a pigliare li denari*. Die vero decimonono, *La coſa*, inquit, *de li denari non è ſpedita anchora*. *il conte d'Arco ha fatto l'offitio*; *&* *i queſtori gli hanno promeſſo pagare tutta la ſomma*. *eſſendo io andato a trovarli per nome del conte*, *acciò che ſottoſcriveſſero la poliza*, *mi riſpoſero*, *che non accadeva poliza*, *perchè volevano pagare al ſignor Gaſparo tutta la ſomma*; *la quale ſi doveva pagare hieri*: *ma l'hanno prolungata a dimane*. *il ſignor Gaſparo dice*, *che la coſa è paſſata tanto inanzi*, *che pagaranno ad ogni modo*. *vederemo dimane*. *s'io conoſcerò*, *che vogliano tirarci di giorno in giorno*, *tornarò a parlarne al conte*; *il quale ama tanto V. S. che*, *ſe biſognerà*, *farà offitio con la maeſtà ceſarea*. *io ſpero*, *che non partirò di quà ſenza li denari*. Denique die viceſimoprimo, *Io*, inquit, *ſe ho dimane li denari*, *partirò il primo giorno di quareſima* (qui futurus erat viceſimuſquartus ejuſdem februarii menſis). Sive oenipontanam hanc, ſive tridentinam aut romanam illam pecuniam ſignificatam eſſe a Truchſeſio, ſuſpicor.

(*e*) Cicero ad Atticum lib. X. epiſt. XI. (al. 13.) *An exiſtimas*, inquit, *illum in iſto genere lentulum*, *aut reſtrictum*? *nemo eſt minus*. Dixit autem *lentulum* diminutive pro *lentum*. quamquam in antiquo mediceo-laurentianae bibliothecae codice, qui pluteo XLIX. adſervatur, numero 23. extra notatus, non *lentulum*, ſed *lentum*, eo Ciceronis loco ſcriptum animadverti; quam eamdem ſcripturam Lambinus in pariſina Ciceronis operum an. 1566. editione retinuit.

concedam, diſcedam ab officio. Collegas (*f*) jam habebitis; etſi alterum (*g*), opinor, & certe habetis. reliqua ſunt in ſpe. Petronius (*h*) farciet, & ſilentium profectionis compenſabit rediens ex Germania, multiplici illa eloquentia, unde non dubito, quin magnum argumentum afferat jucundiſſimae orationis. A Ticinio tibi ſcriptum nunc eſſe puto quid mihi ſit opus (*i*); quem(*k*) ſi rogem (*l*), faciam injuriam ſummae tuae humanitati, meaeque erga te obſervantiae. Vale. Roma. III. non. aprilis. M. D. LXIII.

(*f*) Joannem Moronum & Bernardum Navagerium cardinales, pontificios concilii legatos, in Gonzagae & Seripandi demortuorum locum ſuffectos, ſignificat.

(*g*) De utro dicat, neſcio. hoc ſcio, Moronum die hujus menſis decimo, Navagerium vero non niſi viceſimooctavo Tridentum perveniſſe. Vide epiſt. *Vergeril* d. 14. mart. 1563.

(*h*) De hoc Petronio nihil novi, niſi id, quod ipſe Truchſeſius litteris, ad Hoſium die 13. nov. 1563. Bolzano Tridentum datis, de eo prodidit: *Cum proximis*, inquit, *diebus Petronius, domeſticus noſter, ad nos rediiſſet, reddidit is nobis literas reverendiſſ. & illuſtriſſ. dominationis veſtrae, ac ſimul expoſuit, qua conditione ab eadem a peccato ſuo fuerit abſolutus, quam etiam humaniter tractatur.*

(*i*) Vide epiſt. *Commendonum* d. 6. mart. 1563.

(*k*) Scilicet te, Hoſi.

(*l*) *rogerem* exempl. Gratianus emendavit.

XXVI.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Gherardo Grosbechio (*a*) Epiſcopo Leodienſi deſignato.

Gratulatoria.

9. apr. 1563.

INchoata (*b*) olim a me gratulatio jam abſolvenda eſt. audio enim, te, qui adjutor eras muneris iſtius ampliſſimi epiſcopo (*c*) & principi, eſſe etiam deſignatum ab ornatiſſimo collegio honoris ſucceſſorem. gaudeo incredibiliter, tibique & ecclesiae

(*a*) *Grusbechio* exempl. Emendavi. nam in omnibus Truchſeſii ad eum vel de eo litteris, quae multae in hoc volumine occurrunt, ſemper *Grosbechium*, numquam *Grusbechium*, appellatum hunc Gherardum animadverti.

(*b*) Inchoaverat gratulationem ſuam Truchſeſius tum, cum ad Grosbechium, leodienſis collegii decanum, epiſtolam illam dedit, quam ad ſuperioris anni diem 30. maji retulimus: *Heri*, inquit, *cum ad me veniſſet Vonchius noſter, mihique dixiſſet, te ab epiſcopo leodienſium & a collegio tuo iſtius epiſcopatus adjutorem eſſe factum, ea ſum laetitia affectus, quam meus in te amor eximius poſtulabat .... Quare, ut debeo, vehementer laetor, tibique gratulor de iſto munere, quo gerendo & obeundo non dubito, quin te omnibus vel maximis dignum honoribus praebeas.*

(*c*) Roberto a Berges. De eo vide epiſt. *Ut excellens* d. 19. maji 1560.

cleſiae gratulor : quanquam ſatis erat alteri gratulari ; cum in
d alterutro ſit tota laetitiae cauſa . ſi (*d*) ipſa eccleſia , id eſt , ſi munus ipſum, cui praees , loqui poſſit , diceret profecto , *Mibi contigit epiſcopus* , *quem requirebam* . ſed dicet , aut adeo dicit eccleſia . omnes enim , qui in tua ſunt poteſtate , habent ex animi ſui ſententia communem & dominum & parentem , atque
e f adeo effigiem ejus , qui ab apoſtolo (*e*) deſcribitur . eſt (*f*) & natura talis , & optimam naturam doctrina expolivit . deſiderabamus modo campum , in quo tua egregia virtus & induſtria poſſet excurrere . tibi nunc eſt datus ampliſſimus . quare ſpectabimus ſumma cum voluptate curſum praeclarae induſtriae tuae, tibi glorioſum , iſti eccleſiae ſalutarem . quanquam ego ſpe prae-
g cipio aliud ornamentum (*g*) tuae laudis ; cujus cogitatione jam nunc maxima laetitia afficior . utinam , tali reip. tempore , omnibus civitatibus ii praeficiantur epiſcopi , qualem te confidunt fore , qui bona animi & ingenii tui eximia ſpectata habent & cognita . non enim erit periculum , ne , aut infirmitate aut negligentia aut perfidia cuſtodum , Chriſti domini grex diripiatur . ego in hoc laetiſſimo nuncio de epiſcopalis honoris tui acceſſione , qui majorem inde ceperit voluptatem , concedo nemini ; in iis , qui tua cauſa volunt , mihi appeto principatum . haec quia tibi non ignota eſſe ſpero , non ero longior . tantum precabor Deum , te ut eccleſiae ſuae ſalvum & incolumem ſervet . Roma . III. non. aprilis . M. D. LXIII.

XXVII.

(*d*) Totum hoc *ſi ipſa eccleſia, id eſt,* mihi videtur redundare , & eſſe hoc loco plane ineptum , atque adeo abſurdum . quis enim epiſcopale munus vocavit umquam *eccleſiam* ? ſed fac , ita vocari potuiſſe . quomodo is , qui negaſſet , eccleſiam loqui poſſe , illa continuo ſcribere potuiſſet *ſed dicet , atque adeo dicit eccleſia* ? Ego igitur , quinque illas voces , neſcio unde huc invectas , expungendas , & hanc eſſe reliquarum ſententiam, exiſtimo : „ Si epiſcopale , quo fungeris , munus loqui poſſet , hoc profecto diceret , *Mibi talis epiſcopus contigit* , *qualem requirebam* . ſed , quod dicere munus epiſcopale non poteſt , id dicet , atque adeo dicit , eccleſia (hoc eſt , eorum , quibus epiſcopus praees , coetus) , ſibique , qualem requirebat , epiſcopum contigiſſe, affirmabit . omnes enim &c. „

(*e*) S. Paullo , in epiſtola I. ad Timotheum cap. 5. & in epiſt. ad Titum cap. item 5.

(*f*) Malim *es* , aut *eſt tibi* . neque tamen huic loco non aliquid mendoſi ſubeſſe , puto .

(*g*) Cardinalatum videtur ſignificare.

XXVII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Card. Lotharingo.

Concionem in funere Franciſci, Guiſae ducis, habuiſſe Pogianum, eamque ſe conſolationis loco mittere. 5. apr. 1563.

PArentalibus (*a*) fratris tui, praeſtantiſſimi ducis, concionem habuit Julius Pogianus, familiaris meus. nihil auditum eſt noſtra memoria eo in genere tanto vel ſtudio vel dolore omnium: quod datum eſt ſingularibus virtutibus illius herois, qui item eſt in ore & in amore omnium. ac nemo eſt, quin eam poſtulet orationem. ſed, quoniam ſine commentariis, & exiguo tempore a Julio res confecta eſt, adduci non poteſt, ut eam cuiquam legendam dare velit. cupit enim tractare eandem cauſam uberius ac diligentius, cognitis omnibus ſummi illius imperatoris rebus geſtis & actionibus, & hanc concionem aliquando, conjunctam cum laudatione Marcelli (*b*) pontificis max. edere in lucem (*c*). et ſane difficilis ea cauſae tractatio, non ſolum propter ignorationem ſuperioris temporis rerum aliquot, ab duce geſtarum (cum neminem habuerit (*d*), a quo doceretur), & anguſtias temporis, ſed etiam propter periculum offenſionis. etſi enim omnia divini illius viri facinora glorioſa ſunt, tamen ſunt quaedam, quae non ſunt honorifica aliis, qui-

 buſcum

(*a*) De Franciſci, Guiſae ducis, morte ſatis multa diximus ad epiſt. *Ea eſt calamitas* d. 20. mart. 1563. Huic praeſtantiſſimo catholici exercitus in Gallia imperatori, haereticorum inſidiis ac proditione exſtincto, Pii IV. pont. max. juſſu juſta ſoluta fuerunt in ſacello pontificio die ſuperioris menſis viceſimonono, frequenti cardinalium & omnium ordinum celebritate, eumque Pogianus ea oratione, de qua heic agit Truchſeſius (quamque nos infra, praemiſſis ipſius Pogiani ad eumdem card. Carolum Lotharingum litteris, daturi ſumus) eo ipſo die locoque laudavit.

(*b*) Habuerat quoque in funere Marcelli II. orationem Pogianus, eam ipſam, quae in primo hujus operis volumine ad menſ.maj.an.1555.reperitur.

(*c*) Neſcio, an umquam cogitata illa ſua Pogianus perfecerit. Marcelli quidem laudationis exemplum vidi in romana auguſtinianorum ſodalium bibliotheca (quam *Angelicam* ab Angelo Rocca, ejus auctore, dicunt), anno 1592. hoc eſt viceſimoquarto poſt Pogiani mortem, *Romae per Aſcanium & Hieronymum Donangelos*, vulgatum. Guiſii autem laudationem nunc primum opera noſtra prodire in lucem, exiſtimo. eam reperi in quodam ms. Gratiani volumine, in quod ille cum ſua quaedam, tum aliorum multa conjecerat. ſed dolendum eſt, eam valde mendoſe aliquot locis a librario fuiſſe deſcriptam. nos vero, qualis ad nos pervenit, talem cum eruditis communicabimus; qui alienorum ſcriptorum non ambitioſi correctores, ſed diligentes editores haberi volumus.

(*d*) Pogianus ſcilicet.

buſcum illi negotium fuit. quare, vel flagitantibus orationem
e cunctis, comprimendam Julius cenſet, ſumma (e), ut ſperat,
tua voluntate, dum commodius & re & tempore proferri poſ-
ſit. is enim inquit, ſe caeleſti illi imperatori non poſſe hanc
injuriam facere, ut ampliſſima ejus facta paucis verbis, nec ac-
curatis, recenſeat, quae nullius oratio poſſit exaequare. verum
tibi, ipſo libentiſſimo, concionem, quaecunque eſt, mittere vo-
lui, ut, ad quem ſummus mortis dolor pervénit, is hoc par-
vum quidem, ſed tamen aliquod mortis ſolatium habeat. agno-
ſces in hoc meam in te perpetuam obſervantiam, & charita-
tem in illum egregium ducem; cujus audita morte (vere lo-
quor) vim lacrymarum profudi: Julii autem, familiaris mei,
mihique chariſſimi hominis, animum & pietatem in te & in
tuos acceptam habebis; cui incolumitatem & felicitatem pre-
f cor. Roma. III. non. aprilis. M. D. LXIII. (f)

(e) *a ſumma* exempl. Gratianus (f) 1562. cod. vat. Mendoſe. emendavit.

XXVIII.

Julius Pogianus Carolo Lotharingo Cardinali.

Mittit orationem a ſe proxime habitam, ejuſque tenuitatem excuſat.

INtelligo, laudationem Franciſci Lotharingi, fratris tui, divini ducis, divinitus tractari debuiſſe. cui facultati ingenium meum fuit impedimento, tempori multa adverſata ſunt. itaque, cum inſtarent romana ejus parentalia, res erat in illud adducta diſcrimen, ut vel ei ſine laudatione juſta ſolverentur, vel is, cui illa daretur concio, in breviſſimae commentationis curriculum cogeretur, idque eo praeſcripto, ut tantum illud attingeret, quod cauſae proprium eſſet, id eſt, ut cogitaret, quamobrem gallo duci Romae parentaretur. grave & lubricum imperium! perdifficilis dicendi ratio! quare nihil propius fuit, quam ut exequiarum munus laudatorem non haberet. ſed extiti ego, ne id officium omnino deſideraretur, qui & religione adductus & quorundam cardinalium auctoritate commotus (in quibus is princeps fuit, apud quem ſum, cardinalis auguſtanus), deſcendi in cauſam, & ingenii tarditatem ſtudii alacritate compenſandam putavi. dixi itaque ſine commentariis, ut potui, non etiam ut volui & ut debui. quoniam vero cardinalis augusta-

guſtanus, patronus meus, pro ſua in te obſervantia, eam concionem a te primum legi voluit, etſi ego commentarios expectabam, quo illam ſcriberem uberius, tamen, quia rem differri videbam, pro mea in te pietate, aliquot additis & refectis locis, ut prius illud exemplum tolleretur, eam orationem tibi mittendam curavi: nec ſum veritus judicium tuum, quo, ut religione ac ſapientia, omnibus antecellis; immovero ſperavi, te, pro tua ſingulari benignitate, propenſam hanc animi mei voluntatem gratam & acceptam habiturum, potiuſque, quam vobis praeſtiterim tali tempore officii pietatem, quam quid rei dignitas poſtularet, ſpectaturum. ego vero tibi, omnibus animi & ingenii bonis inſtructiſſimo, familiaeque veſtrae, nobilitate ac praeſtanti excellentia virtutum omnis memoriae facile principi, ſtudium & operam meam nunc quidem in re lugubri, ſed tamen pie navatam, in perpetuum profiteor ac defero. Deum quidem precor, ut iis, qui vos colunt & obſervant, quod ego officium concedo nemini, poſthac liceat potius ſecundas res veſtras ornare, quam deplorare adverſas: quod, & ejus bonitate, & veſtra pietate fretus, futurum confido. Vale.

Julii Pogiani Oratio

Habita quarto Kal. aprilis an. 1563. quo die juſſu Pii IV. pont. max. Romae in ſacello pontificio, frequenti cardinalium & omnium ordinum celebritate, juſta ſoluta ſunt Franciſco Lotharingo, Guiſae Duci, Caroli IX. regis Galliae, exercitus imperatori.

QUod veteri memoria ſemper in tanta difficultate verſatum eſt munus laudandi eos, qui periculoſum ſibi, reip. utilem ac ſalutarem vitae curſum glorioſo exitu confeciſſent, ut a romanis literis laudatio paene deſideretur, graeci homines, qui in eo genere ſatisfecerint, pauci numerentur, id mihi officium eſt difficillimum, qui, quantum facultate cedo eruditorum temporum ingeniis, tantum impoſiti oneris pondere deprimor. mihi enim funebris concio habenda eſt de fortiſſimo atque optimo duce, qui totum tempus ſuae aetatis, belli victoriis laudibuſque traductum, inſigni mortis gloria cumulavit. nam, cum is antea ſemper pro rege ſuo de imperii amplitudine dimicaſſet, datum eſt ei aliquando illud adminiſtrandum bellum, quo in bello regis majeſtatem, regni incolumitatem,

tem, Chriſti juſſa ac ſcita defendens, ſumma cum hoſtium infamia victor exceſſit e vita. haec illi divinitus adjuncta felicitas, qua mihi militares ejus omnes anteactae vitae labores ſingulari quodam Dei beneficio conſecrati videntur, niſi me quoque in eam ſpem adduceret, fore, ut recepti officii onere laborantem ſublevaret, caderem animo, meque initio dicendi vox viresque deficerent. ſed cum illa ſpe recreor, tum ampliſſimi conſeſſus veſtri frequentia ac benignitate ſuſtentor; quos, ſi, quod pro temporis anguſtiis paene mihi neceſſe eſt, ad excellentem ejus virtutem imperatoris, cujus vitae laus divino mortis dono ad immortalitatem eſt commendatior, parum apte congruenterque dixero, veniam infirmitati meae daturos eſſe, confido, eamque humanitatem, quam ſummi ducis memoriae, juſtis ejus ornatiſſima celebritate cohoneſtandis, impertiviſtis, mihi etiam illius cauſa tributuros. Verum impedior ſingulari hujus dignitate imperatoris, ne, ſumma vetuſtiſſimi Lotharingorum generis exponenda nobilitate, quibus parentibus, majoribuſque, jam inde a Gotifredo Bojonio, generoſi ſanguinis principe & auctore, is ortus profectuſque ſit, commemorare ſtudeam. nam, etſi, maximis & Hieroſolymorum Siciliaeque regibus & ducibus illa familia floruit, perpetuaque virorum, belli & pacis artibus excellentium, copia redundavit, ut naturali ſtirpis bono domeſticiſque exemplis & inſtitutis adjutus ſit Guiſae dux, & ad eas, quibus praeſtitit, laudes excitatus, tamen ex illa virtute praeſtantis viri, variis Galliae caſibus teſtata & illuſtri, & ex ea maxime, qua de impiorum hoſtium manibus proxime eſt erepta, victoria, quaeque victoriam eſt conſecuta mors, is ſplendor exiſtit, qui non modo aliorum claritatem obruere, ſed ejus poſteritati lucere, & antiquam etiam familiae amplitudinem illuſtrare poſſe videatur. itaque Gotifredos, Balduinos, Renatos alioſque permultos, omnibus ſaeculis admirandos viros, caeleſtique gloria circumfluentes, omitto: quorum divina facinora, egregios honores, caeteraque immortalium praemia & ornamenta meritorum, propriis literarum commendata monumentis, ad hujus ſocietatem gloriae non adjungam, ne, cujus laudes oratione mea ſolas celebrare non poſſum, illo adhibito comitatu obſcurare & imminuere videar. praetereo etiam res illo duce, Henrico rege, geſtas, quibus etſi, cum in magno ruinae periculo verſaretur, rex & ſtetit & vicit, & fines regni propagavit, tamen, quia, pro variis hominum ſtudiis atque judiciis, extenuari interdum ſecuſque interpretari ſolent, eas relinquam. erunt enim, qui, majore & otio & ingenio, Mediomatrices, Segu-

Seguſianos, Romanduos, Divoduros, memorabiles illos Caletios, munitas, ejus incredibili conſilio ac virtute defenſas, receptas & expugnatas urbes, pedeſtres equeſtreſque pugnas atque victorias ſuſcipient, illiſque memoriae prodendis ſimul nomen ſuum immortalitati commendabunt. quantam facultatem praebebit ad ornatum altitudo alpium, oppleta nivibus, ab eo cum magno exercitu, ſumma hyeme, ſuperata! quantam magnifica & ſalutaris illa cauſa profectionis! quantam nobiles copiae, in tam longinquas tamque diverſas terras ductae incolumes, difficillimis itineribus ac temporibus, infeſtiſſimiſque regionibus! quantam denique dicendi copiam ſuppeditabit, in omnium rerum anguſtiis, ab eodem prudenter fortiterque geſtum imperium! quae materies plenior aut uberior illius & adventu in Italiam, & in Galliam reditu! quorum alter praeſidio pontifici max. alter gallorum regi, magnopere laboranti, non ſolum ſaluti, ſed etiam amplitudini fuit. in illo campo, unde ipſe & viribus excludor & tempore, multorum exultabit oratio. ego ad propiora veniam, quae pleno omnium ore laudata, ſuperiora etiam ornarunt ejus facta atque conſilia, Galliae regem regnumque praeſenti pernicie, rempublicam imminenti peſte liberarunt. Venerat igitur Gallia in ſummum religionis ſalutiſque diſcrimen; cujus cauſas calamitatis mihi tacite lugendas potius, quam cum cujuſquam offenſione commemorandas putavi. ſed in eo ſtatu erat, ut, cui illa omnium gentium conſenſu laus antea concedebatur, ut, quantum regius honos inter omnes excellit, tantum ejus reges caeteris regibus, galli omnibus fidei laude praeſtarent, haec, magnam partem abjecto Dei cultu, mutato veteris nomine pietatis, non jam domicilia religionis, non ſacra, non ſigna haberet chriſtiani officii & inſtituti, ſeque ipſa miſerandum in modum in ſuis ſedibus quaerere videretur. eſt omnino licentiae mater impietas. nam, ut ſemel ejicitur moderatrix illa cupiditatum, & officii magiſtra pietas adverſus Deum, juſtitia ac temperantia removentur, tollitur omne diſcrimen; quo ſublato, ſequitur ea vitae confuſio, ut, quocunque imperioſa animi domina libido hominem impulerit, eo praecipiti furore rapiatur. ſanctum eſt apud omnes, quicunque in regum poteſtate ſunt, regium nomen: verum gallis hominibus, quod optime noſtis, ea fuit ingenerata charitas regum ſuorum, ut praeclare cum illis poſteriſque eorum actum exiſtimarent, quibus vitam pro regis dignitate aut utilitate ponere contigiſſet. optabile id erat & decorum omnibus, ſed iis honeſtius ac jucundius, qui nobili genere nati eſſent, illis vero beatitudinis

inſtar,

Digitized by Google

inſtar, qui cognatione regem attingerent. hic, ut dixi, mos
Galliae fuit; quem ſi illi retinuiſſent, quorum maxime praeſidio
ſepta ac munita eſſe debuit regum puerilis aetas, in ſumma pa-
ce provinciae, maximis honoribus, illuſtrique omnium gratia &
amore fruerentur. ſed, cum a Deo deſciviſſent, ne illius qui-
dem rationem habendam putaverunt, quem, ſecundum Deum,
in primis colere debebant: qui uſque eo a majorum pietate de-
generarunt, ut ab illis ipſis, quibus utuntur, ſatellitibus nati
eſſe videantur. conducto enim ex omni colluvione impietatis
immaniſſimo exercitu, antiquiſſimam parentem, florentiſſimam
provinciam in eas difficultates compulerunt, ut, quae egenti-
bus & laborantibus opitulari conſueviſſet, oppreſſa ab impiis fi-
liis ad omnium auxilia confugere coacta ſit. quod niſi Franci-
ſcus, Guiſae dux, Deo, regi ac reipublicae natus, & in illa
cura laudeque verſatus, in magna inopia bonorum recteque
ſentientium ducum, ſe ſui majorumque ſimillimum praeſtitiſ-
ſet, ſana, vel ſalva potius, nulla eſſet Galliae pars, Valeſiae fa-
a miliae regem hodie provincia (*a*) non haberet. obverſabantur
eodem tempore fortiſſimi viri animo Henrici regis & Religio-
b nis ſpecies. commendabat ille (*b*), in tanta proximorum atque
ingratorum hominum perfidia & importunitate, parvulum fi-
c lium (*c*) ei duci, cujus in rebus gerendis opera & fide uſus eſ-
d ſet eximia. alterius (*d*) longe graviſſima erat auctoritas, quae,
praeter communem officii neceſſitatem, admonebat eum genti-
lium regum, qui, flagranti ſtudio pietatis adducti, antiquiſſimam
illam in vita curam habuiſſent recipiendi Hieroſolymam, & ſa-
lutarem chriſtiano generi terram a nefaria impiarum gentium
poſſeſſione expiandi. occurrebant ei in eadem cogitatione duo
Lotharingi fratres, Gonzelii, ſummi olim imperatoris, filii,
alter Gotifredus, egregius in Italia dux, de romana eccleſia
omnium, qui unquam, optime meritus, Fridericus alter, idem-
que Stephanus pontifex max. ejus nominis nonus, quem excel-
lens praeſtantia religionis ac prudentiae, per omnes ſacerdotii
gradus ad ipſum pontificatum maximum admirabiliter extuliſ-
ſet. illa chriſtianae reipublicae lumina, fratres ejus, ampliſſimi
viri, erant in oculis; quibus excitatus, aliiſque clariſſimis ſuo-
rum

(*a*) *provinciae* exempl. Manifeſtas hujuſmodi mendas ſic emendabo, ut mendoſas tamen exemplaris lectiones prodam. *Provincia* autem pro *Gallia* Pogianus dixit; ut paullo ſupra *in ſumma pace provinciae*, & *florentiſſimam provinciam*.

(*b*) *illi* exempl. Sed *ille* ſcripſiſſe Pogianum, nemo non videt, ipſumque *ille* ad Henricum II. cui egregiam in re militari operam Guiſius navaverat, eſſe referendum.

(*c*) Carolus IX. Henrici II. filius ſignificatur. (*d*) Hoc eſt, Religionis,

ſum exemplis, ne ſui quidem potuit oblivíſci, ut, quo tempore chriſtianae pietatis, regis, & Galliae ſtatus perduellium machinis armiſque eſſet infeſtior, meminiſſet obſidum, quos tam multos pontificibus maximis, ſuis regibus, ac reipublicae dediſſet. quare, ſuſcepta Dei cauſa, peſtiferis hominum conſiliis cum ſaepe admirabili vigilantia prudentiaque occurriſſet, illos uno certamine de omni ſpe praelii deturbavit, eo die, quo cum ſapientiſſimo ac fortiſſimo duce Anna Momorantio pari imperio, ſed majore felicitate, commemorabili divinaque virtute ad Duram fluvium, in Carnutum finibus, fuſo fugatoque inſtructiſſimo ad confligendum exercitu, furentem ſacrilegae manus impetum repreſſit ſic, ut, quorum excurſionibus, propter paucitatem copiarum agro prohibiti, clauſique oppidis pii fuiſſent, eos, in aurelianenſe praeſidium compulſos, ibidem obſeſſos & conſtrictos teneret. o divinam caedis opportunitatem! in veſtigiis Druidum impietatis, in media Galliae regione mactati ſunt, qui nullam Galliae partem a rapinis, a ſacrilegiis, a teterrima crudelitate vacuam reliquerant: & execrandis religionis hoſtibus is fuit exitio, qui vetuſtam gallicae religionis laudem integram inviolatamque ſervavit. ceciderunt eo die decem millia nefariorum carnificum: quorum ſtrage non ſolum ipſa, quae perpeſſa fuerat inauditam immanitatem, Gallia incredibiliter laetata eſt, ſed tota reſpublica ex maximo timore periculoque recreata. in hac acerbitate ſuppliciorum, quibus laceratam diſtraxerat piorum vitam impia manus, quanquam invita verſatur oratio mea, quod video, rem ab omni humanitate, nedum a pietate audientium, abhorrere, tamen, quem afferet dolorem recordatio eorum, qui pertulerunt intolerabiles cruciatus, tantiſper levet memoria cladis illorum, qui adhibuerunt: ex quorum genere crudelitatis, quae ſit Hugonoviorum religio, facilius intelligemus. quid ergo eſt? properans percurram miſeros horribileſque caſus; &, quam habet rerum atrocitas offenſionem, quoad potero brevitate & verborum commoditate moderabor. umbilici tenus vivos homines defoderunt, in quos certatim collinearent tormentorum globos: multos utrinque pendentes in arbore reliquerunt, illis ſuſpenſos membris, in quibus eſt ſummus pudor, & doloris ſenſus acerrimus: aliis in inteſtina liquatum nefando igne plumbum infuderunt: exſectis aliis, avulſas partes canibus objecerunt: óblitos adipe quoſdam ad ignem in machina verſaverunt: aliis eviſceratis, proximum quenque veſci illorum extis, eodem propoſito ſupplicio, coëgerunt. omitto, quos praecipitaverunt ex altiſſimis turribus; quibus cu-

tem viventibus detraxerunt. taceo, in quos, religatos in cervorum tergis, valentiſſimos canes immiſerunt. non dico fidiculas, candentes laminas, lapidationes, exuſtiones, cruces, & ejuſmodi ſexcenta, nota fortaſſe genere, ſed feritate inaudita. illud dico, poſt ſalutarem Jeſu Chriſti legem acceptam, hanc
e unam eſſe inventam haereſim, de qua conſtitui vix poſſe (e), utrum faceret ſcelerate magis in homines, an de Deo magis impie loqueretur. quare illa victoria, quam, poſtremo piorum agmine profligato, capto magiſtro equitum, fortiſſimo & clariſſimo quoque vel occiſo vel graviter ſaucio, multorum inertia in reliqua acie coarguente infidelitatem, divinitus peperit Lotharingus imperator, id eſt aſſecutus, quod ad hominis gloriam & ad beatitudinis dignitatem fuit ampliſſimum. quominus autem omnem deleret immanitatem, prohibuit Deus, ut ſupereſſent de conſceleratis copiis, per quos ulciſceretur eos, qui ſuis ſceleribus praetenderent pietatis nomen, & eo progrederentur impii, quo hominum facinora pervenire poſſent. brevi igitur futurum erat, ut nefariae reliquiae, in unum concluſae locum, deditione vel expugnatione caperentur, niſi quidam in optimo duce violando inexpiabilem fraudem, ſuae ignaviae
f ac timiditatis (f) indicem, illius invictae virtutis teſtem, concepiſſent. nam, pecunia tentato, ad extremumque corrupto militis animo, quem, propter non vulgarem bellicae induſtriae ſpeciem, imperator liberaliter adhibebat, inſidias ejus vitae com-
g parant. romanus imperator (g), in illo priſcae religionis errore, perfugam medicum, pollicentem, ſe Pyrrhum, romanis bellum inferentem, veneno necaturum, regi dedendum curavit. novi chriſtianae pietatis duces imperatoris affinis vitam magnis praemiis proponunt, addicunt, proditores ſubornant, & inſti-
h tuunt. *Sola*, inquit ſanctiſſimus vir (h), *Gallia monſtra non habuit:*

(e) Non auſim erroris condemnare. ſed profecto malim *poſſet* aut *poſſit*.

(f) *tumiditatis* exempl.

(g) Rem Cicero narrat lib. III. *de offic.* cap. 86. his verbis: *Cum rex Pyrrhus populo rom. bellum ultro intuliſſet, cumque de imperio certamen eſſet cum rege generoſo ac potente, perfuga ab eo venit in caſtra Fabricii, eique eſt pollicitus, ſi praemium ſibi propoſuiſſet, ſe, ut clam veniſſet, ſic clam in Pyrrhi caſtra rediturum, & eum veneno necaturum. hunc Fabricius reducendum curavit ad Pyrrhum: idque factum ejus a ſenatu laudatum eſt.*

(h) S. Hieronymus libellum ſuum contra Vigilantium ſic exorditur: *Multa in orbe monſtra generata ſunt. centauros & ſirenas, ululas & onocrotalos in Eſaia legimus. Job Leviathan & Behemot myſtico ſermone deſcribit. Cerberum & Stymphalidas, aprumque erymanthium, & leonem nemoeum, chymaeram atque hydram multorum capitum narrant fabulae poëtarum. Cacum deſcribit Virgilius, triformem Geryonem*

buit : illo fortaſſe tempore ; ſed hoc portentum , quo recens omnis prodigiorum ubertas foeditate & crudelitate ſuperatur , notabitur ad memoriam poſteritatis, & inauditi ſceleris auctoribus , generi , nominique eorum aeternas infamiae notas inuret . magna eſt conſcientiae vis ; magna fuit ſummi atque humaniſſimi viri auctoritas : qua commotus inſidiator ſcelus recognoſcit, mutat ſententiam , conductionem renunciat . quod gladiatoris natura non tulit , non perſuaſit pecunia , Bezae religio probavit . is autem eſt Beza (*i*) , homo ignotiſſimus genere , ſed venditio-

ryonem Hiſpaniae prodiderunt . Sola Gallia monſtra non habuit , ſed viris ſemper fortiſſimis & eloquentiſſimis abundavit . Exortus eſt ſubito Vigilantius , ſeu verius Dormitantius , qui immundo ſpiritu pugnet contra Chriſti ſpiritum , & martyrum neget ſupulchra veneranda : domnandas dicit eſſe vigilias ; nunquam , niſi in Paſcha alleluja cantandum ; continentiam , haereſim , pudicitiam , libidinis ſeminarium &c. Quibus omnibus hoc confici Hieronymus voluit , Galliam , quae antea monſtra non habuerat , habuiſſe tum denique in Vigilantio ſuum , & quidem valde inſigne , monſtrum . cogitavit igitur Pogianus de Hieronymi modo verbis illis *Sola Gallia monſtra non habuit* , nec , quid ſequeretur , ſatis attendit . non enim illud continuo intuliſſet *illo fortaſſe tempore* : quaſi Hieronymus affirmaſſet , ne ſuo quidem tempose Galliam ullum monſtrum habuiſſe .

(*i*) Theodori hujus Bezae tamquam pictam imaginem habes in Hoſii epiſtola 123. ad Sigiſmundum Auguſtum , Poloniae regem , die 13. maji an. 1571. Roma data : *Ut autem* , inquit , *ſciat majeſtas veſtra qui vir ſit iſte Beza , ſcribitur a viris fide dignis , quod omnem vitam ſuam in luſtris & ganeis , & in omni libidinis genere traduxit . Ac indicat hoc epigrammatum liber per eum editus , in quo Catullos , Tibullos & Martiales laſcivia petulantiaque ſua , ſi non ſuperare , faltem aequare videtur . Qui cum in conventu poſtaco tam diſtare Chriſti corpus ab eucbariſtia , quam caelum a terra publice dixiſſet , lepide e ſoldalibus ejus quidam , Quomodo credat , inquit , eſſe corpus Chriſti in aucbariſtia , qui vix Deum in caelo eſſe credis ? Hic eſt ille Beza , qui ducem illum fortiſſimum Guiſium , praelia domini praeliantem in Galliis , cum alia ratione vinci non poſſe videret , ſubmiſſo ſicario non magis nomine , quam reipſa Poltrono , per ſummum ſcelus proditorie confodiendum curavit . nec ſatis habuit hoc tam atrox facinus patraſſe , verum etiam edito libello parricidium hoc defendere , laudare , titnloque pietatis ornare veritus non eſt ; quin & inſidiatoris illius tam horrendum flagitium cum facto Moyſis , qui aegyptium , & Davidis , qui Goliath interfecit , comparare : & , cum , quod meruerat , ſupplicium de ſcelerato ſicario ſumptum fuiſſet , Poltronum* (itecum heic Hoſius *Poltronum* dicit , qui *Poltrotus* fuit) *inter martyres referre non dubitavit . Poteſtne vel cogitari ſcelus aliquod atrocius ? At ille minime contentus fuis tam immane factum parricidae laudaſſe , verum alios etiam ad imitandum illud ejus exemplo accendit ; ac fas eſſe docuit , fallere fidem , heris inſidiari , & eos quoquo modo tollere , juxta illud , Dolus an virtus quis in hoſte requirat ? Sed quid ego plura ſcribam de Beza hoc , quo nihil unquam terra produxit ſceleſtius ? Hic enim eſt fax incendiorum omnium , fonſque caputque malorum omnium , quibus florentiſſimum quondam Galliae re-*

ne ſacerdotii, vitaeque turpitudine, nunc etiam, qua beſtias vicit, feritate nobilis; qui, condemnatus in Gallia nefariorum facinorum, unum habuit perfugium caſtra illa praeclara: ubi tantum brevi profecit, ut eo omnes in theologia magiſtro, & interprete religionis utantur. itane vero? haec tua eſt diſciplina, doctor euangelicae veritatis? ſic Chriſtus te, ſic Paulus edocuit? quomodo tu tuos inſtituis diſcipulos? qui te cunque non audierit, novi euangelii myſteria proferentem, continuo eum ferro, veneno, tormentis tolli jubebis? dimitte jam circum omnes reipublicae partes, theologe archipirata, latrones & ſicarios tuos, qui iſtius doctrinae, vel carnificinae potius, mortifera ſemina diſpergant. Vitarat Guiſae dux militares externaſque hoſtium inſidias providentia ſemper ac virtute ſingulari. domeſticae & inteſtinae, niſi innocentia & liberalitate, quibus ille excelluit, propulſentur, quibus armis hominum vita tecta aut tuta eſſe poterit? ego vero te minime compellabo, qui, uno maleficio ſcelera omnia complexus, ſatis idoneum tanti facinoris nec vocabulo nec ſupplicio locum reliquiſti; ne cujus patria (*k*) re-
k cordationem, propter horribilis monſtri novitatem, bonorum aures & animi ferre non poſſunt, deteſtabilis tui nominis (*l*)
l commemoratione gravius offendantur. ergo, a mancipio parricida, veneuato illo tormento, Bezae oratione comparato, Galliae conſervatori ex inſidiis mortiferum vulnus infligitur. o plagam regi puero luctuoſam, funeſtam pio exercitui, acerbam bonis omnibus! veruntamen illi, cui fuit impoſita, ſalutarem, Lotharingae familiae glorioſam! eſt enim ereptus is, ne videret in eodem ſinu pacis una ſepultam religionem, & regiam di-
m gnitatem (*m*), & ita ereptus, quomodo optimus quiſque e vita migra-

gnum tot jam annos eſt afflictum: qui propterea miſit huc (fort. *iſthuc*) *ſynagoniſtas* (fort. *ſynagogiſtas*) *ſuos, ut eundem efficerent hujus* (fort. *iſtius*) *quoque regni majeſtatis veſtrae ſtatum, & in eaſdem illud calamitates adducerent.*

(*k*) Mendum manifeſtum: ſed ejus certa emendatio mihi quidem non manifeſta. quid ſi *patriae* legamus?

(*l*) Nomen illi Joanni Poltroto fuit. Vide & de eo & de reliquis, ad hanc Franciſci Guiſii caedem pertinentibus, epiſtolam *Ea eſt* d. 20. mart. 1563. Parsciores in hujus orationis enarrationibuſumus, quod ea, quae lumen aliquod requirerent, ſatis iis, quae alibi, nec ita multo ante, a nobis dicta ſunt, illuſtrantur.

(*m*) Haec mihi ſententia indigna Pogiani ingenio ac doctrina prorſus videtur; ut omnino corruptum hunc locum, eique aliquid verborum detractum librarii negligentia exiſtimem. nam certe de tanto imperatore, cujus vita religionis ac regiae dignitatis incolumitas nitebatur, dicendum non fuit, ereptum eum fuiſſe, ne religionem & regiam dignitatem in ſinu pacis ſepultam videret: quaſi, ſi diutius vixiſſet, tantam illam calamitatem viſurus, ac non potius ſua virtute prohibiturus fuiſſet.

migrare concupiſcit; quod (*n*) quibus contingit, id maximo Dei beneficio conſecuntur: nihil enim eſt, ne in caeleſtium quidem hominum vita, ea mortis opportunitate praeſtantius. ad martyrum numerum eo die unus acceſſit; Machabaeis, quorum laudis aemulus fuerat, comes adjunctus eſt. etſi, illi quod egerunt in orbis terrae angulo, in una gente, in adumbratis rebus, ut pro patriis legibus inſtitutiſque fortiſſime pugnarent ac morerentur, id Guiſae dux in ampliſſima provincia, pro omnium incolumitate gentium, quae Dei eccleſia continentur, in ſumma veritatis luce perfecit. quam eo die, in illo ducis aſpectu, cui allata, religionis cauſa, mors dux eſſet in caelum, laetitiam occurſationemque fuiſſe credimus Irenaei, Hilarii, Martini, ſanctiſſimorum antiſtitum, & aliorum, qui Galliae regnum Jeſu Chriſto, partim doctrina vitaeque exemplis, partim laboribus ac ſuo ſanguine pepererunt? eam, quae caeleſtibus, quae Galliae patronis praeſidibuſque digna eſt. quanquam in illo gaudio ac ſtudio praecipuas eorum partes fuiſſe arbitror, qui ſacroſanctis olim Chriſti incunabulis, & mortis ſepulchrique monumentis (quorum, re turpiter amiſſa, ſplendidiſſimo nomine gloriamur), incredibili virtute recuperatis, relictam poſteris inſignem religionis laudem, ab hoc ſui generis ac ſeminis heroë pugnandi & moriendi gloria renovatam atque illuſtratam viderunt. cum illo igitur actum optime eſt, cui proditorum immanitas felicitati fuit; ſed tecum peſſime, Gallia, cui vere illud eſt vulnus inflictum, quo nullum gravius accipere potuiſti. quod ſi ob grave aliquod delictum ea calamitate Deus a te poenas expetivit, utinam iſta jactura perfuncta ſis, tibique poſthac grata potius benevolentia conſervatoris tui memoriam uſurpare liceat, quam neceſſe ſit ereptum praeſtantiſſimi ducis praeſidium deſiderare. qui cum ſibi mortem inſtare ſentiret, pie ſancteque adhibito ſacro caeleſtis itineris viatico & inſtrumento, eam habuit orationem, qua ſuam in regem charitatem, perpetua ſuperiore vita nobilitatam, poſtremo etiam vitae munere teſtatam reliquit. nam Caroli regis parentem (*o*) monuit & oravit, ut filii vitam omni cura cuſtodiaque defenderet; nullum eſſe praeterea diſſimulationi locum; patére tot manifeſtis inſidiarum indiciis, ſimulatione religionis peti regium ſanguinem, regnumque tentari; ſe quidem teſtari illum Deum, ad quem jam ſe aditurum ſperaret, nullam illius belli adminiſtrationem revocaſſe ad ſuam ſuorumve potentiam, ſed totam ad Dei gloriam, regis

(*n*) Id eſt, ut e vita pro religione pugnantes migrent. hoc autem *quod* aberat ab exemplari: ego neceſſario addendum putavi. (*o*) Catharinam Mediciam.

Digitized by Google

regis dignitatem, regni ſalutem retuliſſe; quare liberos ſuos eorum fidei commendare, a quibus potiſſimum calamitatem ſuis periculis, dimicationibus, morte denique redemiſſet. tum vero uxorem ſuam, praeſtantiſſimam faeminam, vehementer hortatus eſt, ut, memor ſuae nobilitatis & domeſticae diſciplinae, ſe in reliquum tempus caſtam & integram ſervaret: nihil facturam, quod aut Deo acceptius, aut ad ſuam communiumque liberorum exiſtimationem honeſtius eſſe poſſet. filio denique natu maximo, ſed admodum adoleſcenti, quatuor haec officii praecepta dedit, ut ad Dei juſſa cogitationes omnes & actiones dirigeret ſuas; ſtudium & obſervantiam in regem haberet proximam; reipublicae utilitati & incolumitati conſuleret; paternorum inimicorum injurias, quas ipſe Deo donaſſet, ejus voluntati remitteret: quibus monitis ſi obtemperaret, & eum patre majoribuſque dignum, & ipſi propitium futurum Deum. o ducem! o heroëm! cujus vel morientis oratio, ad propinquos habita, omnibus auctoritatem colendae virtutis praeſcribere videtur; ut quodammodo utiliter etiam reipublicae deceſſerit, qui ſalutariter vixerat. ſed, jam deficiente ſpiritu, reſervans extremum ſenſum ad memoriam ſuae pietatis, quod poſtularat, ſalutare Jeſu Chriſti crucis monimentum amplexus & oſculatus, *Fides, inquit, qua te ſemper colui, Deus, labores mei, pugnae, victoriae, mors denique tuae ſunt dona benignitatis: mihi, quod a me in officio chriſtiani hominis prætermiſſum aut commiſſum eſt, ut ignoſcas, ſupplex imploro; tuaque in me beneficia caeleſtis vitae munere cumulare velis*. In his verbis efflavit animam flos imperatorum, & gallici nominis ornamentum, dignus, qui non ab imparato homine ſubita paene oratione, ut a me nunc, ſed qui ab inſtructiſſimo viro quotannis in chriſtianae reipublicae principum conventu accurata concione laudetur. verum deſiderium partium mearum compenſet hic parentalium honos, quem tibi, fortiſſime, nunc etiam ſanctiſſime, dux, Pius IIII. pontifex maximus pro tuis quidem divinis & immortalibus meritis, ſed tamen ſingulari exemplo, haberi voluit, tuique memoriam funeris ab ampliſſimo patrum collegio ſummoque chriſtianae eccleſiae conſilio celebrari. quod enim graviſſimo reipublicae tempore chriſtianae pietatis cauſam ſuſcepiſti, vaſtitatem templorum, vexationem ſacrorum, hominum rerumque direptionem impendentem depuliſti, & illatam vindicaſti; quod conſceleratiſſimas copias, incendium, quod in omnem Galliam excitarant, cruore regiae civitatis regioque ſanguine reſtinguere molientes, oppreſſiſti; quod unus imperator

tor pii exercitus invictus fuiſti; quod ad extremum vitam pro
religione profudiſti, jure tibi Pius pontifex, religionis & univerſae
eccleſiae princeps & parens, in hac urbe atque arce religionis,
aliquando etiam conſtantiae tuae beneficio conſervata (*p*), reddit hoc praeclariſſimae mortis decus & ornamentum. p
erit id nobiliſſimo generi tuo glorioſum, quod fratres tuos,
clariſſimos viros, & eos maxime, qui ſanctiſſimae hujus ſedis
honoribus ampliſſimis ornati ſunt (*q*), atque adeo illum (*r*), q r
quem hujus memoriae ſapientia, doctrina & eloquentia principem admiramur, ad ejus auctoritatem, quam praeclare tuetur,
libentius defendendam excitare debebit; & filios tuos ad exemplum patriae virtutis ac pietatis inflammare; & omnibus alacritatem afferre benemerendi de pontificibus maximis, qui
omnium egregia facinora & in rempublicam merita ad ſuum
referendae gratiae officium pertinere exiſtiment. Dixi de imperatore pii exercitus, pro ingenio & tempore, quae potui,
pro loco & munere multa (*ſ*) praetereunda duxi: nec dubito, ſ
fore in ampliſſima provincia (*t*), viris eloquentibus affluenti, t
qui, quemadmodum initio dixi (*u*), in praeſtantiſſimo ſuae u
gentis duce ſuis literis decorando laudem quaerant & officii &
ingenii. quam vero partem in ejus vita & laudibus maximam
atque pulcherrimam ad munus dicendi meum pertinere ſum
arbitratus, eam mihi communem eſſe intelligo cum omnibus
hominibus, de religione recte ſentientibus; ut, cujus imperio,
prudentia, animi magnitudine omnes reipublicae partes incolumitatem & ſalutem retinent, eum pro cauſa (*x*) & in cauſa x
reli-

(*p*) Oratorie hoc atque ex laudantium conſuetudine magis, quam ex veritate, dictum eſt. nihil enim, aut certe parum, ad urbis, a Ferdinando, Albae duce, ac Caroli V. & Philippi II. exercitus imperatore, paene obſeſſae ac captae, *conſervationem* Franciſci hujus adventum illum in Italiam, qui heic ſignificatur, quique Paullo IV. pontifice maximo, anno 1557. contigit, attuliſſe, omnes ſciunt, qui illius temporis hiſtoriam non neſciunt. Vide, inter caeteros hiſtoricos, Antonium Mariam Gratianum *de caſibus virorum illuſtrium* in *Franciſco* hoc *Lotharingo, Guiſiae duce*.

(*q*) Carolum & Aloyſium S.R.E. cardinales ſignificat. (*r*) Carolum intellige.

(*ſ*) *multo* exempl. Emendavi. ſed aliud fortaſſe gravius vulnus huic loco inflictum a librario eſt, verborum aliquid omittendo.

(*t*) De Gallia dici, manifeſtum eſt.

(*u*) Non video, aliud eum initio dixiſſe, niſi illa: *Erunt enim, qui majore & otio & ingenio... pedeſtres equeſtreſque pugnas atque victorias ſuſcipient, illiſque memoriae prodendis ſimul nomen ſuum immortalitati commendabunt... In illo campo, unde ipſe & viribus excludor & tempore, multorum exultabit oratio*. Quae quidem de gallis, Guiſii laudatoribus, proprie dicta non ſunt.

(*x*) *Religionis cauſa*, & *in cauſa*, aut *pro religione mori*, valde latine dicitur. at, *pro religionis cauſa mori*, aeque latine dicatur, neſcio.

religionis mortuum, grato laudationis honore proſequi debeant. quare, quod a me praetermiſſum aut relictum eſt, explebunt alii, concionumque multitudine & gravitate cumulabunt; ſi tamen ullus eſt mortalium honos orationis, qui illuſtribus diviniſque factis nobiliſſimi imperatoris, & pro republica obitae morti reſpondere poſſe videatur.

XXIX.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus N. N. (a)

7. apr. t. 1563.

Ut incommodam valetudinem aequo ac forti animo ferat, & aliquid pecuniae dilingano collegio fundando legare velit, hortatur.

CUM accepiſſem, te quodam valetudinis genere tentari, etiamſi intelligerem, abeſſe a periculo, tamen coactus ſum veteri & ſumma mea in te benevolentia aliquid ad te literarum dare, quibus hortarer te, quod etiam ſine meis literis facere arbitror, ut bono & forti, id eſt chriſtiano, animo eſſes, exiſtimareſque, quicquid id eſt moleſtiae, quo affectus es, magnum eſſe ſignum Dei in te benignitatis. ſunt enim, quod tu minime ignoras, incommoda, calamitates, morbi, atque adeo omnes adverſae res admonitiones quaedam officii noſtri, quibus cum urgeri incipimus, debemus intelligere, praecipue diligi nos a Deo, proptereaque praemoneri, ut de nobis aliquando ac de animi ſtatu cogitemus. quam curam & cogitationem ſi pie ac diligenter ſuſcipimus, ſaepe a deſperatione ad certam ſpem, a morte ad vitam revocamur. iſtam corporis vexationem, quaecunque eſt, te in optimam partem accipere, mihi ipſe perſuadeo: id enim poſtulat anteacta vita, virtus ac prudentia tua. quamobrem confido, te monitis Dei, qui te viſit, & tecum habitat in

(a) Recenſui hanc epiſtolam inter litteras hujus anni, qui nullus in ea notatur, idque eo feci, quod de dilingani collegii commodis in ea agi animadverterim, de quibus hoc demum anno cogitare Truchſeſium ac laborare coepiſſe, ex aliis epiſtolis, quas ſupra ad diem martii ſextum recenſuimus, apparet. Qui vero eam ad Robertum a Berges, leodienſium epiſcopum, datam exiſtimaret, is conjecturam valde probabilem ſequeretur. conſtat enim, Robertum per haec ferme tempora adeo mala valetudine uſum, ut epiſcopatu ſe abdicare ſponte voluerit. verum in eum tamen illa minime convenire videntur: *quod mecum interdum locutus es*. non enim, aut ubi, aut quando cum eo Truchſeſius congredi ac colloqui potuerit, facile poſſumus reperire. & ſunt alii praeterea in hac epiſtola loci, qui non ad Robertum, ſed ad alium quemdam eam eſſe miſſam, non obſcure ſignificant.

in iſta moleſtia, jam obtemperaſſe, & quod mecum interdum locutus es, ex iis bonis, quorum tibi tantam copiam divina bonitas eſt elargita, aliquid legaſſe Chriſti tironibus, id eſt collegio dilingenſi (*b*). quod quia vel jam feciſſe te, vel ſtatim facturum, mihi polliceor, gratulor tibi de ſalute tua, cujus redimendae iſta vel ſola vel certe maxima ratio eſt. noli committere, ut a te Deus diſcedat inanis, qui te, qui animum, qui domum tuam tantis facultatibus inſtruxit. ſepone tibi aliquod viaticum ad illud caeleſte iter, & bene merere de Chriſti imaginibus, de iis, quos, tanquam obſides ſuae erga nos charitatis, nobis reliquit. ſed expecto jucundiſſimum literarum nuncium, te officio tuo ſatisfeciſſe, ac Dei poſtulationi aliquid conceſſiſſe. quamobrem ſpero, fore (*c*) ut *vivens* (*d*) *vivens ipſe confitearis* domino, qui *deducit* (*e*) *ad inferos & reducit*, qui *caſtigans* (*f*) *caſtigat*, *& morti non tradit* eos, qui moniti de ſua ſalute reſipiſcunt, & caeleſtibus ſuaſionibus obediunt. quod de te & ſpero & opto, &, ut (*g*) tibi contingat, ſummis precibus a Deo precor. Vale. Roma. VII. idus aprilis.

(*b*) Vide epiſt. *Etſi mihi* d.6. mart. 1563. & ſequentes.

(*c*) Vocula *fore* aberat ab exempl. Addidi ex cod. vat.

(*d*) Iſaj. 38. 19.

(*e*) 1. Reg. 2. 6.

(*f*) Pſalm. 117. 18.

(*g*) Omitt. exempl. Addidi ex cod. vat.

X X X.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

De germanicis nunciis gratias agit: tum alia quaedam ſignificat. 17. apr. 1563.

GErmanici nuncii mihi jucundiſſimi fuerunt: de quibus tibi ago gratias, qui tuam mihi locis omnibus tribuis humaniſſimam diligentiam. Vergerium (*a*), turpiſſimum obtrectatorem, omittamus, cujus etiam nominis impuritate literas contaminari arbitror. De libello (*b*) tantum id ego volebam, quod fieri poteſt. ſed omnis de illo actio ejus profectione ſublata eſt. Collegae (*c*), rebus omnibus ornatiſſimi, quod ſperamus, iſtic

 jam

(*a*) Vide ep. *Quas mihi* d.30. jan. 1563.

(*b*) *bello* exempl. & cod. vat. Gratianus emendavit: rectene, non poſſum dicere, qui de qua re heic a Truchſeſio agatur, prorſus ignoro.

(*c*) Joannes Moronus, & Bernardus Navagerius. Vide epiſt. *Vergerii* d. 24. mart. 1563.

jam praeſentes praeſtabunt . Plura cum per noſtrum Petronium (*d*) ex literis tuis accepero , & ipſe plura ſcribam , cujus optatis omnibus Deum reſpondere , cupio , & , ut ita ſit , vehementer eum precor . Roma . xv. Kal. maji . M. D. LXIII.

(*d*) Exſpectabatur Romam Tridento hic Petronius : de quo vide epiſt. *Commendoni* d. 3. apr. 1563. & epiſt. *Habebimus* d. 15. maji 1563.

X X X I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Laevino Torrentio .

20. apr. 1563. *Leodienſium epiſcopi conſilium epiſcopatus ſucceſſorem ſibi deligendi laudat , ſuamque operam ad adjuvandum negocium profitetur .*

EGO vero epiſcopum & principem veſtrum (*a*) collaudavi ſemper , quod mihi viſus eſt utriuſque (*b*) illius graviſſimi officii munus explere . qua in re illi a me tributam (*c*) laudem minorem etiam ejus dignitate , cognovi . ſed , cujus meritis antea commendatione mea non ſatisfeci , eo miuus me poſſe nunc eâdem ratione perſolvere ſperarim , quo iſtud ejus conſilium , eâdem virtute ac prudentia captum , qua ſuperioris ipſius vitae rationes & actiones nituntur , plus fortaſſe , quam illa , admirationis habet . agnoſco omnia , quae de principe tuo non minus vere ac prudenter , quam grate & pie commemoras . ſed tamen hoc factum , propter paucitatem exemplorum , neſcio quomodo mihi etiam videtur eximium ; propterea quod recte admiuiſtrare magnas & res & civitates ſummi quidem viri eſt ; verum abdicare ſe imperio , plus etiam , quam viri , eſt , & ejus , qui , cum magis de aliorum , quam de ſua , laboret utilitate , divinus potius , quam humanus eſſe videatur . quem igitur cum laude geſſit epiſcopatum , cum gloria depoſuit : quam etiam gloriam auget ejus viri dignitas , quem delegit ſucceſſorem (*d*) , in quo illius animi & ingenii relucentem imaginem videmus . ego adjuvabo rem omni ope & opera mea : quod mihi faciendum intelligo & communi officii neceſſitate , & neceſſaria quadam ac praecipua voluntate mea erga clariſſimum principem , & eum , quem deſignavit epiſcopum , & te ipſum , qui apud

(*a*) Ad eum data eſt , quae proxime ſequitur , epiſtola .

(*b*) Epiſcopatus ſcilicet & principatus .

(*c*) *tribuam* exempl. Gratianus emendavit .

(*d*) Gherardnm Grosbechium.

apud me, pro tua egregia virtute & in me ſtudio, tantum potes, quantum qui maxime. ſed omnia conſequemur, vel potius jam conſecuti ſumus, libentiſſimo pontifice max. rem in primis ſuſcipiente Galeſio Regardio (*e*), qui, quod poteſt (poteſt autem quod vult), totum contulit in hanc cauſam, in qua etiam Vonchii (*f*) opera ac diligentia fuit eximia. Vale, &, ut facis, me ama. Roma. XII. Kal. maji. M. D. LXIII.

(*e*) De hoc fuerunt illa in Truchſeſii ad Lotharingiae ducem litteris, die 3. maji 1561. datis: *Galeſio Regardio, claro homini, pontificis max. domeſtico, familiari, &c., ob ſummam fidem & honorificam operam, quam illi praebuit multos jam annos, eidem chariſſimo, dedit ipſe pontifex proxime vacuum beneficium monaſterii S. Petri Montis, metenſis dioeceſis.*

(*f*) Joannes Vonchius erat leodienſium epiſcopi Romae procurator. Vide epiſt. *Intelligo* d. 2. aug. 1561. & epiſt. *Adventus* d. 9. ſept. 1561. & epiſt. *Salvum* d. 17. jan. 1562.

XXXII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Roberto a Berges Epiſcopo Leodienſi. (*a*)

De abdicato epiſcopatu gratulatur.

20. apr. 1563.

PRaeclara clauſula, qua ſingularem adminiſtrationis tuae laudem ornare voluiſti, eſt omni ſuperiore vita & actione tua digniſſima. quod factum, ut reliqua (*b*) tua omnia, eſt in ore & in amore omnium & generum & ordinum. vidimus prudentiam ac pietatem tuam, tanquam inſigne quoddam lumen, in ſummis reip. ſed maxime iſtarum partium (*c*) tenebris, elucere. qua re factum eſt, ut in tanta communium temporum caligine ii, quibus praefuiſti, populi in clariſſima luce verſarentur: qui nunc ſplendor ut etiam poſteris luceat, idem effeciſti. quam mentem tibi a Deo datam intelligo, tanquam ſpecimen quoddam caeleſtis beatitudinis, ut vigiliam iſtam, in qua tua fuit opera praeſtantiſſima, vivens illi (*d*) traderes, qui iſtis hominibus praeclaram animi tui imaginem repraeſentaret. hac nulla major levatio eſſe poteſt, opinor, incommodae tuae valetudinis: ſed ad animi certe fructum nihil tibi jucundius potuit con-

(*a*) De eo vide epiſt. *Ut excellens* d. 19. maji 1560.

(*b*) *reliqua omnia ſunt in ore* &c. exempl. Emendavi ex ingenio corruptum certe locum. Mendi notam contra proxime ſequentes verſus in margine exemplaris Gratianus adſcripſit: in quibus nihil mendoſi mihi videre videor.

(*c*) Belgii, finitimarumque provinciarum; ubi haereſes tenebris omnia complerant.

(*d*) Gherardo Grosbechio; ad quem eſt epiſtola, quae proxime ſequitur, data.

e contingere. quare & tibi, & epiſcopo deſignato (*e*), & eccleſiae gratulor. operam autem & ſtudium meum, & communi officio & privatis omnibus juſtiſſimiſque cauſis tibi debitum, hic nulla in re deſiderabunt tui procuratores. & quidem omnia ſuccedent ex ſententia, & pontificis benignitate, & ſtudio & gra-
f tia Galeſii Regardii (*f*), ſingularis viri, & Vonchii noſtri prudentia ac diligentia. ego a te petam, ut ſemper in omnibus, quae ad te tuoſque pertinebunt, me, tanquam altero te, utaris tuo arbitratu. erit id mihi gratiſſimum. Vale. Roma. XII. Kal. maji. M. D. LXIII.

(*e*) Eidem nimirum Gherardo Groſbechio.

(*f*) Et de Regardio, & de Vonchio vide ſuperiorem epiſtolam.

X X X I I I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Gherardo Grosbechio Epiſcopo Leodienſi deſignato.

20. apr. 1563.

Gratulatoria.

Fecit mirificus meus in te amor, ab eximia tua virtute & in me benevolentia profectus, ut, quam ex neſcio quo rumore de tuo epiſcopali honore praeceperam laetitiam, nondum
a etiam perſpecta re, tibi per literas (*a*) declararem. haec etſi ſumma erat, tamen viſae etiam ſunt tuae literae ad animi mei voluptatem neſcio quid novi gaudii afferre, praeſertim cum ea in re, apud Pium pontificem adjuvanda, requiras ſtudium & operam meam; quae cum tam ſuppliciter expetas, agnoſco pudorem illum ſingularem tuum, quo reliquae tuae laudes egregiae maxime exornantur. petis enim precario, quod a me omnibus de cauſis tibi debitum tuo jure potes exigere. ſed, quo id poſtulas verecundius, eo intelligo mihi meas partes ſuſcipiendas eſſe diligentius. ac rei quidem & actio & confectio facillima eſt, auctore & adjutore prudenti in primis & optimo viro Galeſio Regardio; cujus, in cauſa & commendanda & agenda, officium fuit & ſtudium ſingulare. eſt efficax, eſt acerrimus, tuique amantiſſimus. ſed noſti & haec & caetera. Vonchii noſtri & laetitia & induſtria & diligentia, quam fuerit,
b major eſſe non poteſt. conſenſionem iſtam & principis (*b*) & colle-

(*a*) Eas ſupra recenſuimus ad diem hujus ipſius menſis tertium; quarum initium eſt *Inchoata olim*.

(*b*) Robertum a Berges, leodienſium & epiſcopum & principem, ſignificat.

collegii (*c*) veſtri in tuo honore, indicem tuae dignitatis, & tibi & illis iterum gratulor; neque dubito, quin difficillimis reip. temporibus tua virtus futura ſit illuſtrior. Vale. Romae. XII. Kal. maji. M. D. LXIII. *c*

(*c*) Quod *collegium* Pogianus, vulgus *Canonicorum capitulum* dicit. penes collegium autem leodienſe eligendi epiſcopi poteſtas fuit.

XXXIV.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

De litteris ad Poloniae regem datis gratias agit. De prorogata ſeſſionis die. De hiſpani oratoris Tridentum adventu. De Commendoni & Bardii negociis. 24. apr. 1563.

AGO tibi gratias de commendatione literarum, quas ad Poloniae regem mea cauſa (*a*) dediſti. rei exitum qualemcunque feremus, ut decet. neque enim ita pendeo ab illa ſpe, ut, ſi ſecus ceciderit, nulla me res poſſit revocare ad animi aequitatem. illud quidem doleo vehementer, conflictari regem gravi bello, & in ea moleſtia verſari. Intervallum proximae actionis (*b*) tridentinae etſi dat ſermonem multis, minuitque

(*a*) Hoſium Truchſeſius rogaverat, ut ad Sigiſmundum Auguſtum, Poloniae regem, litteras daret, quibus aliquod pecuniae ſubſidium ad dilinganum ſocietatis Jeſu fundandum collegium conferret. Vide epiſt. *Commendonum* d. 6. mart. 1563. & epiſt. *Commendoni* d. 3. apr. 1563.

(*b*) De hac proximae actionis, ſive ſeſſionis, prorogatione audiendi ſunt concilii duo legati, qui ſoli tum praeerant, Hoſius videlicet ac Simoneta, in litteris ad card. Borromaeum die 22. apr. datis: *Monſignor illuſtriſs. di Lorena ritornò da Venetia, & havendo noi deliberato in compagnia di monſignor illuſtriſs. Morone, prima che partiſſe per la corte ceſarea* (profectus autem eo fuerat die hujus menſis decimoſexto, & die viceſimoprimo pervenerat; cui *caeſarea majeſtas*, ut Caniſii verbis utar in litteris ad Hoſium Oeniponto eo ipſo die datis, *cum equis obviam ſe praebuit, honoris ergo*), *di prorogare la ſeſſione & metteria alli 3. di giugno; ch' è la prima quinta feria dopo la pentecoſte, come tempo conveniente, & per noſtro giuditio ſufficiente, facemmo dare parte di queſta noſtra deliberatione a tutti gli ambaſciatori, che ſono quì, per mezzo di diverſe perſone, & al cardinal Madruzzo, & a Lorena, che in quel giorno arrivava, per mezzo del veſcovo di Viterbo: eſſendoſi ſtata da tutti lodata & approvata. Noi, con queſto conſenſo generale delli miniſtri & perſone principali, ordinammo, che foſſe intimata la congregatione per hier mattina, nella quale entrammo con opinione di non doverci trovare replica in contrario. Ma venne molto altramente di quel, che havevamo penſato. perciochè*

nuitque ſpem quorundam, tamen fieri poteſt, ut fallantur homines, moraque adjumento futura ſit optimae cauſae. optare id & ſperare licet, judicare difficile eſt. quare, quod noſtri officii eſt, confugiamus ad preces. Deus omnia gubernabit. Laetor, iſtuc veniſſe legatum (c), moderatorum hiſpanorum epiſco-

chè Lorena per lo primo, & Madruzzo per lo ſecondo, & molti altri ſucceſſivamente dopo loro, & l' iſteſſo veſcovo di Viterbo, che ci haveva portato il conſenſo di Lorena, furono di contrario parere; lodando, che non ſi ſtatuiſſe per all' hora il giorno della ſeſſione, ma che più toſto ſi pigliaſſe più lungo termine a ſtatuirlo, a fine, che a queſto atto, ch' è d'importanza, poteſſero trovarſi gli altri due legati (Moronus ac Navagerius) *& tanti prelati, che per diverſe cagioni ſono abſenti, li quali di ragione doveranno eſſere quì tutti fra un meſe & manco. In queſto convennero la maggior parte delli voti . . . onde ſi riſolſe di allungare queſto termine fin alli 20. di maggio, & allora deliberare del giorno della ſeſſione.* Animadvertendum eſt, Truchſeſium in hac ſua epiſtola, die 20. apr. data, non niſi de prima illa ſeſſionis in tertium junii diem prorogatione agere; de qua nimirum potuerat Hoſii, qui de ea cum Morono & Simoneta jam ante privatim conſenſerat, litteris certior fieri: novam autem deliberationem, qua eidem ſeſſioni nullus certus dies praefinitus eſt, quaeque his Hoſii & Simonetae litteris, die 22. apr. datis, ſignificatur, fuiſſe illi, cum epiſtolam ſuam dabat, ignotam.

(c) Claudium Quignonium, comitem lunenſem, Philippi II. ad concilium oratorem, intellige; qui die 12. hujus menſis Tridentum diu exſpectatus pervenerat. de eo concilii praeſides Moronus, Hoſius & Simoneta haſce litteras ad card. Borromaeum biduo poſt, hoc eſt die 14. dederunt: *Hieri fu a ritrovarci quà a caſa il conte di Luna, & ci diede una lettera del rè catholico, ſcritta fin alli venti di ottobre: & per la prima coſa, che ci diſſe, ſcusò la tardità della lettera; moſtrandoci, che parte per la lunga indiſpoſitione havuta, & parte per altri impedimenti, che gli erano occorſi, ſpettanti al ſervitio di ſua maeſtà, non haveva potuto prima d' adeſſo nè incaminarſi, nè giunger quà, come haverebbe voluto. poi ſalutatoci in nome del detto rè, parlò lungamente del buon' animo della maeſtà ſua verſo queſto ſacro concilio & la ſanta ſede apoſtolica, & della ſperanza, ch' ella haveva, che il detto concilio haveſſe da trovare rimedio alli tanti mali & diſordini, che ſono nella chriſtianità; eſſendo quello del concilio il vero & ſingolar mezzo laſciato da Dio alla chieſa ſua per ſimili biſogni. Appreſſo diſſe della eſpreſſa commiſſione, che haveva d' aiutare & favorire queſta cauſa publica, & impiegar il nome & autorità di lei per lo buono progreſſo ſuo, acciò ſe ne venga a quel fine, che il mondo aſpetta, & di che la chriſtianità ha biſogno . . . Gli fu riſpoſto a tutte le parti, come conveniva, moſtrandoſi per noi gran piacere della venuta ſua, così per lo principe, che rappreſentava, la cui grandezza accreſceva riputatione al concilio, & anima alli padri, come per la propria perſona di lui, piena di virtù & di bontà. All' ultimo gli domandammo, come per modo di conſiglio, che, come prattico delle coſe di Germania, eſſendo ſtato così lungamente in corte dell' imperatore, gli piaceſſe dirci quello, che gli parerebbe, che foſſe da farſi per ridurre gli animi di coloro alla vera religione, & egli parve, che non ci ſapeſſe dir altro, ſe non che vi biſognarebbono buoni predicatori, & dilatare più che ſi poteſſe la compagnia delli gieſuiti. & nel*

epiſcoporum (*d*). Commendono epiſcopo nec ſua nec tua cauſa *d*
poſſum deeſſe (*e*). quanquam plane deſum ; quia parum vel *e*
potius nihil proficio. ſed culpam ſuſtinent tempora; in quibus
ſpero aliquid etiam fore ſubſidii. ſed expectemus, ſi licet; ſi
non licet, quid dicam neſcio: tamen expectemus. Hippolytum
Bardum (*f*), carpenſem, qui tibi operam dat, ut ſpero, fide- *f*
lem & diligentem, cum a re familiari ſit imparatus, commen-
do ſingulari humanitati & liberalitati tuae. Vale. Roma. VIII.
Kal. maji. M. D. LXIII

XXXV.

nel dire queſto con molte parole, pareva, che a poſta fuggiſſe di far mentione della communione ſub utraque ſpecie. & così ſi licentiò da noi, dicendo di voler parlarci un' altra volta innanzi che io Morone partiſſi di quì.

(*d*) Deſiderata eſt aliquando a concilii patribus major quaedam in hiſpanis epiſcopis, praeſertim in Petro Guerrierio, granatenſium archiepiſcopo, ſententiarum atque etiam verborum moderatio. Vide epiſt. *Ex poſterioribus* d. 16. decembr. 1562. & epiſt. *Quas mihi* d. 26. jan. 1563. denique epiſt. *Magnae fuerunt* d. 17. febr. 1563. Creditum vulgo eſt, hiſpani hujus oratoris adventu atque auctoritate illos placidiores futuros. quin cum eo, etiam tum abſente, actum a Caniſio, Hoſii admonitu ac flagitatu, fuerat, ut mitiora illis per litteras conſilia ſuaderet. Caniſii ea de re ad Hoſium epiſtola, Auguſta die 10. nov. 1562. Tridentum data, exſtat in *Tabul. eccl. rom.* part. II. n. 126. *Expedivi*, inquit, *cauſam apud illuſtriſs. dominum a Luna, redditis illi litteris, & explicata periculi magnitudine, niſi antiſtitum hiſpanorum animi (etſi non de omnibus loquor) ſe praebeant in ſynodo tractabiliores. Veri Satan inter fratres hace diſcordiae ſemina ſpargit, quae potenti virtute Chriſtus ſupprimat, ſi rationibus & conſiliis humanis ſupprimi non poſſunt. Ut ad dominum a Luna revertar, haud ſine animi moleſtia hoc loco ſui & catholici regis illi mandata expectat, quibus acceptis iſthuc ſe illico properaturum recipit. Scribit autem modo ad archiepiſcopum granatenſem, uti ſuaſit amplitudo tua, & hortatur ſuos epiſcopos ad ſtudia tranquilliora, utque moderate agant in hac temporum iniquitate. Dixi de illuſtriſſimis legatis, quorum cauſam illi difficiliorem reddunt, qui promovere poterant & debebant maxime. Alia per ſuum procuratorem aut ſecretarium iſthic expediet* &c. Poſtea vero quam ad concilium acceſſit, eum opinioni hominum de hiſpanorum epiſcoporum moderandis conſiliis reſpondiſſe, teſtis eſt haec card. Borromaei ad Hoſium epiſtola, die 28. jul. 1563. data: *Quae in proxima ſeſſione acta ſunt, ita SS. domino noſtro grata acciderunt, ut graviſſimis curis, quas pro religionis incolumitate atque amplitudine ſuſceperat, magna ex parte ſit levatus. Multae vero ſunt cauſae, cur illuſtriſs. dominationi veſtrae reliquorumque legatorum virtuti & felicitati gratuler; & Lunenſis comitis piam atque egregiam voluntatem in primis commendem, quod ſua prudentia & auctoritate hiſpanos epiſcopos confirmavit, nec adjutor ſolum, ſed quaſi moderator eorum conſiliorum fuit &c.*

(*e*) De pecunia, quae Commendono debebatur, quaeque hoc loco ſignificatur, vide epiſt. *Commendoni* d. 3. apr. 1563.

(*f*) De Hippolyto hoc Bardio vide epiſt. *Quas ad me* d. 16. aug. 1561.

XXXV.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Adriano Beſſemero.

24. apr. 1563. *Fratris ſui filiorum chriſtianam & liberalem inſtitutionem doctori & moderatori commendat.*

a EGeram cum meis conſiliariis, te ut hortarentur, ut fratris mei filios (a), Lovanium ſtudiorum cauſa profecturos, eò deduceres, eſſeſque eorum doctor & moderator. quare, cum me illi certiorem fecerint, libenter te ſuſcepturum eſſe negotium, incredibiliter laetatus ſum. novi enim religionem, probatos mores & eruditionem tuam, humanitatem etiam & naturae ſuavitatem, ut neminem eſſe exiſtimem, cujus & hortatu & praeceptis & exemplo plus illi proficere poſſint. da igitur te in viam alacri animo, tuaque animi & ingenii bona confer ad diſciplinam fratris mei filiorum. nam, ut nihil eſt, quod magis cupiam, quam illos eſſe eos, quos, quia natura amare neceſſe eſt, amem etiam libenter, cum ſe & nobis & majoribus ſuis dignos praebeant, ſic in te, per quem tales fore ſpero, exiſtam amore ſingulari, daboque operam, ut intelligas, memorem me & gratum futurum, praeſertim in eo, quo nullum mihi majus beneficium dari poteſt. ſcio, te plus re praeſtiturum, quam quantum ipſe verbis queam exprimere. quare tu item a nobis plus expecta, quam quantum promittimus. Vale; & fratris noſtri filiis ſalutem plurimam dices. Roma. VIII. Kal. maji. M.D.LXIII.

(a) Gebhardum & Georgium: quemadmodum ex epiſtola *Scio te* die 19. jun. 1563. ad eumdem Beſſemerum data, intelligimus: ad quam ubi venerimus, paullo pluribus de Gebhardo agemus.

XXXVI.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus fratri Ludovico Sotomayori. (a)

24. apr. 1563. *De gravi Petri Soti morbo. De Georgii & Sebaſtiani negociis.*

b NIhil (b) mihi ad moleſtiam acerbius accidere potuit, quam
c tuae literae de gravi morbo (c) Petri Soti, religioſiſſimi, pruden-

(a) Erat hic Ludovicus Sotomayor, e dominicana familia, Petri Soti ſocius ac familiaris.

(b) *Nil* exempl. & cod. vat. Praetuli *nihil*, quod codex barber. exhibet.

(c) Haec cum Truchſeſius ſcribebat, nimirum, Petrum Sotum diem ſuum jam obiiſſe, neſciebat. de quo obitu illa ſunt

prudentiſſimi ac doctiſſimi, mihique chariſſimi, & mei aman-

ſunt apud Pallavicinium *Hiſt. concil. trid.* lib. XX. c. 13. n.1. *Un fatto memorabile, che intervenne in quel tempo, traſporta il noſtro racconto da' franceſi ad uno ſpagnolo. è queſti frà Pietro Soto, del quale habbiamo parlato aſſai volte. era egli in ſomma eſtimazione di ſevera bontà, e di ſoda ſcienza, ed havea ſempre ſoſtenute le due ſentenze de' ſuoi veſcovi ſpagnuoli, che sì la reſidenza, sì l' autorità epiſcopale foſſero di ragion divina. Ora caduto graviſſimamente infermo il giorno diciaſetteſimo d' aprile, dopo il quale trè soli rimaſe in vita, ſcriſſe per mano altrui una lettera al papa... Queſta lettera, divolgataſi toſto in Trento, per la qualità della materia e dell' huomo, divenne poi celebre in tutta Europa.* Eam ipſam epiſtolam retulit in *Annales eccleſiaſticos* ſuos Odericus Raynaldius ad ann. Chr. 1563. noſque ex manuſcripto romani hujus collegii bibliothecae codice (qui ſic inſcribitur *Varia concilii trid. a 1550. ad 1563.*) deſcriptam heic exhibemus.

Beatiſſime pater, poſt beatorum pedum oſcula.

Nuper ſcripſi quaedam ad reverendiſs. card. Amulium, quae mihi viſa ſunt maxime pertinere ad honorem & gloriam Dei, atque etiam ad levandam & exonerandam conſcientiam meam, ut ea videlicet meo nomine familiariter proponeret ſanctitati veſtrae, tanquam ſupremo Chriſti in terris vicario, ac de me etiam ſemper optime merito. Nunc autem, vi morbi magis ac magis ingraveſcente, & appropinquante morte, magis etiam urgebar in conſcientia; nec fuit mihi pigrum (fort. *pigitum*) *lingua jam balbutiente eadem dictare atque ſcribere ad ſanctitatem veſtram. Haec igitur ſunt, quae proponenda atque inculcanda ſanctitati veſtrae in extremo vitae meae hora exiſtimavi maxime. ante omnia autem, ut ſanctitas ſua reſidentiam epiſcoporum & aliorum omnium eccleſiae miniſtrorum non ſolum dilucide & aperte in concilio, quo jure ſit, definiri curet, ſed etiam efficaciter a ſe & ab omnibus obſervari; &, ut aperte dicam, cardinalibus aliunde provideri, & non ex epiſcopatibus. quod ſi fecerit, non ſolum nihil deperibit auctoritati & commodis ſanctae ſedis & ſanctitatis ſuae, ſed etiam quamplurimum augebitur: ſi vero non fecerit, non dubito, multum ſedem apoſtolicam amiſſuram, & ſanctitatem tuam ultimam damnationem in judicio Dei incurſuram. Epiſcoporum munus, auctoritatem, & officium a Chriſto domino eſſe, ipſoſque epiſcopos ab eodem Chriſto immediate eccleſiae datos, ſed ſub uno ipſius Chriſti ſummo vicario, ſucceſſore Petri, ſanctitas tua curet diſertiſſime declarari: quod ſemper antiqua docuit eccleſia: nec permittat inter ſe & epiſcopos ullam diviſionem. eſt enim revera epiſcopatus ſanctitatis tuae & omnium aliorum epiſcoporum unus & idem; in quo tamen epiſcopatus ſanctitatis tuae primatum tenet. nullo modo decet, ut apoſtolicae ſedis dignitas alios dejiciat, quos agnoſcere debet poſitos eſſe ab ipſo Chriſto regere eccleſiam Dei, quam proprio ſanguine acquiſivit. Ego igitur vivens & moriens teſtor, ſanctitatem tuam ſuperiorem eſſe omnibus conciliis, nec poſſe ab eis ullo modo judicari: idque ut aperte definiatur in eccleſia, credo plurimum expedire; quia contrarium manifeſte vergit ad ſeditionem, bella atque ſchiſmata in eccleſia. Ultimo denique ſanctitas tua curet, ut nullus ordinetur, neque miniſtret, niſi probatus a proprio epiſcopo. nam illa facultas recipiendi ordines a quocunque parum lucri affert curiae romanae, & ſufficiens eſt ad detrudendum in infernum id concedentem. Denique ſanctitas tua ex beneficiis, quae ad proviſionem ſuam pertinent, curet non utilitatem ſuam aut ſuorum miniſtrorum, ſed ſalutem animarum, & bonum illarum eccleſiarum,*

d tiſſimi viri: de quo tamen ſpero (*d*), fore, Dei fretus benignitate,

rum, in quibus ſunt praedicta beneficia. Haec ſanctitatis tuae pedibus proſtratum ex infirmitatis meae lectulo dixiſſe ſinceriſſimo affectu, mihi ſit ſatis. pro quibus & pro caeteris omnibus, quae ſtulte dixi, humillime veniam peto, teſtatus, me ſemper iuxta conſcientiam Dei gloriam, ſedis apoſtolicae utilitatem, ſanctitatis tuae bonum deſideraſſe & quaeſiviſſe pro mea tenuitate. Dat. Tridenti. 17. aprilis an. 1563.

Beatiſſimae ſanctitatis tuae Humillimus ſervus Fr. Petrus Soto.

Non ultro ac ſponte, ſed aliorum hortatu atque efflagitatu, dictaſſe hanc, paullo fortaſſe alicubi liberiorem, epiſtolam Sotum, diſcimus ex hiſce Caroli Vicecomitis, intimelienſium epiſcopi, ad card. Borromaeum litteris, paucis poſt Soti mortem diebus, Tridento datis: *Ancorchè io creda, che V. S. Illuſtriſs. haverà fino a queſt'hora viſto quella lettera del P. Sotto, di cui le ſcriſſi l'ordinario paſſato, intendendo, che l'originale di eſſa fu inviato a Roma, affine che ſua ſantità la vedeſſe, nondimeno per più certezza ho voluto anche mandarnele la qui alligata copia. Il ſudetto padre havendo ſcritto al cardinale Amulio prima di queſta quaſi in ſimil forma & materia, non era di animo di far queſt'altro. ma eſſendo andati a viſitarlo monſignor Bracarenſe & Auricanenſe, & intendendo eſſi di quella lettera mandata al ſignor card. Amulio, diſſe monſig. Bracarenſe a un frate Ludovico Soto* (fort. *Sotomayor*) *che ſtava preſſo a detto padre, che, poſſendo eſſere facilmente, che eſſo card. Amulio non haveſſe parlato di ciò con ſua ſantità, nè moſtratale quella lettera, ſaria ſtato bene, che il padre Sotto haveſſe fatta una lettera, diretta a ſua ſantità, in queſta materia, offerendoſi d'inviorla in mano dell'ambaſciatore di Portogallo, il quale la preſentaria di certo. Onde il ſudetto frate Ludovico induſſe il padre Sotto a ſcrivere a ſua ſantità &c.* Petri Soti mortem cardinales Hoſius & Simoneta cardinali Borromaeo, litteris biduo poſt, hoc eſt die 21. apr. datis, nunciarunt his verbis: *E' morto il P. frà Pietro Sotto con diſpiacere di tutto il concilio, per eſſere ſtato huomo di ſingolare dottrina & bontà: &, ſe poteſſe a ſua beatitudine di ſuſtituire un'altro in luogo di lui per ſuo theologo, noi le proponemo il P. maeſtro Adriano del medeſimo ordine, ch'è tenuto perſona dottiſſima.* De quo Hadriano (cui Valentico cognomen fuit) mentionem iterum factam eſſe video in litteris Hoſii, Simonetae, & Navagerii, ad eundem Borromaeum die 10. maji datis: *Di mettere*, inquiunt, *maeſtro Adriano in luogo del P. frà Pietro Sotto per theologo di noſtro ſignore, convenimo tutti trè che ſia bene di farlo. ma, perchè egli non haverà a fare caſa, ſtando tuttavia preſſo all'arciveſcovo di Cipri, pare, che poſſa baſtare, che gli ſi dia quel tanto di proviſione, che ſi dava a frà Camillo Campeggio, & che hora ſi dà al theologo dell'arciveſcovo Colonna, che ſono dieci ſcudi al meſe.* Verum, Venetias paullo poſt Hadriano hoc evocato, ut inquiſitoris generalis S.O. munus gereret, alium non monaſtici ordinis theologum in Soti locum fuiſſe ſuffectum, docet haec concilii praeſidum ad card. Borromaeum litterarum, die 28. maji datarum, particula: *Eſſendo hora vacuo il luogo, che haveva il P. Sotto, theologo di noſtro ſignore, lo daremo al dottore Vilipanda* (in card. Borromaei & Caniſii quibuſdam litteris non *Vilipanda*, ſed *Villalpanda* appellatum hunc eumdem doctorem video), *come V. S. Illuſtriſs. ſcrive a me Simoneta; & ſarà beniſſimo impiegato.*

(*d*) Rectius, puto, fuerat ita ſcribi, *Dei fretus benignitate ſpero, fore, ut &c.* In eadem pravitate eſt locus ille epiſtolae *O jucundiſſimas* d. 28. jul. 1564. *ſed confido, fore Dei fretus benignitate, ut &c.*

tate, ut convaleſcat, eique jam melius eſſe, confido. & quidem ipſe Deum aſſidue precor, nobis ut eum valentem reddat: preceſque ea de re multis in ſacris locis vehementes Romae fiunt. ſervabit igitur eum miſericors Deus eccleſiae ſuae. nam, etſi, pro ejus religione ac pietate, expediret fortaſſe illi migrare ex hac laborioſa & plane miſera vita, tamen, quia multis utilitati eſſe poteſt, beatitudinem ſuam cumulabit ſalute etiam aliorum, quos in caeleſte iter deducet. itaque illi meo nomine referes plurimam ſalutem, diceſque, fore, ut eum valentem & vigentem videam, ejuſque perfruar jucundiſſima & ſalutari conſuetudine. De Georgio, legati Luſitaniae regis ad pontificem max. propinquo, cardinalis tridentinus (*e*) & ego curam ſuſcepimus, *e* agemuſque rem vehementer ac diligenter; omniaque ex ſententia ſuccedent. benigne enim pollicentur illi, quorum eſt abſolvendi poteſtas: de quo etiam cum legato, viro ornatiſſimo, locuti ſumus. Sebaſtianum Angelum omni ſtudio & opera mea libenter complectar. Non dubito (*f*), cum has leges literas, quin *f* Sotus noſter meliore loco ſit, quam cum tuas ad me dediſti: quod ut ita ſit, precari non deſinam. tu eum meis verbis etiam atque etiam ſalutabis. Vale. Roma. VIII. Kal. maji. M.D.LXIII.

(*e*) Chriſtophorus Madrucecius, Ludovici, tridentinorum epiſcopi, ejuſdemque cardinalis, patruus. Vide epiſt. *Non potui* d. 27. apr. 1560. & epiſt. *Opportune* d. 7. mart. 1562.

(*f*) Sed aliter jam viſum Deo fuerat.

XXXVII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

De propinquo Petronii adventu. De Salmeronii piis ac doctis concionibus. 15. maji 1563.

HAbebimus igitur brevi Petronium (*a*) narratorem actionum tridentinarum, a quo omnia non ſolum quaerendo, *a* ſed etiam tacendo (*b*) ſcire poterimus: & erit is eo plenior caeterarum rerum, quo bilis & pituitae inanior, quas iſtic ejecit. Salmeronum, divinae voluntatis praeconem in primis no- *b*

(*a*) De hoc Petronio vide epiſt. *Commendoni* d. 3. apr. 1563. & epiſt *Germanici* d. 17. ejuſdem menſis.

(*b*) Etiamſi nihil ex eo quaeramus, nihil tamen de tridentinis actionibus non ipſe ultro ac ſponte ſua narrabit. Tributa eſt huic Petronio facundiae laus a Truchſeſio in epiſt. *Commendoni*. ait enim: *Petronius ſarciet, & ſilentium profectionis compenſabit rediens ex Germania multiplici illa eloquentia.*

Digitized by Google

bilem (c), habere ſaepe concionem, valde gaudeo. eſt enim ejus oratio plena doctrinae & chriſtianae pietatis, quem non dubito vobis fore & utilem & jucundum. Cum nihil praeterea eſſet, de quo ſcriberem ipſe ad te, vel ad tuas literas reſponderem, tamen illud noſtrum ſolemne volui ſervare, ut tibi ſalutem his literis dicerem, Deumque propitium precarer. Roma. idib.maji. M.D.LXIII.

(c) Praeter occupationem illam dicendae primo loco inter concilii theologos ſententiae, hanc ſibi alteram, magna praeſidum patrumque voluntate, Salmeronius ſumſerat, ut ſacras in templo conciones feſtis diebus haberet: quumque eſſet ejus oratio, quemadmodum Truchſeſius ait, *plena doctrinae & chriſtianae pietatis*, avidiſſime ab omnibus audiebatur. Habuit omnino ſingularem ac plane mirificam concionandi facultatem Salmeronius; ut jure eum Reſcius *verbo & opere potentem* lib.III. cap.12. *Vitae card. Hoſii* dixerit, & ipſe Hoſius in epiſt. 88. *regnare in concionibus* affirmarit. de orationibus, ab eo Venetiis ac Romae ingenti cum hominum admiratione, nec minore cum utilitate habitis, Sacchinius in *Hiſtoriae Soc. Jeſu* parte II. lib.8. n.51.ad an.1564. teſtificatur his verbis: *Venetiis inter haec Salmeron totam civitatem concionibus ad ſui admirationem, & (quod agebat ſolum) ad novum pietatis ſtudium excitavit. Praecipui ſenatorum ac civium & dux aſſidui erant auditores; caeterorum frequentia, quantam capere poterat ſummum templum: cum loca certatim occuparentur, parſque maxima feſtinantium minus acceſſum inveniret. Vix licebat viro, re ac verbis euangeliſtae, apparere in vicis & publico uti: continentibus adeo occurſantium & ſalutantium officiis, & puerorum ſaepe vocibus acclamantium „Ecce Salmeron„ pudore confundebatur .... Rebus hac proſperitate Venetiis Salmeron geſtis Romam venit, ubi altero die pentecoſtes in S. Petri baſilica (quoniam per valetudinem Lainio, ad quem delata concio erat, non licuit) coram ingenti nobilitate & quatuordecim cardinalibus ita duas prope horas dixit, ut ejus concionis fama ad pontificem quoque pervenerit; qui Salmeroni eidem, commeatum petenti, ut ad provinciam ſuam rediret Neapolim, de ea gratulatus ... eum nuncio ſuo per litteras commendarit.* Neapolitanas denique hominis conclones Franciſcus Lombardius commemorat in litteris ad Hoſium 9. Kal. aug. 1564. Roma datis, in quibus, *Salmeronus*. inquit, *eſt Neapoli, & concionatur magna cum fructu*.

XXXVIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Comiti Tarnovio. (a)

23.maji 1563. *Gratiſſimas fuiſſe ſibi ejus litteras, ſignificat: tum illi de novo equeſtris imperii honore gratulatur.*

Mihi, quam fuerint, tuae literae jucundiores eſſe non potuerunt. cognovi enim ex illis primum, quod jandiu pro meo in te ſtudio vehementer ſcire cupiebam, te ſalvum eſſe & inco-

(a) Ad hunc Joannem Chriſtophorum Tarnovium a Truchſeſio datae ſunt epiſtolae *Cum neque tuis* d. 12. jul. 1560. & *Ego vero* d. 31. jan. 1561. & *Vi-*

incolumem ; deinde meum in te amorem & commemorationem meam (*b*) tuae virtutis ac pietatis tibi pergratam eſſe. quod etſi non dubitabam ita fore, quod bona exiſtimatio bonorum ac ſummorum principum illis etiam, qui una virtute metiuntur recte factorum fructum, non poteſt non eſſe jucunda, tamen ſignificatio voluptatis, qua te affici ſcribis ex mea praedicatione laudum tuarum, quia in iis te verſari actionibus declarat, ex quibus vera laus proficiſcitur, & eſt magnum argumentum ſtudii erga me tui, me valde delectavit. dabo igitur operam, ut ſaepiſſime laetere commendatione tuae dignitatis. ut enim tu non defatigaberis recte agendo, & fide catholica in ampliſſima provincia veſtra tuenda ac propaganda, memor & tui ipſius & patris tui (*c*), praeſtantiſſimi herois, ſic ego nullum finem faciam laudandi tui apud omnes & Romae, & ubicunque terrarum & gentium fuero: quod & veritati dabo & meae in te benevolentiae ſingulari. Novum iſtum honorem, & ſummum equeſtre imperium tibi gratulor; &, ut mihi perſuadeo, fore, ut id munus praeclariſſime geras, ſic Deum precor, ut excellenti virtuti tuae felicitatem adjungat, velitque te hoſtium eſſe victorem. Vale. Roma. idibus maji. M. D. LXIII.

& *Vere tu* d. 16. jul. 1561. atque aliae, quas, ſi de eo plura cognoſcere volueris, videbis.

(*b*) Apud pontif. max. & cardinales.

(*c*) Joannis Tarnovii. Vide epiſt. *Quanti ego* d. 12. jul. 1560. & epiſt. *O praeclaram* d. 21. ſept. 1560. ad eum a Truchſeſio datas.

XXXIX.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Fratri Ludovico Sotomayori.

Dolorem, quem ex Petri Soti morte ceperit, ſignificat. 15. maji. 1563.

NEmo eſt, cui illius optimi viri (*a*), quem luges, mors majorem attulerit dolorem, quam mihi, qui illum merito ſuo unice diligebam, & ab eo me valde amari, intelligebam. ſed haec humana nobis incommoda, illi opportuniſſima, quem ſperare debemus capere fructus caeleſtes tot ac tantorum laborum, in quibus ſe & Dei gloriae & hominum ſalutis cauſa ſemper exercuit. quare nos ejus beatitudine conſolemur, vitamque ipſius & mores imitari ſtudeamus: quo nullum praeclarius exemplum eſſe, exiſtimo. in te quidem, qui & illi charus fuiſti,

(*a*) Petri Soti: de cujus morte vide epiſt. *Nihil mihi* d. 24. ſuperioris menſis, ad eumdem Sotomayorem ab eodem Truchſeſio datam.

ſti, & operam das, ut ejus itineribus pervenias in caelum, ſum amore ſingulari; nequ e quicquam eſt, quod non tua cauſa ſim libentiſſime facturus. Vale, & Deo pro me preces interdum facere ne graveris. Roma. idibus maji. M. D. LXIII.

X L.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Franciſco Turriano Theologo. (a)

a

15. maji 1563.

Ejus inſtitutum, mandandi litteris reip. ac praeſertim Germanicae nationi ſalutaria, dilaudat. Clementis librum mitti a ſe ad eum non poſſe, dolet.

b PRaeclarum inſtitutum tuum (b) mandandi literis ea, quae reip. ſalutaria ſunt, & ſanctae rom. eccleſiae ampliſſima, eſt omnium opibus, nedum opera & ſtudio, adjuvandum. non

(a) De eo vide Philippum Alegambium in *Bibliotheca ſcriptorum Soc. Jeſu*. Sed falſo is, eumque ſequutus Pallavicinius *Hiſt. concil. trid. lib.* XVII. cap. II. n. 19. prodidere, initam ab eo ſocietatem Jeſu fuiſſe die 25. decembris an. 1566. Aliter & vere Franciſcus Sacchinius in *Hiſt. Soc. Jeſu* parte III. lib. III. n. 46. ad ann. 1567. *Sed multo amplius*, inquit, *cunctae ſocietati & firmamentum acceſſit & decus ex hominum genere & copia, quos ad eam Deus hoc anno vocavit ... Chorum merito ducit, qui primus ipſa epiphaniorum luce* (hoc eſt d. 6. jan.) *receptus eſt domum, Franciſcus Turrianus, ut infanti Jeſu excellentem ſuam ſapientiam, perinde ut olim ab oriente profecti ſapientes magi, conſecraret. Annum ſextum ſupra quinquageſimum agebat, in urbe, inque tridentino concilio, quo theologorum in numero a Pio IV. miſſus fuerat, multas praeterea apud nationes, editis monumentis claritatem adeptus. Omni doctrinarum genere cum abundaret, eminebat tamen eccleſiaſticae antiquitatis cognitione; quam magno labore, ſcrutandiſque celeberrimis quibuſque bibliothecis, maximeque graecorum monumentis pervolutandis, aſſecutus, egregiam inde adverſus recentium haereticorum furorem telorum vim protulit ... Nec vero ſuſceptum jam ante cum haereticorum impietate bellum auſpiciis novae militiae intermiſit, ſed conſtantius etiam atque felicius ſub obedientiae victricibus ſignis uſque ad ultimam ſenectutem* (ad annum nempe Chriſti 1584.) *geſſit*. Haec autem Truchſeſii epiſtola data eſt ad Turrianum, Tridenti cum in concilio degentem (*Turrianum* dixi, quem & *Torres* patria, hoc eſt hiſpana, appellatione, & *Torrenſem* aeque uſitata, dicere potuiſſem). De die autem, quo ſocietatem ingreſſus eſt, conſentit cum Sacchinio Franciſcus Lombardius in litteris, ad Hoſium die 4. nov. 1568. datis: *Torrenſis*, inquit, *ingreſſus eſt collegium Jeſu Romae, & ſe commendat D. V. illuſtriſſimae. Die epiphaniae ſe obtulit domino cum tribus magis in holocauſtum.*

(b) Ediderat Turrianus ante hoc tempus ſequentia opera: *De electione divina & de juſtificatione*: Romae anno 1551. *De ſummi pontificis ſupra concilium auctoritate*: Florentiae 1559. *De actis Nicaenae ſeu ſextae ſynodi, deque cano-*

non enim video, cujus eo in officio ſit illuſtrior aut fructuoſior labor (c). quare tibi ego & communi de cauſa multum, & e

illo

canonibus, qui ejuſdem ſynodi eſſe feruntur, & de ſeptima & multiplici octava ſynodo: ibidem eod. anno. *De reſidentia paſtorum, num ex ſcripto jure divino fuerit ſancita*: ibid. an. 1561. *De dogmaticis characteribus verbi Dei*: ibid. eod. anno. *De votis monaſticis lib.I. De inviolabili religione votorum monaſticorum lib. II.* Romae eod. an. *De commendatione perpetuae adminiſtrationis eccleſiarum vacantium & reſidentia paſtorum extra ovilia ſua*: Venetiis 1562.

(c) Turriani ingenium ac ſanctitatem non modo Truchſeſius ſuſpexit, ſed alii ſapientiſſimi viri miris ad caelum laudibus extulerunt. Caeſar Baronius cardinalis in *Notis ad martyr. rom.* die 26. jan. *doctiſſimum pariter & religioſiſſimum* appellat: Martinus Navarrus in *Propugn. apol.* libri ſui de redit. eccleſ. n. 4. *eruditiſſimum doctorem, ſcriptorem diligentiſſimum, & judicio emunctiſſimo, illuſtriſſimae ſocietatis Jeſu inſigne ornamentum* vocat. Guilhelmus Lindánus, gandavenſium epiſcopus, in adnotationibus ad *Miſſam apoſtol.* ſeu S. Petri, *Doctiſſimus*, inquit, *vir Franciſcus Torrenſis, poſtea Turrianus dictus, noſter vetus amicus, erat non ſolum graecis antiquiſſimis & iis rariſſimis inſtructus, ſed doctiſſimus ſimul & candidiſſimus rerum ſibi notarum citra invidiam communicator.* Joannes Capetius libro *de perpet. caſtit. ſacerdotum* c. 25. & 29. *Virum admirandae eruditionis, lecturae inſatiabilis, antiquitatis exactum examinatorem, & ſumma, ut meretur, veneratione proſequendum*: Boëtius Epo lib.2. *de jure ſacro* n.52. *Virum incomparabilis doctrinae, ſingularis pietatis, ferventiſſimi zeli*: Joannes Croeſelius in ſuis *Elogiis* parte II. *Doctorem excellentiſſimum, Virum cum eloquentia tum multarum rerum peritia & mirabili ingenii flumine praeſtantiſſimum, philoſophum inſignem, theologum ſacrarum legum exercitatiſſimum, fidei defenſorem & propagatorem acerrimum, graeco & latino ſermone ad perfectum inſtructum*: Ludovicus Richeomus in *Pictura ſpirit.* lib.I. tab.4. ſect.4. *Magnum doctorem Eccleſiae Dei*: Joannes card. Bona *Rerum eccleſiaſticarum peritiſſimum* dicit. Hiſce ſummorum virorum de Turriani praeſtantia teſtimoniis major certe habenda fides eſt, quam heterodoxorum quorumdam criminationibus ac maledictis, Caſauboni praeſertim; qui in leviſſimis illis ad cardinalis Baronii *Annales eccleſiaſticos* animadverſionibus ſuis, non minus Turriano, quam Turriani laudatori Baronio infenſus, illa ſcribere ad annum Chriſti XXXI. num.27. non erubuit: *Appello confidenter omnes eruditos partium illarum* (hoc eſt catholicarum) *viros, quos non dubito Turrianum habere oſtentui, tamquam perfectiſſimum exemplar ἀγροικίας, temeritatis, audaciae, & inaniſſimae vanitatis.* Quid *eruditi viri* catholici, quos homo *confidentiſſimus appellavit*, de Turriano ſenſerint, illorum honorificentiſſimis teſtimoniis per me recitatis, auditum eſt: qui ſi viverent, eoſque nos viciſſim de Caſaubono appellaremus, num eſt dubitandum, quin eum *oſtentui haberent, tamquam perfectiſſimum exemplar ἀγροικίας*, procacitatis, impudentiae, qui de homine, tantopere ab ipſis laudato, tam contumelioſe loquutus eſſet? Sed ne Thuanus quidem, homo & amiciſſimus Caſauboni, & a Caſauboni partibus non admodum alienus, a Turriani laudibus abſtinere potuit: qui in ſui temporis *Hiſtoria* ad annum Chriſti 1584. *Franciſcus Turrianus*, inquit, *vir in theologica antiquitate, & linguae graecae & hebreae peritia clarus; cujus quo plura eruditi ingenii monumenta extant, eo pauciora mihi de ipſo dicen-*

da

Digitized by Google

illo etiam nomine plus me debere, intelligo, quod egregia iſta animi

da ſunt. Quod ſi caeterorum teſtimonia de Turriani dignitate deeſſent, unius cardinalis Hoſii commendatio omnium iuſtar eſſe deberet; de quo Alegambius, *Staniſlaus*, inquit, *card. Hoſius paſſim ejus doctrinam & eruditionem magna ſemper exaggeratione depraedicat; oſtenditque, ſe cum illo gratiſſimam & ſuaviſſimam habere familiaritatem. unde & epiſtola 77.... urget illum vehementius ad edendas lucubrationes ſuas, quas premebat*. Epiſtolae autem illius 77. quam Alegambius ſignificat, initium eſt: *Conſilium tuum de ratione confutandi centuriatorum iſtorum nugas mihi probatur* &c.: eaque inter Hoſii editas viſitur pag. 225. editionis colonienſis an. 1584. Aliam ejuſdem Hoſii, numquam antea editam, ex codice vaticano 6189. pag. 309. depromam atque ſubjiciam: ex qua, quantum Turriani ſanctitati doctrinaeque Hoſius tribueret, quamque de librorum, quos ille apud ſe habebat, editione laboraret, magis magiſque intelligitur.

„ Illuſtriſſimo & reverendiſſimo
„ domino meo obſervandiſſimo, domi-
„ no Guilelmo Scirleto S. R. E. car-
„ dinali presbytero.

„ Illuſtriſſime & reverendiſs. do-
„ mine. Litteras, quas ad me te mi-
„ ſiſſe ſcribis, quibus diuturnum ſi-
„ lentium tuum excuſas, accepi;
„ quibus etiam e veſtigio reſpondi,
„ nulla mora prorſus interpoſita. eſt
„ mihi nanque perjucundum, quan-
„ do coram non licet, ſaltem per lit-
„ teras tecum colloqui. quem vero
„ mihi commendas protonotarium Ro-
„ gerium, vel hoc ſolo nomine, quod
„ nuncius eſt apoſtolicus, non poſ-
„ ſum non plurimi facere. tanto vero
„ magis eum omni benevolentia com-
„ plecti cogor, quod prudentiſſimo-
„ rum duorum pontificum judicio di-
„ gnus eſt exiſtimatus, cui difficilli-
„ mis temporibus haec tam dura pro-
„ vincia mandaretur. ad quorum ju-
„ dicium tuum quoque cum acceſſe-
„ rit, quid eſt, quod amplius in eo
„ requiri poſſit? itaque nullum officii
„ genus eſſe poterit, quo non liben-
„ ter eum proſequar, &, quidquid
„ erit in me conſilii, quod perquam
„ exiguum eſſe fateor, id cum eo lu-
„ bens communicabo, nec ullum ab
„ eo fidelis & benevolentis amici mu-
„ nus in me deſiderari patiar. eſt is
„ nunc in comitiis lublinenſibus, a
„ quibus ego longius abſum. ſed ac-
„ cepi tamen litteras, ejus amoris in
„ me notis inſigues, quibus non mi-
„ nus amanter ipſe quoque reſpon-
„ di. Quod quaedam ex B. Ephrem
„ opuſculis huic ipſi Rogerio ad me
„ perferenda dediſti, magnam hoc no-
„ mine tibi gratiam habeo: cum & hoc
„ minime vulgare ſit amoris in me tui
„ documentum. fateor, quod opuſcu-
„ lum hoc viri ſanctiſſimi nondum
„ antea legeram. ſed in libris tamen
„ Franciſci noſtri Torrenſis, quos in-
„ ſcripſit *De dogmaticis verbi Dei cha-*
„ *racteribus*, quod ſcriptum ad me
„ miſiſti, per eum adductum videram,
„ quamvis mutilum; & ſtatim ad li-
„ brum noſtrae confeſſionis adſcriben-
„ dum ſuo loco curavi; qui cum to-
„ ties jam ſit editus, in omnibus illis
„ exemplaribus, quae poſt ſexageſi-
„ mum annum impreſſa ſunt, reperiri
„ puto: praeſertim autem in eo, quod
„ Paulus Manutius Romae nuper ex-
„ cudit. Quoniam vero certiorem is
„ me reddidit, quod opus hoc no-
„ ſtrum denuo typis mandare velit,
„ facit inſignis humanitas tua, ut abs
„ te petere non dubitem, ut haec ipſa
„ verba per eum, qua lingua ſcripſit,
„ in capite *De impedimentis matrimo-*
„ *nii*, quod eſt numero 56. ſuo lo-
„ co inſerenda cures. quae per me la-
„ tine quidem reddita ſunt, verum
„ ita, tuam ut limam deſidereot,
„ quam ut apponas, quaeſo. Fran-
„ ciſcus

,, ciſcus Torrenſis aliorum praeterea
,, verba citat in ſuis illis *Dogmaticis*
,, *charaſteribus* ad hanc ipſam rem
,, valde pertinentia, quos mihi videre
,, non contigit, praecipue Sixtum,
,, qui praeclare videtur ea de re ſcri-
,, pſiſſe. neque ſatis mirari poſſum,
,, quod, cum Paulus Manutius tanto
,, ſtudio collegerit omnium illorum
,, libros, qui de virginitate ſcripſe-
,, runt, ſolum hunc praetermiſit, quem
,, ego videre maxime cupiebam. eſt
,, quidem Franciſcus Torrenſis & ma-
,, gna vitae ſanctimonia, & non vul-
,, gari ſed recondita doctrina praedi-
,, tus. ſed hoc in eo laudare non poſ-
,, ſum, quod haud aliter, quam dra-
,, co theſauris, ſic ille ſuis libris, quos
,, magno ſtudio conquiſivit, qui meo
,, quidem judicio veri theſauri ſunt,
,, incubat, nec alios illis frui permit-
,, tit. quod niſi quidam Clementem &
,, Cyrillum hieroſolymitanum, eo ne-
,, ſcio, clanculum ſibi tranſcripſiſſent,
,, in hunc uſque diem tantis theſauris
,, careremus. haud ſcio, num pecca-
,, tum hoc ſuum confiteatur aliquan-
,, do, niſi forte pro peccato non agno-
,, ſcit, cum ego graviſſimum id eſſe
,, judicem, eccleſiam tantis bonis frau-
,, dare, nec ei contra hoſtes illius hae-
,, reticos arma ſuppeditare velle. quo
,, magis inſignem hanc tuam hu-
,, manitatem laudo, qui mecum &
,, ante Cyrilli hieroſolymitani locum,
,, quo vix quiſquam veritatem Chriſti
,, corporis in euchariſtia melius ad-
,, ſtruxit, & Aſterii quaedam dein-
,, ceps, & Baſilii, nunc autem haec
,, B. Ephrem ſcripta benigne commu-
,, nicaſti. Cum reverſus iſthuc nuncius
,, fuerit, dabitur a me opera, gratae
,, ut meae erga te voluntatis aliquod
,, ad te quale quale perferat monumen-
,, tum. ac ea tibi de me polliceri ſem-
,, per potes omnia, quae de homine
,, tibi addictiſſimo. Verba B. Ephrem
,, graeca non viſum eſt iſthuc Manutio
,, mittere. delector enim ea charta,
,, quam ad me miſiſti, nec facere quen-
,, quam ex meis facile poſſe puto, ut
,, perinde ea eleganter & emendate de-
,, ſcribat. cum autem, quae tua eſt
,, ſingularis humanitas & in me bene-
,, volentia non vulgaris, facturum te
,, confidam, locum ut ei ſuppedites ipſe,
,, quem in librum noſtrae confeſſionis
,, inſerat, opto, te diu bene & feli-
,, citer valere. Datum ex caſtro meo
,, Heilſpergh. 1. jul. an. domini 1566.
,, Illuſtriſs. D. V.

,, Servitor humillimus
,, Stan. Card. Varmien.

Rem gratiſſimam facturum me meis lectoribus exiſtimo, ſi Sirleti ad has Hoſii litteras reſponſionem, a me in ejuſdem codicis vaticani pagina 344. autographam repertam, protulero. Nihil illa quidem ad Turriani res, de quo dicere mihi propoſitum fuerat, pertinet. ſed, niſi hanc ejus edendae veluti oblatam occaſionem arripuero, jacebit fortaſſe perpetuo in tenebris exiguum quidem, verumtamen egregium tam docti ac memorandi viri, cujus vix ulla ſcripta exſtant, monumentum. ea eſt hujuſmodi.

,, Vix dici poteſt, card. optime,
,, quantum debeam humanitati & be-
,, nevolentiae in me tuae, quam quo
,, majorem in dies cognoſco, eo ma-
,, gis cupio, quibuſcunque rebus poſ-
,, ſum, compenſare. cumque ex lite-
,, ris, quas proxime miſiſti, accepe-
,, rim, te jampridem teneri deſiderio
,, legendi, quae ſunt a Xiſto martyre
,, ſcripta de caſtitate, & liber ille in
,, bibliotheca vaticana ſervaretur, non
,, paſſus ſum, amplitudinem tuam
,, diutius eſſe in eo deſiderio. itaque de-
,, ſcribendum opuſculum illud quam-
,, primum curavi, & ad te mitten-
,, dum. Quod vero miraris, a Ma-
,, nutio non fuiſſe cum aliis impreſ-
,, ſum, quae de virginitate ſcripta
,, ſunt in uno volumine, id non teme-
,, re

d lutem Germaniae noſtrae (*d*), cui non parum adjumenti tuis ſcri-

„ ee factum ſcias. multis ab hinc an-
„ nis cardinali ſanctae crucis, qui fuit
„ poſtea Marcellus ſecundus, in ani-
„ mo fuerat edere librum hunc Xiſti
„ de caſtitate. ſed, cum in eo ipſo
„ libro deprehenſa eſſent nonnulla,
„ quibus facile probabatur, non eſſe
„ lucubrationem illam Xiſti pontificis
„ & martyris, ut inſcriptio habet,
„ propterea ut ψευδεπίγραφον vie ille pru-
„ dentiſſimus vulgari noluit. quod fa-
„ cit, ut exiſtimemus, non eſſe opus
„ illud Xiſti primi aut ſecundi mar-
„ tyrum, eſt, quod auctor libei diſ-
„ putat contra haereſim Joviniani,
„ virginitatem oppugnantis; quinim-
„ mo aperte oſtendit, ſe fuiſſe mul-
„ tis annis poſteriorem, quo loco ſcri-
„ bit„ Quia ſecundum Joviniani quon-
„ dam haeretici ſenſum hoc argumen-
„ to virginitatem ſuperfluam putas„.
„ Non poteſt igitur liber eſſe Xiſti pri-
„ mi aut ſecundi, qui multis annis
„ fuerunt ante Jovinianum, cujus hae-
„ reſis, ut ſcribit S. Auguſtinus, bea-
„ ti Hieronymi eruditione & diligen-
„ tia ſtatim compreſſa eſt. Fieri pot-
„ eſt, ut ſit Xiſti tertii rom. pontifi-
„ cis, qui ſucceſſit Caeleſtino, & fuit
„ ante Leonem magnum. Verum, cu-
„ juscunque ſit, certe pii & docti ho-
„ minis opus eſt, dignum plane, quod
„ a te legatur, cardinalis doctiſſime,
„ bonarum lucubrationum auctor &
„ judex acerrime. mitto igitur librum,
„ ex vaticanae bibliothecae exempla-
„ ribus deſcriptum, licet minus inte-
„ grum & emendatum, quam vellem.
„ Non licet nunc per varias & multas
„ occupationes pluribus ad te ſcribere,
„ ſed commodius ſcribam de Confeſ-
„ ſione tua, quae mihi occurrunt.
„ Interim ſcito, ſummum pontificem,
„ ut nomine, ita & re ipſa vere Pium,
„ quintum ordine, ſed religione &
„ pietate ad primum illum martyrem
„ proxime accedentem, talem eſſe,
„ qualem patres noſtri multis ab hinc
„ annis optarunt illi quidem, ſed nos
„ videmus. hic de te & optime ſentit
„ & amanter atque honorifice loqui-
„ tur. Vale in domino, card. opti-
„ me, & me, ut facis, ama.

(*d*) Exſtat luculentum Turriani opus *adverſus magdeburgenſes centuriatores pro canonibus apoſtolorum & epiſtolis decretalibus pontificum apoſtolicorum*, Florentiae anno 1572. in officina Bartolomaei Sermatelli editum: in cujus epiſtola ad cardinalem Hoſium nuncupatoria cogitaſſe ſe in eo conficiendo de Germaniae ſalute ipſe Turrianus ſignificat illis verbis: *Libros hos quinque, quos pro defenſione canonum apoſtolorum, & epiſtolarum decretalium pontificum apoſtolicorum confecimus, ut tibi dedicatos emitterem, plura erant, quae ſuaderent: primum, quod, cum ipſe tanto ſtudio nobiliſſimam Germaniam, tibi chariſſimam, adjuvandi, eoſque, qui in ea a recta via majorum ſuorum miſerabiliter a principio ſeduEti deflexerunt, ad lucem revocandi tenearis, ut nihil magis cupias, nihil aliud te jam diu dies ac noctes ſolicitet, tu occurrebas maxime dignus hoc munere &c.* Etſi autem ex hac Truchſeſii epiſtola intelligimus, jam nunc anno 1563. de hoc opere conficiendo Turrianum cogitaſſe, tamen anno 1566. nondum illud inchoaverat, immo ne inchoare quidem certo ſtatuerat: id, quod Hoſii ad eum litterae, quas paullo ante indicavimus, eo ipſo anno datae, ſatis oſtendunt: *Conſilium tuum*, inquit Hoſius, *de ratione confutandi centuriatorum iſtorum nugas mihi probatur. Caeterum, quod in litteris tuis legi „Si ſcribere aggredimur„ minime probatur. An dubitatis adhuc? Non eſt hoc hominis hiſpani vel tam parvo animo eſſe, ut non audeat, vel tam laboris eſſe fugientem, ut grave judicet provinciam hanc minus difficilem, quam initio poſſe videri, ſuſcipere. Incipe: „ Dimidium facti, qui bene coepit, habet „.*

ſcriptis allatum iri confido ad reſipiſcendum & ad redeundum in viam. jure igitur meum in te ſtudium eſt (*e*), & officium *e*
ſemper erit ſingulare illud quidem certe vehementer doleo, me tibi Clementis (*f*) eum librum, qui tibi opus eſt ad praeſentes *f*

cogi-

habet ". non deerit cauſam ſuam tuenti Deus. Quod vero ſcribis, materiam te tantum ſuppeditare velle, ceu ligna, lapides, caementa, quaerendos autem eſſe fabros & architectos, qui ſuo loco quaeque collocent, ac opus perficiant: melior faber & architectus eſſe non poteſt, quam ille ipſe, qui materiam ſuppeditaverit. nam habebit eam magis ſibi parentem; &, quando ſemel tecum verſibus agere coepi, fiet illud, quod ſcriptum eſt a poëta " Verbaque praeviſam rem non invita ſequentur ". ſcilicet ab alio ſuppeditanda res, ab alio verba quaerenda ſunt? Hiſce fortaſſe Hoſii cohortationibus Turrianus adductus manum operi non multo poſt admovit: de quo Hoſium ipſum Franciſcus Lombardius certiorem fecit litteris, ad eum die 11. nov. an. 1568. datis: *Torrenſis*, inquit, *ingreſſus eſt collegium Jeſu Romae, & ſe commendat D. V. illuſtriſſimae quamplurimum. die epiphaniae* (ſuperioris anni) *ſe obtulit domino cum tribus Magis in holocauſtum. Aggreſſus eſt duos tractatus contra centuriatores: alterum, quod epiſtolae Clementis, Anacleti, Fabiani, cum citant apoſtolorum traditionem, non mentiantur: alterum, quod earum epiſtolarum doctrina ſit ſcripturis ſanctis conformis. Et hos tractatus citius in lucem praeſtabit.* Verum, eos non niſi anno 1572. in lucem prodiiſſe, ſupra dictum eſt.

(*e*) Mendi notam contra hunc verſum Gratianus in exemplaris margine adſcripſit. equidem nihil mendoſi video.

(*f*) Significari Clementis romani libros διατάξεων exiſtimo; quorum manuſciptum exemplar in vaticana bibliotheca adſervatum, curari ſibi Turrianus a Truchſeſio, Tridentumque ad aliquod tempus commodato tranſmitti, voluiſſet. de quo codice ſunt Hoſii illa in litteris ad Sirletum datis die 29. jul. anni, ut eſt in colonienſi editione, 1567., ut ego corrigendum puto, 1563. *Memini, me audire, quod cum ſuperſtite Paulo III. primum a veneto quodam liber hic fuiſſet repertus, multis ab eo millibus aeſtimabatur, nec eum in manus cujuſquam pervenire voluerit, niſi maximis ſibi praemiis propoſitis.* Et fortaſſe hic, quem Hoſius ſignificat, codex ille ipſe eſt, cujus comparandi cauſa, in bibliothecamque vaticanam inferendi, idem Turrianus una cum Antonio Auguſtinio, ilerdenſium epiſcopo, Venetias venerat, cum ejuſque poſſeſſore de eo coëmendo egerat. rem ipſemet narrat in ſuis ad Sirletum litteris, Tridento, quo nuper theologum pontificium acturus venerat, Romam die 17. oct. an. 1561. datis: quas ego, ex eodem illo codice vaticano 6189. deſcriptas, heic integras exhibebo: in quibus, ſi rem ſpectarimus, hominem admodum eruditum, ſi verba, hiſpanum, non admodum de italicae linguae proprietatibus laborantem, agnoſcemus.

Al molto magnifico & reverendo ſignor mio, il ſignore Protonotario Sirleto. In Roma.

Alli cinque di queſto ſiamo arrivati ſani per la Dio gratia, & ſiamo ricevuti con allegrezza aſſai del reverendiſſimo Varmienſe. per venir ſubito al capo, che deſiderate: in Venetia non è ſtato ordine con quello gentil huomo, che voleſſe nè ancho moſtrarmi più il libro, & occidi hominem, moſtrandoli li miei. ma quantunche queſta coſa pareſſe al principio, che haveva più preſto nociuto, per vederlo all'hora ſì arrabiato & di male voglia, ma da poi credo,

cogitationes tuas, curare non poſſe. poſtulavi ego illum, flagita-

do, che habbi giovato, perchè vedendo, che per via d'officio di charità non c'era verſo, alia via aggreſſus ſum: dico la via del lucro & intereſſe. haviamo monſignor Antonio Auguſtino & io propoſtili dui partiti, overo comperarli il libro, o farlo partecipe della ſtampa. riſpoſe, che voleva penſare, & che il dì ſeguente darebbe la riſpoſta. la qual fù. che voleva il ſecundo, ma che voleva anchora penſar quanta parte doveſſe havere. & io voleva reſtar in Venetia per aſpettar la reſolutione; & non volſe: penſando, che la mia diligentia foſſe inſidioſa & fraudulenta. sì che, per levarlo di quel ſoſpetto, non reſtai: ma laſſamo uno, che la ſapeſſe, perchè così ſi contentò. ſtamo aſpettando. del ſucceſſo vi aviſarò. Hebbi le homilie ἑορταστικαὶ di Cirillo numero 29. aſſai antiqua lettera in pergameno. ſono tutte annuntiative del paſcha, & preparatorie al degiuno quadrageſimale, una per ciaſchedun anno del tempo del ſuo veſcovato. dice nella prima, come ſucceſſe a Theophilo &c. in fine di ciaſcheduna dice il dì, che comincia quell'anno la quadrageſima, & la ſettimana ſancta. di modo che biſogna, che habbi durato il ſuo veſcovato 29. anni o vero 30. perchè manca una homilia, ch'è la tertia. quì non ho trovato le vite. aviſatemi di gratia di queſto, ciò è quanti anni fu veſcovo alexandrino. ho oſſervato, che nella prima homilia legit & interpretatur, parlando de jejunio, quello luogo de Paulo religio munda &c. *πιστὰ καθαρὰ: dove che il noſtro dice θρησκεία. di gratia aviſatemi, ſe havete mai trovato queſta lettione, a penſate, che ſia fallo di memoria, o vero che ha volato interpretar quella θρησκεία del jejunio, come ancora Paolo 2. Col. parlando περὶ ἀποχῆς κρεῶν uſa di queſto vocabulo ἐθελοθρησκεία. guardate un poco, ſe la etymologia importa niente in queſto &c. Notando, come diſſi, queſto Cyrillo il tempo del paſcha ſecondo il canon apoſtolico, dice ſoeſſo κατὰ τὰς ἀποστολικὰς παραδόσεις & κατὰ τὰς εὐαγγελικὰς διατάξεις. Damaſceno in libro de jejunio quadrageſimae ad Cometam cita le parole della prima homilia di queſte circa il paſcha, & citala ſotto nome di Athanaſio, il quale ſcripſit etiam λόγους ἑορταστικούς. fu error di memoria. In Venetia habian trovato una homilia di Sophronio in Petrum & Paulum latine manuſcripta. mi pare haverla veduta graece. &, ſi bene mi ricordo, ſta in quello indice del vatir. guardatelo di gratia. & ſe in la libreria vaticana fuſſe, aviſate per ogni modo, & ſe fuſſe, la vorrei aſſai per certe coſe rare, che dice. Circa il concilio li reverendiſs. legati ſtanno con mediocre ſperanza per la nuova mandata dal reverendiſs. Vorromea, che il rè & regina di Francia hanno comandato a tutti li Veſcovi, che vengano preſtiſſimo. Non ſerò più longo per non vi dar tedio. La protetione della madona del patir vi racomando. fate chiamar al ſignor maeſtro Lozano del reverendiſs. Vitellocio, & eſſo andarà al reverendiſs. della Cueva per mezzo del ſuo conſeſſor. lo laſſai prevenuto al reverendiſs. della Cueva, che ſubito che tornaſſe il reverendiſs. di Peroſa lo pregaſſe voler accetar queſta protetione. ſolicitate monſignor in beneficio della patria voſtra. Io non poſſo più. Deſidera ſapere, ſe è venuto il mio Cyrillo di Calabria. Monſignor reverendiſs. Varmienſe vi ſaluta. il P. D. Geremia ſta bene, & mi invitò: ma io non poſſo andar. mi pregò, che vi ſcriveſſi. adhortandovi a venir per un poco di tempo a Venetia. a me pare guadagnereſte nella venuta di ſanità, & anche delle altre coſe di libri. Monſignor di Salerno ſta bene, & vi ſaluta. Dio ſia con V.S. ſempre. Di Trento. a li 17. di Ottobre 1561.*

Di V.S. ſempre

Franciſcus Torres.

gitavi, moleſtus omnino fui iis, quorum in manu res eſt (*g*), *g*
nec quicquam profeci. nullius reſpondent eſſe tantam auctoritatem, qui inde vel exiguum ſcriptum poſſit auferre (*h*). *h*
ignoſces igitur mihi, ſi id minus impetrare potui, quod negatur omnibus: tibique perſuadebis, eſſe neminem, qui tua cauſa plus cupiat, quam ego: quod in omnibus, quae a me praeſtari poſſunt, ita eſſe, re ipſa intelliges. Deus te ſalvum & incolumem ſervet. Roma. idibus maji. M. D. LXIII.

LXI.

(*g*) Vaticanae bibliothecae ſummam praefecturam gerebat hoc tempore card. Alphonſus Caraffa, neapolitanorum archiepiſcopus, qui per autumnum ſuperioris anni Roma Neapolim, ut opinor, profectus, ejus curam Sirleto commendarat hiſce ad eum litteris, die 27. ſept. datis: quas ex eodem vaticano codice 6189. pag. 130. profero.

Al reverendo monſignor come fratello il Prothonotario Sirleti.

Molto rev. monſignor. La confidenza, che ho con V.S. & nella amorevolezza & bontà ſua mi porge animo a pigliar ogni ſecurtà di lei, & gravarla in quelle coſe, che mi occorrono. però, con tutto che per altre mie io habbi pregato V.S. ad haver cura della libraria in queſta abſentia mia, nondimeno, intendendo di novo, che le ſe traſcurano aſſai, eſſendo partito hora monſignor illuſtriſs. Geſualdo, al quale la raccomandai per voler di N. Signore, ho voluto con queſta pregarla, che ſia contenta pigliarſi con tanti altri queſto faſtidio, & intender meſſer Federigo noſtro, che le dirrà tutti li biſogni di eſſa libraria, & inſieme provedervi. Et per dar maglor autorità al negotio, & toglier occaſione a qualche ſignore d'importanza d'aſpirarci in queſta mia abſentia, ſcrivo ſimilmente a monſignor illuſtriſs. Trani, che mi favoriſca in haverne inſieme con lei la cura & la protettione, ancorchè tutto il peſo reſtarà ſopra le ſpalle di V. S. col qual illuſtriſs. ſignore la prego ad eſſer qualche volta, conferendoli tutt'il biſogno & ſervitio di detta libraria: che ne le reſtarò con molto obligo, & deſiderarò occaſion, ch'io gli lo poſſi moſtrar. & con queſto fine me l'offero & raccomando, & prego Dio, che la conſervi felicemente. Di S. Agnelo a ſcala a li 27. di ſettembre 1562.

Di V.S. molto reverenda

Come fratello Il Cardinal di Napoli.

(*h*) Eâdem diligentia ac religione vaticanae bibliothecae codices hac tempeſtate adſervantur, ut ne ſchedulam quidem aſportare ex ea liceat. ſed tanta tamen fuit eminentiſs. cardinalis Dominici Paſſioneji erga me comitas atque benignitas, tantumque hominis in omni doctrinarum genere praeſtantiſſimi litterulas meas juvandi ſtudium, ut cum ei, propter eminentiſſimi card. Angeli Mariae Quirinii, S. R. E. bibliothecarii, abſentiam, ejuſdem bibliothecae cura hoc, quo haec ipſa ſcribimus, tempore demandata ſit, codicem illum 6189. annuente ſummo pontifice BENEDICTO XIV. ex ea eductum, in aedes pontificias, quas in quirinali incolit, tranſtulerit, mihique illius per ocium pervolutandi, quaeque ex eo vellem exſcribendi poteſtatem, non ſine magno itineris ac temporis laboriſque mei compendio, fecerit.

Digitized by Google

X L I.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

29. maji 1563. *Optat concilii actiones per aeſtatem calere. De Epiſcoporum belgarum adventu. De card. Morono. De Petronio.*

SErvabo conſuetudinem meam in hoc officio literarum, ut, ſalutandi cauſa tui, ad te aliquid ſcribam, & eliciendi tuas literas, quae mihi vel ſine argumento ſunt jucundiſſimae. caeterum nulla jam mihi cauſa ſit literarum. nihil enim eſt, quod meae tibi nunciare poſſint literae, de quo non ab aliis certior fias; etſi nihil eſſe arbitror, cujus ignoratio tibi vel gravis vel moleſta ſit. Res tridentinae niſi aeſtate caluerint, vereor, ne otio torpeamus. quot enim menſes, actioni opportunos, abſtulit iſta poſtremi conſeſſus deliberatio (*a*)? quae utinam aliquando

(*a*) Ex Pallavicinii *Hiſtoria concil. trident.* lib. XX. cap. 16. n. 8. petendum eſt huic loco lumen. ait igitur: *Eranſi già meſſi in appreſto da' deputati i capitoli ſopra l'emendazione de' rei uſi nel ſacramento dell'ordine: il che toſto havea dato a vedere quanto la riſormazione, dagli oratori sì domandata in generale, foſſe ricuſata da loro in particolare. Imperochè, trattandoſi nel primo diviſato capo ſopra l' elezione de' veſcovi, e richiedendoſi quivi gran prove e teſtimonianze de i meriti per coloro, che altronde non erano già noti al papa, il conte di Luna fece inſtanza a' legati, che que' capitoli ſi accorciaſſero, per non proporre i volumi, e per non iſpargere prodigamente il tempo in diſputazioni proliſſe. di che ſcuſandoſi loro con dire, che tutto era opera de' deputati, il conte ſoggiunſe, dover'eſſi commettere a' deputati, che gli abbreviaſſero. al che i preſidenti non conſentirono, pigliando ſpazio a deliberare; affinchè poi non s'opponeſſe, che 'l concilio non era libero, ſecondo che più di tutti ſoleano gridare gli ambaſciadori. ed in ultima fù ſcoperto, ciò, che internamente doleva al conte nell'appreſtata ſcrittura, eſſere la qualità, non la quantità: perochè con quelle ſpeciali condizioni e provazioni ricercate ne' veſcovi riſtrignevaſi molto la podeſtà reale nel nominarli. onde il portogheſe, che havea comune in ciò l'intereſſe, domandò liberamente, che ſi levaſſe del tutto quel primo capo. Ma era impoſſibile il tralaſciar materia di così gran ſuſtanza. Ora il cardinal di Lorena, vago a ſua uſanza d'eſſer autore più toſto che approvatore, s'era moſſo a formare, in vece de' già preparati, altri quattro capitoli ſopra lo ſteſſo tema; diviſando di proporli. e, perchè i preſidenti negavano di far queſto torto all' ufficio de' deputati dall'aſſemblea .... ſi convenne, che foſſe portato in primo luogo lo ſcritto de' deputati, e che poſcia il cardinale ſponendo la ſua ſentenza, ne recaſſe un'altro a ſua voglia. Così feceſi il giorno duodecimo di maggio &c.* Verum in Truchſeſii epiſtola fortaſſe legendum eſt *iſta*, non *poſtremi*, ſed *proximi conſeſſus deliberatio*: ut *proximi conſeſſus*

do explicetur, & aliquid pariat, quod tanta mora, & graviſſimo hoc reip. tempore dignum ſit! quod Dei benignitate, veſtraque ſapientia fretus fore confido. ſed proxima epiſtola tua & maturi conſeſſus (*b*), & adventus (*c*) aliquot epiſcoporum *b c* mi-

ſeſſus nomine ſignificetur ſeſſio XXIII. de cujus habendae die tam ſaepe actum fuerat, neque ea tamen haberi adhuc potuerat, aliis atque aliis ejus habendae rejectionibus factis. vide epiſt. *Aza tibi* d. 24. apr. 1563. Ac proxime quidem deliberatum fuerat, ut die XV. junii non illa quidem haberetur, ſed de ejus habendae die deliberaretur. ita enim ad card. Borromaeum ſcripſiſſe concilii praeſides die 20. maji, video: *Hier mattina ſi differì in piena congregatione fin' ai* XVIII. *di giugno di dovere determinare il giorno alla ſeſſione, & fu con conſenſo di tutti, ſenza aluna repugnantia.* Atque ita plane eſt in exemplo, quo uſus ſum, quodque in hujus collegii romani bibliotheca adſervatur. ſed certe mendoſus eſt ille numerus XVIII. refingenduſque in XV. Audiantur iidem praeſides in litteris ad eumdem Borromaeum die 14. junii datis: *Queſta mattina quì in camera di me Morone havemo parlato . . . della neceſſità, che è, di ſtatuire il giorno della ſeſſione, eſſendo domane il termine.* rurſuſque in litteris ad eumdem datis die 17. ejuſdem menſis, *Si fece*, inquiunt, *il martedì* (qui eo anno in diem decimumquintum incidit) *mattina la congregatione generale ... & di commun conſenſo ſi dichiarò, il giorno della ſeſſione dover eſſere alli* XV. *di luglio.*

(*b*) Heic certe *conſeſſus* nomine ſeſſio illa XXIII. ſignificatur: cujus mature, hoc eſt brevi, habendae ſpem Truchſeſio proximis litteris Hoſius oſtenderat.

(*c*) Advenerunt hi epiſcopi viceſimo circiter poſt ſcriptas has litteras die. de quo adventu Pallavicinius lib. XXI. c. 7. n 4. *Arrivarono*, inquit, *in que' giorni a Trento tre prelati fiamminghi con altrettanni teologi lovagneſi, mandati per ordinazione del rè Filippo. i prelati erano Franceſco Ricardotto, Antonio Havezio domenicano, e Martino Rithovio, veſcovi l'uno d'Arras, l'altro di Namur, l'ultimo d'Ipri: i teologi tre huomini aſſai famoſi, Michel Bajo, Giovanni Heſſel (de' quali altrove s'è ſcritto) e Cornelio Janſenio il vecchio, che poi reſſe il poſtorale di Gante, e l'illuſtrò in varie opere, ma ſopra tutte ne' comenti degli evangelij.* De Bajo & Heſſelio egerat Pallavicinius lib. XV. c. 7. n. 6. Quae de utroque ad concilium tridentinum arceſſendo Commendonus, pontificius ad Germaniae principes nuncius, cum card. Hercule Gonzaga, primario concilii praeſide, jam inde ab aeſtate anni 1561. egerit, binis ejuſdem litteris recitatis, quae manuſcriptae apud me adſervantur, non ſine aliqua eruditorum hominum, ut ſpero, gratia, prodam. priores quidem, Antuerpia die 9. junii 1561. Tridentum datae, ſunt hujuſmodi: *Sono tardato di ſcrivere a V. S. illuſtriſſima & reverendiſſima alcune coſe de li theologi di Lovanio, per poterne mandare inſieme le ſcritture, che hora le mando; perchè a me ſono parſe di momento aſſai, & principio di gran male, ſpetialmente a queſti tempi.*

Cominciò già alquanti anni un Michel Bay, huomo molto bene litterato, a tenere nuove opinioni del libero arbitrio, & de l'opere, & d'altri articoli anchora: & a lui s'aggionſe poi un Gio. di Heſſels, ſimilmente perſona di gran dottrina & di vita eſſemplare; i quali ſubito che furono creati dottori inſegnorono publicamente la loro dottrina, & continovorno più anni. ſe ne ritennero poi, & la coſa pareva eſſer aſſai bene quietata, ſin che ultimamente è nata contentione fra certi loro ſcolari

lari frati di S. Franceſco & altri frati del medeſimo ordine ſopra queſte opinioni. la qual coſa è creſciuta tanto, che da alcuni frati de l'opinione antica è ſtata procurata do la Sorbona di Parigi la condannotione di tal dottrino, ridotta in XVIII. articoli. onde gli altri frati, veduta la cenſura, ſono ricorſi a li loro maeſtri di Lovanio, & gli hanno ſtimolati di nuovo a diffendere le loro poſitioni, & ſcrivere contra la cenſura pariſina: come eſſi ſubito hanno fatto, provocando ancho li Sorboniſti a riſpondere. & ſi dice, che hanno apparecchiati più libri per fargli imprimere; & il rumore và bollendo ogni dì più: & ne la preſente occaſione del concilio l'uno & l'altro di queſti due dottori deſiderano ſopra tutte le coſe del mondo di venirvi; & già intendo, che vi ſono deſtinati per nome de la facultà theologica. Non è dubio, che vorranno moſtrarſi, &, ſe ſaranno laſciati dire, ſuſciteranno gran rumore, ſpetialmente in Germania; ſe nò, gli principi proteſtanti ne piglieranno occaſione di palliar tanto più la loro contumacia. &, quando bene ſi provedeſſe, che li ſudetti dottori non veniſſero a Trento, publicheranno in ogni modo li loro ſcritti. &, ſenza ſcritti a ſtampe, è già ſparſa in molti la loro dottrina: & in tal caſo, overo quando foſſero alquanto ſeveramente trattati, ſi può forſe dubitare di qualche alienatione & apoſtaſia; il che, per la molta reputatione di coſtoro, non ſeguirebbe ſenza gran rovina di queſti paeſi, che da più parti vanno vacillando, nè ſenza gran piacere & commodità de gli heretici, i quali benchè moſtrino di ſprezzare li noſtri ſcolaſtici, nondimeno, ſe alcuno poſſa da noi a loro, lo ſtimono grandemente, & ſe ne vagliono molto; perchè hormai hanno pochi huomini veramente dotti, non leggendo eſſi ſe non gli libri di Martino, & di Filippo, & ſimili autori, & fuggendo la fatica de la via ſcolaſtica: tonto che in tutta Saſſonia non ne ho trovato altri, che un dottore Alverio apoſtata. Io non affermo per ciò, che queſti dottori, de' quali ſcrivo, ſieno per fare un ſimil fallo. ma, quando è la peſte, ogni picciola infermità, non che una tale, ſuole facilmente convertirſi in peſte. & io intendo, che il Ruvardo riprendendoli, era uſato di dire, che non aſpettava da loro oltro, che un ſciſma: onde prolongò ancho loro aſſai il grado del dottorato. & veramente pore, che ſieno molto amotori del loro ſaperi, ſe bene per altro huomini buoni & modeſti. ma la ſuperbia di ciaſcuno conſiſte ne la profeſſione, ch'ei fà, nel reſto l'huomo ſopporta facilmente ogni coſa. Trovano coſtoro la mala diſpoſitione de li tempi, principolmente circa tali articoli, & oltre il conoſcerſi dotti & con molti diſcepoli, hanno la maggior parte de' licentiati & bocellieri dal canto loro, & quaſi la metà de' dottori. anzi, eſſendo ſtati creoti tre dottori de l'opinione antica veſcovi di queſti nuovi veſcovadi, coſtoro vengono a reſtare quaſi padroni de la facultà theologica: & non sò, ſe forſe queſta nominatione de gli altri habbia loro cauſato qualche ſdegno. Ne l'epiſtole, che ſono nel fine de l'alligata ſcrittura, il ſudetto dottor Michele moſtra gran ſommiſſione a la ſede apoſtolica. ma, cercando io di conoſcere la verità, m'è venuto prima a le mani una cenſura fatta in commune da lo facultà theologica di Lovanio pochi dì ſono ſopra l'opinioni d'un dottore; frà le quali è un'articolo, del quale io mando la copio a V.S. Illuſtriſſima. Di più intendo, che il medeſimo dottore Michele, ragionandoſi di fare un'offitio nuovo, il quale ſerviſſe in tutte le dioceſi, ha detto, che il papa non ſi doveva ingerire altrimenti ne le dioceſi de gli altri, ma ſolo confirmare fratres. Il dottor Giovanni è hora decano de la facultà; &, quando io paſſai la ſeconda volta per Lovanio, venne a viſitarmi inſieme con un'altro dottore, detto il Tiletano; & io, dopo varij ragionamenti, riducendoli a tal propoſito, con ogni poſſibil humanità & deſtrezza trattai con eſſo loro in univer-

ſale

Google

mihi ſpem affert; ut ſperem reliqua meliora, praeſertim jam

ſale de la novità circa la religione, & del ſcandalo, & del pericolo, che ne naſceva, maſſimamente in sì fatti tempi, & quanto ci era neceſſario, ut eſſemus unanimes, id ipſum ſentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, ſed humilitate ſuperiores ſibi invicem arbitrantes, *con molte altre ſimili parole. il che l'uno, & l'altro moſtrò di ricevere in molto buona parte. Il Tiletano poco dopo la ſua partita mi ſcriſſe una poliza, iſcuſandoſi & commendando l'offitio fatto, ma quel Giovanni, dopo ſei giorni o ſette, mi mandò ad Hal una lettera, de la quale la copia ſarà con queſta; che de l'altra del Tiletano non fa biſogno. V.S. illuſtriſſima vi vedrà, come coſtoro vorrebbono pur diſcendere a particolari de' loro articoli & a conteſe; & come ſi dimoſtrano pieni & deſideroſi di rompere. Io, ricevuta la lettera, & conſiderando non eſſer ſervitio de la religione nè d'irritargli nè di commendargli con mie lettere, nè mancho di moltiplicare in ſcritture ſopra di ciò, preſi l'opportunità de la partita, che io facevo a l'hora per Liege; & diſſi a colui, che mi haveva portata la lettera, come egli vedeva, ch'io non potevo riſpondere, & lo pregai a ſalutar molto per nome mio il dottore, dicendogli, ch'io deſideravo grandemente di poterli far ſervitio. & così lo mandai ben ſatisfatto. nondimeno havevo quaſi in animo di ritornare per Lovanio, ma ritrovato poi per viaggio in Haſſel il padre Everardo, provinciale de' jeſuiti, habitante in Lovanio & ſuo amico, preſi ſubito eſpediente di far per tal mezzo ſalutar di nuovo queſto dottore, & dirgli, che io per la miſera conditione de' tempi mi doleva ſolo d'udire, che in un' univerſità, che è gran ſuſtenimento de la ſede catholica, ſi dica eſſer contentione; sì che gl'inimici noſtri ſe ne vantino, & ſe ne prevaglino; & che nel ragionamento, ch'io havevo fatto ſeco, il deſiderio & l'intentione mia era ſtata, & era anchora, l'iſteſſa, ch'io non dubitava eſſer ſua, & di ciaſcun buono chriſtiano,* ne aemulationes, detractiones, inflationes ſint inter nos, ſed omnis doctrina ad aedificationem, *& lontana da ogni ſcandalo; & lodai particolarmente la buona vita & eruditione, ch'io intendeva di lui: di modo ch'egli fin da Lovanio ha mandato hieri in Anverſa a ringratiarmi con molte parole, moſtrandoſi deſideroſo d'ajutare la religione catholica. Io temo però, che frà poco tempo, ſe non vi ſi ripara, ſia per uſcire ad ogni modo queſta fiamma; perchè, ſubito gionto il generale di S. Franceſco, che s'aſpetta per fare un capitolo provinciale in Fiandra, li frati non ſolo per l'emulatione circa la dottrina, ma per l'elettione del provinciale, al qual grado concorrono due, uno per ciaſcuna di queſte fattioni, ſenza dubio faranno ogni rumore: & già quelli, che diffendono l'opinione antica, minacciano di volerne ſcrivere a Roma, & accuſar gli adverſarij d'hereſia; & dicono d'haver in mano le condannationi autentiche di queſti articoli, fatte da grandi univerſità. onde io riverentemente dirò a V.S. illuſtriſſima, che forſe ſarebbe bene d'impedire, che tal fuoco non s'accendeſſe in queſte parti, &, prima che li frati comincino a muoverſi, procurare, che N.S. meteſſe loro ſilentio ſopra tali articoli, rivocando ogni coſa a sè; & che inſieme S.Santità, per cagione del concilio, chiamaſſe quanto prima da le univerſità di Germania, o almeno da queſte due principali, Colonia & Lovanio, alcuni dottori a Trento; & in ciò ſi faceſſe di modo, che li due ſudetti dottori di Lovanio veniſſero; perch' io non dubito, che V.S. illuſtriſſima con la ſua ſomma prudenza, autorità & deſtrezza potrebbe così eſtinguere queſto incendio, aſſai più pericoloſo, che non pare. Eſſa conoſce,*

che

che queſte nuove opinioni ſanno come le febri hetiche, che da principio ſono facili a curare, &, ſe non ſi ſtimano, in proceſſo di tempo non ricevono rimedio. tuttavia io mi rimetto al ſuo ſapientiſſimo giuditio. ſolo dirò, che, quando lo ſtimi eſſer conveniente di provedere a queſto, è neceſſario inſieme, che ſi faccia toſto, & con molta ſecretezza; perchè io ſon certo, che, ſe coſtoro ne haveſſero notitia, non ſi giovarebbe punto al negotio. Io hoggi ne harei ſcritto a monſignor illuſtriſſimo Varmienſe, havendo commiſſione di ſcrivere a l'una & a l'altra di V.S. illuſtriſſime; ma per l'ultime ſue credo, che già ſia in viaggio per Trento, & non vorrei, che le lettere ſi ſmarriſſero. eſſendo giunto coſtì, la ſignoria voſtra illuſtriſſima potrà communicar tutto ciò con ſua ſignoria reverendiſſima, & con monſignor illuſtriſſimo Seripando; i quali ſignori ſono li due noſtri lumi principali in ſimili materie; &, eſſeminati gli articoli, & la qualità del fatto, de le perſone, del paeſe, & del tempo, prendere la riſolutione, che parerà eſpediente a VV.SS. illuſtriſſime. A Roma ſcrivo, che d'alcune coſe di Lovanio ho dato avviſo a V.S. illuſtriſſima, & rimeſſomi a lei.

Poſteriores autem Commendoni ad card. Herculem Gozagam litterae, die 28. jul. ejuſdem anni 1561. Tridentum Lubeca datae, hae ſunt: *Ho ricevuto la lettera di V.S. illuſtriſſ. del primo di queſto con la copia de la ſua & di monſignor illuſtriſſimo Seripando ſcritta a Roma, & con la nota di trè partiti circa li dottori di Lovanio; le quali lettere & ſcrittura harei deſiderato di ricevere più toſto in Anverſa, che in Lubeca, per potere conferire ogni coſa, come la mi commette, con monſignor illuſtriſſimo di Granvella, & per avviſare ancho le SS.VV. illuſtriſſime, ſe altro foſſe fratanto ſucceduto in Lovanio. ma, poichè ne ſono molto lontano, & V.S. illuſtriſſ. mi comanda, ch'io anchora le ſcriva l'opinion mia ſopra queſti tre partiti, io, remettendomi in tutto al ſapientiſſimo giuditio ſuo, primamente circa il primo, il quale è di chiamare col Lindàno il Tiletano, & aſpettare ciò che operaſſe fratanto il breve di noſtro ſignore a l'univerſità, le dirò, come io non m'aſſicurarei, che la molta tardanza non portaſſe pericolo. & ſpetialmente circa il detto breve mi veniva in mente, ſe forſe, publicandoſi per tal via, che queſta novità foſſe pervenuta a notitia di S. Beatitudine, coſtoro due, anchora che non foſſero nominati, ſi teneſſero già ſcoperti, & poſti quaſi in una loro ſuperba neceſſità di diffendere le loro opinioni. già VV.SS. illuſtriſſ. hanno veduto, come l'Heſſels, ch'è il più moderato, ſi riſentiva di quelle mie parole tanto generali, & come ſcriſſe. ma, quando pure ſteſſero quieti, gli emuli loro non mi ſono parſi così modeſti o prudenti, che poteſſero laſciare di valerſene & di pungerli; & punti, io non poſſo facilmente perſuadermi, che ſi aſteneſſero di riſpondere & in voce & in ſcrittura: tanto più ſe nel breve ſi comandaſſe, che alcuni dottori veniſſero ad informare di queſte novità il concilio. & inſieme invitaſſero gli autori d'eſſe a venirvi. perchè a l'hora io temerei, che gli adverſarij loro ne trionforebbono troppo inſolentemente; onde eſſi overo verrebbono come già dechiarati per tali (il che gli farebbe pertinaci, & principalmente contra queſti emuli loro), overo potrebbe ſeguire d'ambedue queſti dottori qualch' altro maggior diſordine; ſe bene per la ſomma reverentia, che ciaſcuno deve portare a N.S. ſi può ſperare ancho il contrario. A gli frati io harei creduto che foſſe ſtato bene di mandar quanto prima un breve, nel quale ſi nominaſſero in univerſale gli articoli, & ne l'impoſitione del ſilentio s'aggiongeſſe ancho una clauſola generale* Vobis & omnibus & quibuſcumque &c. *quaſi come la ſi poneſſe in forma ordinaria: con la quale clauſola ſi comprenderebbono a ſufficienza gli dottori ſenza molto rumore, & ſenza che eſſi ne poteſſero pretendere ignoranza: perchè ſubito gli*

frati

Digitized by Google

frati adverſarij degli altri frati publicarebbono il detto breve. & tanto più utile mi parrebbe un tal partito, quanto che veggo le SS. VV. illuſtriſſ. giudicare coſa di momento il non dar ſuſpetto a coſtoro: per il qual riſpetto prudentemente hanno giudicato non eſſere bene, che eſſi per nome loro particolare gli chiamino. Io quella mattina, che il Lindáno venne a vedermi in Anverſa, & mi diſſe di eſſer chiamato, ſcriſſi ſubito a V. S. illuſtriſſ. che, quando così le piaceſſe, la potrebbe ricordare a N. S. di chiamar più dottori di Lovanio, & ſpetialmente il Bay, & l' Heſſels; ſe nò, per ultimo partito ſoggionſi, che ſi potriano chiamare queſti due per nome particolare di VV. SS. illuſtriſſ. con volontà di N. S. il quale partito hora tanto meno mi piace, quanto lo veggo non eſſer approbato da le SS. VV. illuſtriſſ. Circa il ſecondo io andavo conſiderando due coſe, l'una, ſe dopo che il Bay ha cominciato negare, che quelli articoli ſiano ſuoi, foſſe bene moſtrar loro di haver notitia di queſte controverſie, o più toſto diſſimularlo. l'altra, ſe portaſſe ſoſpetta l'unire & deputare due de l'opinione antica al ſervitio di N. S. & ambedue queſt'altri autori di novità al ſervitio de' legati; & ſe forſe in tal caſo fuſſe più eſpediente laſciare il Tiletano, honorandolo però d'un breve, & chiamare il Bay col Lindáno a ſervitio di N. S. & l' Heſſels a ſervitio de' legati di commiſſione di S. Beatitudine, & con parole, che quanto più ſi poteſſe aguagliaſſero gli favori. perchè, eſſendo il Tiletano aſſai vecchio, & ſtato altre volte al concilio, dubitarei, che non ſi contentaſſe molto di venire al ſervitio de' legati, & quaſi inferiore al Lindáno. ma, ſe due anchora, oltre il Lindáno, pareſſero troppo, io chiamarei il Bay ſolo, come più pericoloſo: il che ſarebbe il terzo de' trè partiti di V. S. illuſtriſſ. &, per non laſciar mal contenti coloro, che reſtaſſero, le medeſime SS. VV. illuſtriſſ. potriano ſcrivere una lettera, overo N. S. un breve a l'Heſſels, come a decano del preſente anno de la facultà theologica, laudando lui & il Tiletano, &, ſe così lo pareſſe, moſtrando ancho d'havere animo di chiamarli col progreſſo del concilio, & hora reſtare ſolamente di farlo per non ſpogliare affatto quello ſtudio, con altre amorevoli parole: & con tal occaſione ſi potria aggiongere ne la lettera qualche honorata mentione del decano di S. Pietro; & l'Heſſels farebbe l'offitio con gli altri due, ſenza multiplicare in lettere o brevi. Quanto a gli nomi & offitij di coſtoro, VV. SS. illuſtriſſ. ſi potranno informare facilmente. Io del decano di S. Pietro non sò il nome, & credo, che l'Heſſels dura decano per li LXI. Sopra tutto, ſecondo me, giovarà la preſtezza: perchè, ſe fratanto naſceſſe occaſione, per la quale coſtoro ſcappaſſero una volta, temo, che ſarebbe gran fatica a ridurli. l'otio preſente del concilio non ſarebbe per aventura ſe non tempo molto bene apportuno da chiamarli, poichè ſi chiamano affine di guadagnarli con deſtrezza. & forſe, ſenza che VV. SS. illuſtriſſ. haveſſero a moſtrare d'eſſerſene accorte, la lontananza loro da Lovanio con la benignità di VV. SS. illuſtriſſ. ſupprimerebbono queſte conteſe, maſſimamente ſe veniſſero ambidue. a me per certo, quando N. S. & VV. SS. illuſtriſſ. non giudicaſſero diſconveniente multiplicare il numero de' theologi di ſua ſantità, ſicura coſa parrebbe chiamare il Tiletano, & il Bay, & l'Heſſels nel medeſimo modo, che il Lindáno. nè per altro riſpetto crederei, che queſti fuſſero troppo d'una univerſità; perchè io non veggo qual'altra di Germania poſſa dar theologi. ſe Colonia ne dà uno, ſarà aſſai. ivi tutto lo ſtudio di theologia dipende quaſi dal collegio ſolo de' jeſuiti; & queſti ſono così utili a la gioventù ne l'educatione & ne le lettere, & a tutta la città con le prediche, & con le confeſſioni & eſſempio de la vita, che ſarebbe maggiore il danno, che l'utile, a levarne pur uno. io per certo non ho ritrovato ne le chieſe di Germania più fermo nè maggior preſidio de la religione catholi-

d e firmiore cardinale Morono (*d*). Caniſii literas (*e*), & quae praeterea ſcribis de germanicis rebus, legi libentiſſime; de quibus
f ago tibi gratias. Petronium (*f*) hic nondum habemus. Secunda valetudine tua ſic laetor, ut nihil mihi ad laetitiam majus poſſit accidere; idque unum me in magno multarum rerum timore confirmat. Vale. Roma. IIII. Kal. junii. M. D. LXIII.

XLII.

ca, che gli collegij di coſtoro. così piaceſſe a Dio, che ce ne foſſero molti. Da Vienna, occorrendo, mandarà l'imperatore, d'Ingholſtat il duca di Baviera, & mandarà, com'io credo, lo Staſilo. le altre univerſità ſono o molto deboli o tutte heretiche. & pur queſti theologi di Germania, come VV.SS. illuſtriſſ. ſonno, ancorchè non haveſſero più dottrina che gli altri, hanno però più prattica degli heretici, veggono ogni dì l'alterationi, che fanno negli loro dogmi, & poſſeggono li termini de le innovationi, & inſieme le contraditioni di più heretici fra loro & di ciaſcuno contro sè ſteſſo; havendo maſſimamente commodità di leggere i libri, che già ſi ſcrivono più in lingua thedeſca, che in latina. pure io non approvo ſe non quel ſolo, che VV.SS. illuſtriſſ. giudicaranno, & N.S. comandarà.

(*d*) Melius eſſe coepiſſe dicit Morono, qui podagra proxime laborarat, qua, Oeniponti cum eſſet, impeditus, atque ad caeſarem pedibus ſe ſuis colloquii cauſa conferre prohibitus, ab ipſo caeſare conventus ipſe domi ſuae fuerat. de qua re tridentini collegae ita ad card. Borromaeum die hujus menſis decimo ſcripſerant: *Oltra quello, che di monſignor illuſtriſſ. Morone intenderà V.S. illuſtriſſ. per le lettere ſue, quì alligate, le facemo ſapere, che hoggi ci ſono altre lettere ſue, & del ſuo ſecretario al Rovercilo, quì ſuo maeſtro di camera, che ſono di 7. & di 8. per le quali intendemo, che ſtando venerdì per farſi portare all'imperatore, ſua maeſtà non volle, che ſe incommodaſſe, & andò eſſa a trovar lui in caſa: & attendeva all'eſpeditione, quanto poteva. ſoggiunge poi il cardinal di man ſua, che martedì o mercordì ſenza fallo ſi metterà in camino, per ritornare quà.* Rediit autem die 17. ejuſdem menſis.

(*e*) Non dubito, quin Caniſii binas illas ad Hoſium litteras ſignificet, quas in *Tabul. eccl. rom.* eruditus ac diligens Cyprianus retulit, alteras die 21. ſuperioris menſis Oeniponto, alteras die hujus menſis octavo indidem datas. priorum initium eſt: *Poſtulavit a me amplitudo tua, ut ſententiam meam de calicis negotio ſcriberem: hoc enim iterum iſthic urgeri &c.* poſteriorum hujuſmodi: *Fateor meam in ſcribendo tarditatem: tum, ſi velim ſcribere, aut non licet id quidem aut non expedit &c.*

(*f*) Vide epiſt. *Commendoni* d. 3. apr. 1563. & epiſt. *Germanici* d. 17. ejuſd. menſis.

XLII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Archiepiſcopo Cameracenſi.

Jodocum Ubyts Roma diſcedentem honorifico teſtimonio proſequitur. 30. maji 1563.

EA eſt fides operae, quam navat Jodocus Ubyts (a), affinis tuus, ampliſſimo & ornatiſſimo viro cardinali Amulio, ea probitas morum & officii diligentia, ut, niſi is neceſſariis de rebus domum a matre accerſeretur, nullo eum pacto cardinalis fuerit dimiſſurus. ſed, cum intelligat, quantam habeat neceſſitatem parentis voluntas, illius juſſum ſuae cupiditati anteponendum putat. itaque Jodocum dimittit, ſed eo pacto, ut quarto menſe revertatur. illud quidem profitetur Amulius cardinalis, ſe Jodoci cauſa omnium ejus cognatorum & affinium eſſe cupidiſſimum, quibus libentiſſime ſemper in omni re ſe gratificaturum, pollicetur. hoc ego teſtimonium ipſi Jodoco, & quod ita res eſt, & propter obſervantiam, qua me colit, apud te dare volui. Vale. Romae. III. Kal. junii. M. D. LXIII.

(a) De eodem Truchſeſius egit in epiſt. *Perofficioſe*, ad eumdem cameracenſium archiepiſcopum die 18. aug. 1562. data. ait enim: *Jodoco Ubyts, affini tuo, qui card. Amulio operam dat, propter ejus virtutem & humanitatem, ſummamque obſervantiam, quo me colit, dabo apud te debitum teſtimonium.*

XLIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Guilhelmo principi, Ducis Bavariae filio.

Incenſum litterarum ſtudium illi gratulatur, &, ut eas colere conſtanter pergat, cohortatur. f. ineunte jun. 1563.

NON aſſequor, ut ſcribam, quantam ex tuis literis, mihi a Petronio (a) noſtro redditis, ceperim voluptatem; quibus & ardens tuum virtutis ac literarum ſtudium, & propenſum

(a) In epiſt. *Servabo*, die 29. ſuperioris menſis data, fuerant illa, *Petronium hic nondum habemus*. in hac autem idem Petronius veniſſe jam Romam ſignificatur, qui quidem Guilhelmi litteras Truchſeſio reddiderit. ea res fecit, ut hanc ipſam epiſtolam, in qua nulla menſis aut anni adſcripta nota comparet, in haec menſis junii an. 1563. initia contulerim.

ſum in me animum, egregiamque voluntatem facile cognovi : quorum alterum , tantopere nos a te amari, etſi mihi minime dubium eſſe poterat, pro eximia mea in excellentiſſimum & optimum ducem, parentem tuum (*b*), obſervantia ac pietate, jandiu

(*b*) Albertum, Bavariae ducem: cujus virtuti & eximio catholicae religionis tuendae ſtudio luculentum teſtimonium Hoſius in plurimis ad eum epiſtolis dat; praeſertim in epiſtola inter editas viceſimatertia, & centeſima quadrageſimaſexta. id ipſum ejus ſtudium ex Martini Eiſengreinii quibuſdam litteris, ad Sirletum die 14. jul. 1567. Romam Ingolſtadio datis, intelligi poteſt: quas ex codice vaticano 6189. pag. 496. deſcriptas heic exhibemus.

,, Revmo & illuſtriſs. domino ,
,, domino Guilhelmo Sirleto S. R. E.
,, cardinali, domino ſuo clementiſs.
,, Reverendiſſime & illuſtriſs. do-
,, mine , domine clementiſs. Preces
,, meas ſummumque meum obſequi-
,, um reverendiſſimae & illuſtriſs. cel-
,, ſitudini veſtrae humilime inprimis
,, defero . Cum illuſtriſs. veſtra celſi-
,, tudo ſumma humanitate , benevo-
,, lentia & paterno pene favore Romae
,, me complexa & proſequuta ſit , tan-
,, torum certe beneficiorum memoriam
,, quoties animo recolo , uſque adeo
,, exoſculor , ut illuſtriſs. veſtrae cel-
,, ſitudini me devinctiſſimum clientem
,, eſſe agnoſcam ; nec videam qua ra-
,, tione tot & tantis illuſtriſſimae ve-
,, ſtrae celſitudinis beneficiia reſpon-
,, dere mihi liceat. Quod autem nul-
,, las hactenus ad ipſam poſt meum
,, diſceſſum dederim literas , id certe
,, non ulla acceptorum beneficiorum
,, oblivione, ſed inexpectata negocio-
,, rum , quibus occupatus fui , & ad-
,, huc ſum , magnitudine factum eſt .
,, nam infinita pene me , in Bavariam
,, redeuntem , in ipſo limine excepe-
,, runt negocia . eo enim ipſo tempore
,, comitatus hagenſis in Bavaria, de-
,, functo Ladiſlao , lutherano comite ,
,, ſereniſſimi & illuſtriſs. Bavariae prin-
,, cipis ditioni ceſſerat. qui , pro ſin-
,, gulari ſua erga catholicam religio-
,, nem devotiune , me ſtatim eo , ut
,, haereſes extirparem , & errantes ovi-
,, culas ad obedientiam romanae apo-
,, ſtolicae ſedis reducerem , ablega-
,, bat. ea res ſingulari Dei beneficio
,, feliciſſime ceſſit. cum enim aliquan-
,, diu ibidem publice in frequentiſſimo
,, haereticorum concurſu concionatus
,, eſſem , ut de promiſcua plebecula
,, taceam , praefectum ejus comitatus,
,, virum nobilem, & Gaſparum Franck,
,, philoſophiae doctorem, virum egre-
,, gie doctum & diſertum , qui per
,, aliquot annos defuncti comitis au-
,, licus lutheranus eccleſiaſtes extite-
,, rat , & a cujus , tanquam anteſigna-
,, ni , authoritate miſera & decepta
,, plebecula pendebat , ad gremium &
,, fidem romanae eccleſiae ſingulari di-
,, vini numinis gratia adjutus , con-
,, verti . is , cum e comitatu in aca-
,, demiam ingolſtadienſem ſe recepiſ-
,, ſet , & per menſes aliquot in familia
,, mecum vixiſſet , veritate tandem ca-
,, tholica agnita , coram notario & te-
,, ſtibus omnes aetatis noſtrae liben-
,, tiſſime abjuravit haereſes , ſeque ro-
,, manae , catholicae & apoſtolicae ec-
,, cleſiae membrum libere profeſſus eſt;
,, jamque noſtrae religionis defenſorem
,, & acerrimum haereſium oppugnato-
,, rem ſcriptis & viva voce agit ; ita ,
,, ut minime dubitem , ipſius ſtudium
,, & operam , in plantanda & aſſe-
,, renda catholica noſtra religione , ec-
,, cleſiae Dei admodum utilem, ſaluta-
,, rem & frugiferam fore . Huc acceſ-
,, ſit, quod ſereniſs. mei principis man-
,, dato cathulicas euangeliorum expli-
,, cationes , quibus omnes aetatis no-
,, ſtrae infelicis haereſes & errores ca-
,, tholica veritate refellerem , noſtro
,, idiomate conſcribere & in lucem ede-
,, re

diu & mea voluntate ſuſcepta, & ejus in me maximis meritis quotidie aucta, ad ſummumque perducta, ut propterea te fratreſque

,, re juſſus fui. cui labori adhuc totus
,, ſum deditus, & intra paucos men-
,, ſes totius operis, jam pene abſolu-
,, ti, editionem me auſpicaturum ſpero.
,, Patruelis meus Vuilhelmus Eiſen-
,, grein Romam viſendi gratia adiit;
,, qui, morum integritate & eruditione
,, inſigni praeditus, ſatis ſemetipſum
,, commendabit. is enim omne hacte-
,, nus ſtudium ſuum & meo inſtinctu
,, & innata quadam animi ſui propen-
,, ſione, & devota erga apoſtolicam ſe-
,, dem fide ad detegendas haeretico-
,, rum impoſturas, quorum odio ſe
,, totum expoſuit, contulit, ac con-
,, tra Magdeburgenſium eccleſiaſticam
,, hiſtoriam, primam centuriam, prae-
,, ter alia opuſcula, in lucem edidit.
,, qui labor ſatis ipſum, uti ſpero, com-
,, mendabit. nec dubito, ſi omnes ec-
,, cleſiaſticae hiſtoriae abſolverit cen-
,, turias, quin haereticorum calumniis
,, piorumque expectationi ſit satisfa-
,, cturus. hunc illuſtriſſimae veſtrae
,, celſitudini ſummopere commenda-
,, tum cupio, eamque humilime ro-
,, go, ut pios ipſius conatus & ſtudia,
,, quantum poſſit, provehere ac juva-
,, re, & SS.D.N. per occaſionem com-
,, mendare dignetur. poterit autem,
,, quantum volet. ego certe, quic-
,, quid beneficii illuſtriſſima veſtra cel-
,, ſitudo in ipſum contulerit, in me
,, collatum exiſtimabo: nec tantorum
,, beneficiorum memoria apud nos in-
,, tercidet unquam. illuſtriſſimae in-
,, terea veſtrae celſitudini me humili-
,, me commendo; pro cujus incolu-
,, mitate preces Deo in dies, quoad
,, vixero, offerre non deſinam. In-
,, golſtadii XIV. jul. anno 1567.

,, Reverendiſs. & illuſtriſs. celſitu-
,, dinis veſtrae
,, Humil. D. Sacellanus
,, Martin. Eiſengrein S. Theolo-
,, giae licentiatus & sereniſs.
,, Bavariae ducis conſiliarius.

De hoc Eiſengreinio non pauca a nobis dicta ſunt ad epiſt. *Vere tu* d. 28. ſept. 1560. & ad epiſt. *Quem mihi* d. 12. jan. 1561. Nonnulla etiam hoc loco addemus, prolatis ex eodem codice vaticano pag. 368. hujus ipſius Alberti, Bavariae ducis, litteris, quibus aeque & Eiſengreinii dignitas, & Alberti pietas ac catholicarum partium ſtudium intelligitur.

,, Reverendiſſimo Patri & illuſtriſ-
,, ſimo D. D. Guilelmo Sirleto S.R.E.
,, Diacono Cardinali, Epiſcopo Stilenſi
,, D. Amico noſtro honorandiſſimo.

,, Reverendiſſime in Chriſto Pater,
,, illuſtriſs. Domine, Amice honoran-
,, diſſime, ſalutem, amoris & bene-
,, volentiae officia perpetua. Non igno-
,, tum eſſe credimus reverendiſſimae &
,, illuſtriſſimae veſtrae dilectioni, quam
,, clementiſſime amplexus ſit S. D. N.
,, conſiliarium & theologum noſtrum
,, Martinum Eyſengreinium, dum is
,, ſuperiori anno oratoris noſtri mune-
,, re in urbe fungeretur. vidit enim
,, optimus pontifex placidiſſimum in-
,, genium, mores ſuaves & innocen-
,, tes, doctrinam & eloquentiam cer-
,, te eam, quae eccleſiae Dei in pri-
,, mia neceſſaria & utilis cenſeri queat.
,, iude igitur ab eo tempore occaſio-
,, nem quaeri mandavit ſanctitas ſua,
,, qua ipſius Eyſengreinii res augeri
,, commode poſſent. cumque paulo
,, poſt de praepoſiturae bruxellenſis ad
,, Rhenum vacatione fama in urbem
,, pervenerit, ſanctitas ſua pro conce-
,, pto in Eyſengreinium noſtrum ſin-
,, gulari amore, proprio motu eam
,, ipſam praepoſituram adjiciendam il-
,, li ſtatuit, ac ſuper ea re bullas ex-
,, pediri mandavit. interim, dum hu-
,, jus ſuae felicitatis optatos ſucceſſus
,, expectat Eyſengreinius, ſeſeque gra-
,, tiis reverenter ac humiliter agendis
,, accommodat, inſperata illi ſubori-
,, tur in urbe difficultas, ex concilii
,, forſan tridentini rigidis ſanctionibus
,, proma-

treſque tuos ac totam domum veſtram amare , atque adeo in animo & in ore ſemper habere coactus ſim , tamen incredibile eſt ,

,, promanans, quaſi bruxellenſem cum
,, altera , quam noſtro beneficio antea
,, tenet , perexigua admodum , moſ-
,, purgenſi praepoſitura ſimul poſſidere
,, non debeat. eoque factum eſt , ut
,, expeditio iſta hucuſque incommo-
,, diſſime protracta ſit : & Oberſtenius,
,, canonicus ſpirenſis , per capitulum
,, ad praepoſituram bruxellenſem , ne-
,, ſcimus cujus indulti praetextu , in-
,, truſus , ſuo , ſi quod habere pot-
,, eſt, jure , non incerta Eyſengrei-
,, nii noſtri jactura , quietus pertrua-
,, tur. id autem quicquid eſt motae
,, difficultatis neque his temporibus
,, neceſſarium valde exiſtimamus , nec
,, ſacris etiam concilii decretis contra-
,, rium. neutra enim harum praepo-
,, ſiturarum ullam habet adjunctam
,, animarum curam , ac dignitatis po-
,, tius ſunt & pontificiae benignitatis ,
,, quam oneris alicujus. quamobrem
,, in eos vel maxime cadere debebant ,
,, qui , quo caeteris curis , animarum
,, dicimus , reique domeſticae expe-
,, ditiores ſunt , eo plus in commune
,, religionis ac reipublicae ſuae com-
,, modum conferre poterunt . qualem
,, certe Eyſengreinium noſtrum eſſe ,
,, nobiſcum dicent omnes , quibus ca-
,, tholicae religionis ſalus & propaga-
,, tio magis curae eſt. ac moſpurgen-
,, ſis quidem illa, cum praeter reſiden-
,, tiae commoditatem vix habear,quod
,, mediocri aliqua gratia dignum vi-
,, deatur , idque beneficium noſtri pla-
,, ne juris ſit atque diſpoſitionis , ut
,, alterius acceſſionem prohibere de-
,, beat, non putamus : praeſertim cum
,, junctae etiam inſigni theologo alen-
,, do vix ſufficiant. caeterum nec pa-
,, rochiam in civitate noſtra Ingolſta-
,, dio ad S. Mauritium obſtare ſinet ,
,, quo minus bruxellenſi praepoſitura
,, potiatur . nam eam, cum ingentis ſit
,, oneris , praeterque paſtoralem , il-
,, lam etiam rei domeſticae curam ha-
,, beat, & is in noſtram ſaltem gra-
,, tiam hucuſque invitus poſſideat , li-
,, bentiſſime di.nittet , indeque eccle-
,, ſiae catholicae , reipub. ac noſtris
,, negotiis vacabit rectius : ita ut ap-
,, pareat , non illum de pluribus , ſed
,, commodis ſaltem & quietis benefi-
,, ciis ſollicitum eſſe . quod cum ita
,, ſit plane , & S. D. N. juſtiſſimas ha-
,, beat cauſas hunc viru n ſingulari be-
,, nignitate & clementia fovendi & au-
,, gendi , ad reverendiſs. & illuſtriſs.
,, veſtram dilectionem ſcribere volui-
,, mus , eamque rogare peramanter ,
,, ut hoc conſiliarii & theologi noſtri
,, negotium ſuo quoque patrocinio
,, & favore promoveat . noſſe credi-
,, mus reverendiſs. & illuſtriſs. ve-
,, ſtram dilectionem hominis mores ,
,, eruditionem , caeteraſque theologo
,, neceſſarias virtutes . quars in eo
,, commendando breviores jam ſumus .
,, unum hoc , vel nobis tacentibus ,
,, catholicorum omniam conſenſus lo-
,, quitur , neminem hoc tempore apud
,, nos religioni , pietati , ſacroſanctae-
,, que ſedi apoſtolicae utiliorem eſſe
,, Eyſengreinio noſtro ; neminem jam,
,, vel inter medios haereticos docen-
,, do , concionando , ſcribendo , mo-
,, nendoque tam publice , quam pri-
,, vatim , plus conferre in uſum & pro-
,, pagationem ſanae doctrinae , in ex-
,, tirpationem haereſium , & conſer-
,, vationem earum , quae in Germania
,, ſunt , avitae pietatis reliquiarum ;
,, neminem quoque , in promovendis
,, iſtis omnibus , vel ſibi ipſi , vel ſum-
,, ptibus minus parcere , quam Eyſen-
,, grelnium noſtrum ; cujus virtute &
,, merito non ſolum praeclari multi
,, viri in vera religione aut confirman-
,, tur , aut in errorem vitio temp.rum
,, adducti , ut ab haereſibus ad eccle-
,, ſiam tranſeant , vi & pondere do-
,, ctrinae caeleſtis adiguntur , ſed in-
,, tegra imperii oppida in officio conti-
,, neantur.

Digitized by Google

eſt, quam mihi jucunda fuerit vehemens tua haec literarum amoris & humanitatis plena ſignificatio. quare ago tibi gratias, quantas animo maximas capere poſſum. De glorioſo autem iſto,

,, nentur; quae alioqui, a lupis vicinis
,, circumventa, diabolo jamdiu prae-
,, da fuiſſent. Is maxime eſt, cujus
,, labores atque ſcripta, poſt magni
,, illius Ecchii noſtri lucubrationes,
,, apud omnes catholicos in ſumma
,, ſunt expectatione, ſummoque pre-
,, tio: quem, cum, quod ore calamo-
,, que docet & propugnat, continenter
,, admodum & pie vivat, non tam
,, oderunt haeretici, quam formidant;
,, catholici autem & pii omnes tam
,, conſtanter certatim amant, ut ei ad
,, ſummam felicitatem, immo ad ec-
,, cleſiae & religionis uſum & dignita-
,, tem, nihil deeſſe amplius pateat,
,, quam uberiores proventus, quibus
,, edendorum librorum ſumptus, eri-
,, piendorumque ex faucibus haereti-
,, corum bonorum hominum neceſſita-
,, tes aliquantum ſublevet. hoc au-
,, tem totum in S.D.N. facultate at-
,, que manu plane conſtitutum eſt, at-
,, que eo, quem ſupra diximus, mo-
,, do fieri commodiſſime poterit: mo-
,, do ſanctitas ſua, quod ſacri canones
,, non prohibent, quodque ipſum con-
,, cilium his ultimis temporibus in-
,, dulgendum monet, haud gravatim
,, & commode jam impertiri velit,
,, ſive, quod rectius forſan dixerimus,
,, impertitum & conceſſum antea am-
,, plius non differat.

,, Caeterum, quia rite conceſſis
,, etiam & obtentis bullis, non ſatis
,, in tuto erunt Eyſengreinii noſtri res,
,, niſi prius ejecto illo, quem canonici
,, & capitulum bruxellenſe intruſe-
,, runt, Oberſtenio, praepoſiturae li-
,, bera & quieta poſſeſſione gaudeat;
,, hic autem arreptum jus amittere no-
,, lit; & Eyſengreinius non niſi poſt
,, longam contentionem, ſtudiorum ac
,, utiliſſimorum laborum maxime in-
,, tempeſtivam diſtractionem, ſumptus
,, graviſſimos, & ipſius integerrimae
,, famae, cui nulla avaritiae, nulla
,, contentionum ac rixarum macula ad-
,, haeret, haud incertam jacturam, vi-
,, ctor evaſurus videatur, utilius for-
,, ſan erit eccleſiae ac religioni catho-
,, licae, ſi, his omnibus turbis ereptus,
,, trecentorum coronatorum annuam
,, penſionem ex iſta praepoſitura habeat
,, Eyſengreinius noſter; jus autem prae-
,, bendae & dignitatis iſtius penes Ober-
,, ſtenium permaneat. quod haud dif-
,, ficulter admittet Oberſtenius, ſi cen-
,, tum illi ducatus de camera, qui Func-
,, cio diu jam ex ea praepoſitura ceſſe-
,, runt, deleantur, & Funccio ipſi proſpi-
,, ciatur aliunde. Quod ſi vero S.D.N.
,, omnem litigandi occaſionem ab Ey-
,, ſengreinio noſtro, homine ad tran-
,, quillitatem animi & pacis ſtudia
,, unice compoſito, ſublatam, atque
,, eum, quod optime praeſtare poteſt,
,, eccleſiae ac religionis catholicae ne-
,, gotium ſolum, poſtpoſitis aliis omni-
,, bus, tractare velit, non abs re fe-
,, cerit ſanctitas ſua, nihilque a divi-
,, na pietate, atque cura iſta pro grege
,, commiſſo alienum, ſi, quem obedien-
,, tiſſimum & utiliſſimum habet filium,
,, propriae quadam liberalitatis an-
,, nuae ſignificatione juverit: eique
,, tercentum iſtos coronatos, quos tur-
,, bulenta praepoſiturae poſſeſſio for-
,, taſſis exprimeret, ex aerario ponti-
,, ficio tam diu perſolvi mandaret, do-
,, nec tutiori & tranquilliori aliqua
,, alia ratione proviſum ei fuerit. Quae
,, via uti honeſta, uti meritis & vir-
,, tutibus praeſtantiſſimi & optimi viri
,, apprime digna, ita etiam ab hujus
,, ſanctiſſimi pontificis pietate & boni-
,, tate minime eſt aliena. Veſtram au-
,, tem reverendiſs. & illuſtriſs. dile-
,, ctionem rogamus peramanter & offi-
,, cioſe, ut unam ex iſtis rationibus,
,, ultimam potiſſimum, ſiquidem ita
,, videatur, eidem S. D. N. proponat,

in quo tanta animi alacritate verſaris, literarum & optimarum artium ſtudio, tibi, ut debeo, gratulor ex animo. neque enim alium petere poſſes iſto praeclariorem aut principe digniorem curſum, quem ſummi principes ac duces, majores tui, tanta cum laude tenuerunt. nam ſtudium & cognitio literarum animum excolit utilibus ac ſalutaribus praeceptis, mentem incendit magnorum facinorum cupiditate, proponit exempla innumerabilia eorum, qui virtutis itinere ad ſummam gloriam pervenerunt. quamobrem omnibus, qui poſſunt, laborandum eſt, ut illud adipiſcantur proprium animi decus & ornamentum, maxime vero principibus & illuſtribus hominibus, qui populis, qui civitatibus praefuturi ſunt. illud enim ſapientiſſimi viri memoriae
c prodiderunt (c), beatas fore reſpublicas, ſi eas docti
d ac ſapientes principes adminiſtrarint. itaque non dubito, fore (d), quin tu, divina iſta ingenii acie & flagranti ſtudio, brevi eorum numero principum adſcribaris, qui relictam a majoribus nobilitatis & laudis cauſam atque haereditatem ipſi ſua virtute & magnarum rerum ſcientia amplificatam illuſtrarunt. quod ut ſummopere cupio, ſic Deum precor, ut praeſtantibus tuis optatis cumulate reſpondeat: cui perpetuum ſtudium & operam meam cupidiſſime defero.

„ eamdemque promoveat & urgeat pro „ ſua, qua praeſtat, auctoritate, plu„ rimum ac diligenter. quo ſuo offi„ cio non eccleſiae ſolummodo, reli„ gionis, & ſedis beatiſſimae ſalutem „ & dignitatem auxerit, hominemque „ optime meritum & idoneum op„ portuniſſime juverit, ſed nobis quo„ que ipſis gratum vehementer fecerit: „ cui viciſſim ad omnia amoris ac be„ nevolentiae officia ita parati ſumus, „ ut poſſumus eſſe maxime. Ex civi„ tate noſtra Monachio XIIII. die fe„ bruarii, anno 1567.

(c) Cicero ad Q. fratrem lib. I. epiſtola I. c. 10. (al 23.) *Atque ille quidem princeps ingenii & doctrinae Plato, tum quidem fore beatas reſpublicas putavit, ſi aut docti ac ſapientes homines eas regere coepiſſent, aut ii, qui regerent, omne ſuum ſtudium in doctrina ac ſapientia collocaſſent.*

(d) Hoc *fore* mihi ſupervacaneum videtur, aut, ſi retineatur, proxime non *quin*, ſed *ut* dicendum eſſe. Uſus eſt tamen eadem ſyntaxi Pogianus in epiſt. *Ego vero* d. 3. jan. 1561. & in epiſt. *Abſtulimus* d. 20. maji 1961. & alibi.

X L I V.

a **Otho Truchſes Card. Auguſtanus Martino Cromero. (a)**

29. jun. 1563. *Gratias agit ob voluntarium duplici in re praeſtitum officium.*

ETSI benignitas & humanitas tua, ſummaque in me benevolentia nullam expectat a me gratiarum actionem, tuque metiri ſoles fructum tuorum erga me meritorum cura & diligentia

(a) De Cromero vide epiſt. *Tametſi* d. 2. mart. 1560. & alias paſſim.

gentia officii, tamen meae partes ſunt, ut, quoniam facultas mihi non datur ulla tibi referendi gratias (*b*), agam ſaltem, &, quo poſſum, in te remunerando, hoc fungar munere orationis. ſcio, quam accurate quamque ex animo cauſam meam egeris apud regem tuum, quantumque ſtudii & operae apud eundem duplici in re mihi navaris: de quo eo etiam plus tibi debeo, quod tua ſponte, nullo rogatu meo, qui, quid ageretur & a quibus, omnino ignorabam, id negotii ſuſceperis. quare ago tibi, ut dixi, maximas gratias, tibique profiteor ſingulare ſtudium & amorem meum, a me quidem antea, pro tua excellenti virtute debitum atque delatum, ſed tamen recenti hac de cauſa neſcio quomodo auctum & cumulatum; Deumque precor, mihi ut offerat aliquod tempus, quo tempore, quod maxime cupio & debeo tua cauſa, re queam perſolvere, tuiſque optatis omnibus cumulate reſpondeat. Vale. Roma. XIII. Kal. julii. M.D.LXIII. b

(*b*) *Gratias agere*, at *gratiam*, non *gratias*, *referre* itemque *habere*, latine dicimus, niſi ſi quando cum *agere* verbum *referre* aut *habere*, ut hoc loco, conjungitur. tunc enim ea orationis figura, quam ſyllepſin graece dicunt, unum idemque *gratiarum* plurale nomen utrique verbo ſervit. ſemel, quod meminerim, *gratias referre*, ſeorſum ab *agere*, Cicero dixit, idque *Philippica* III. extrema: *Senatui*, inquit, *magnae curae eſſe ac fore, ut pro tantis eorum in remp. meritis honores eis habeantur, gratiaeque referantur*. quod adeo inſolens ac praeter Ciceronis conſuetudinem Dionyſio Lambino viſum eſt, ut in ſua omnium Ciceronis operum pariſina anni 1566. editione *gratiaque referatur* prope jure exhibuerit.

X L V.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Adriano Beſſemero. (*a*) a

Rationem inſtituendorum fratris ſui filiorum praeſcribit. 19. jun. 1563.

SCio, te monitore non egere ejus inſtitutionis, qua fratris mei filii (*b*) meliores & doctiores in dies evadant. nam & omnia, quae in iſto doctoris officio requiruntur, praeclare tenes, nec tua in eos voluntas poteſt eſſe propenſior. veruntamen magni intereſſe eorum exiſtimo, admoneri ipſos de judicio ea in re noſtro. quare hoc erit illis, te auctore, antiquiſſimum, ut Deum pie colant, & venerentur, omniſque illorum & actio & b

Rr 2 ora-

(*a*) Ad hunc eumdem data a Truchſeſio fuit die 24. apr. 1563. epiſtola, cujus initium eſt, *Egeram cum meis conſiliariis, te ut hortarentur, ut fratris mei filios, Lovanium ſtudiorum cauſa profecturos, deduceres, eſſeſque eorum doctor & moderator. quare &c.*

(*b*) Gebhardus & Georgius Truchſeſii.

Digitized by Google

oratio vera & catholica religione nitatur. nam, niſi reliquum vitae ac doctrinae quaſi aedificium chriſtianae & integrae pietatis fundamento fultum ſit, mirandum in modum omnia corruant, neceſſe eſt. hoc etſi utrique praeceptum dari debet, tamen Gebhardo (*c*), propter ſuſceptam eccleſiaſticam perſonam, magis

(*c*) Hic eſt ille Gebhardus, qui Othonis patrui ſtudio, in ſe catholice inſtituendo, ſalutaribus monitis, ac ſanctiſſimis exemplis uſque adeo non reſpondit, ut, archiepiſcopus colonienſis & S.R.I. elector deinde factus, a catholica religione turpiſſime defecerit. cujus miſerandum atque horribilem caſum in noſtris ad epiſtolam *Et itineris* d. 24. jan. 1562. adnotationibus perſequuti ſumus. quum autem haud ita pridem in quaſdam ad eum Gregorii XIII. pont. max. litteras, quibus hominem perditum ad ſaniora conſilia revocare conatur, incidiſſem, eas hoc loco ſubjiciendas duxi.

,, Venerabili fratri Gebhardo ar-
,, chiepiſcopo colonienſi, S.R. Imperii
,, Principi electori.
,, Gregorius Papa XIII.
,, Venerabilis frater, ſalutem &
,, apoſtolicam benedictionem. Truchſio-
,, rum domum non minus generis nobi-
,, litate, quam fidei catholicae ſtudio
,, & conſtantia antehac floruiſſe, te-
,, ſtis eſt inſignium virorum, qui ex
,, ea prodierunt, tum antiqua tum re-
,, cens memoria, praecipue vero car-
,, dinalis Auguſtani, qui principem in
,, ea locum obtinuit: apud quem tu
,, pie & religioſe, & quaſi in complexu
,, & gremio ſanctae romanae eccleſiae
,, educatus, non parvam olim praebui-
,, ſti ſpem, fore, ut dignus tali gene-
,, re ac diſciplina evaderes. hinc no-
,, ſtra erga te propenſio, noſterque pa-
,, ternus amor initium habuit, qui
,, poſtea, ex gravium virorum teſtimo-
,, nio non ſolum confirmatus, ſed etiam
,, auctus, fecit, ut de te nobis viciſſim
,, optima & rectiſſima quaeque polli-
,, ceremur. ſucceſſit tempus illud, cum
,, electus fuiſti a capitulo colonienſi in
,, archiepiſcopum illius eccleſiae; quae
,, electio cum maximis implicaretur
,, difficultatibus, & vehementiſſime op-
,, pugnaretur & quaſi expugnaretur,
,, tamen ea erga te uſi ſumus benigni-
,, tate, ut, ſublatis omnibus impedi-
,, mentis, capituli judicium, & ele-
,, ctionem de te factam approbaveri-
,, mus, confirmationiſque apoſtolicae
,, robur adjecerimus. ex his putaba-
,, mus, neminem te aut religionis
,, orthodoxae, aut ſanctae hujus ſe-
,, dis, aut etiam diſciplinae eccleſia-
,, ſticae ſtudioſiorem vel obſervantio-
,, rem fore, ſperabamuſque, in tua fide;
,, conſtantia & probitate vel maxime
,, debere nos conquieſcere. ſed dole-
,, mus, & quidem graviter dolemus,
,, noſtram hanc expectationem ex his,
,, quae de multorum literis, ſermo-
,, nibus & fama ipſa quotidie ad nos
,, perferuntur, non ſolum labefacta-
,, tam & imminutam, ſed pene dele-
,, tam, ac illa, quae circumferuntur,
,, talia eſſe, & loco munereque tuo
,, adeo indigna, ut ſine magno pudore
,, exprimi non poſſint. ſuſtinuimus nos
,, certe, quoad potuimus, ne quid-
,, quam, quod te indignum eſſet, cre-
,, deremus. ſed, cum rumor quotidie
,, ingraveſceret, coacti ſumus ſuſpen-
,, ſo ac ſollicito de te animo eſſe, nec
,, id diutius diſſimulare voluimus.
,, monemus igitur te, ut famae & ſa-
,, luti tuae in tempore conſulas, &, ſi
,, fortaſſe longius, quam oportuit,
,, progreſſus es, te revoces: ſin vero
,, falſa ſunt, quae objiciuntur (quod
,, potius vellemus) animum & ſenſum
,, tuum aperias & declares; nec patia-
,, ris, ex malevolorum ſermonibus
,, perpetuam notam & ignominiam ti-
,, bi, tuaeque agnationi, & ordini eccle-
,, ſiaſtico

magis eſt neceſſarium ; cujus modeſtiam & honeſtatem, non ſolum vivendi ratione & ſermone, ſed habitu & veſtibus conſtare oportet. debet enim rebus omnibus eam, quae contigit, Spartam ornare : atque ei maxime cavendum eſt, ut nullum praetermittat diem piae ac ſacerdotalis precationis; idque ex auguſtana formula (*d*). nulla eſt enim excuſatio praetermiſſionis divini *d*

,, ſiaſtico inuri, cogiteſque, quid Deo,
,, qui te ad iſtum ſublimem gradum
,, evexit, quid ſedi apoſtolicae, quae
,, te ſingulari quodam amore & gratia
,, complexa eſt, quid patriae, quid ge-
,, neri, quid chriſtiano nomini, quid pu-
,, blicae utilitati, quid denique tibi ipſi
,, debeas: qui, cum honorificentiſſimum
,, locum teneas, non alii magis, quam
,, tibi ipſi, inimicus fueris, ſi ita te
,, geſſeris, ut merito inde exturban-
,, dus ſis; cum tamen nullo negotio
,, eum tibi conſervare, & magnus in
,, eccleſia Dei, ac ſumma cum aucto-
,, ritate inter imperii principes eſſe
,, poſſis. memineris, quam difficiles
,, & periculoſi ſint novarum rerum
,, exitus, & quantopere cavendum ſit
,, prudenti & pio viro, ne temere fa-
,, mam, ſtatum, dignitatem, animam
,, denique ipſam in extremum diſcri-
,, men adducat : cujus rei non deſunt
,, noſtra aetate exempla, quibus do-
,, ceri poſſis. at ſi longius fortaſſis pro-
,, vecti ſumus, amori noſtro, digni-
,, tatiſque ac ſalutis tuae deſiderio id
,, aſſignabis. non enim dubitamus,
,, quin paterna haec monita noſtra id
,, apud te pondus habitura ſint, quod
,, omnibus nominibus & juſtiſſimis de
,, cauſis debent; atque reipſa eam pie-
,, tatem ac reverentiam erga ſanctam
,, hanc ſedem ſis oſtenſurus, qua nos
,, recreati te in dilectiſſimi filii loco,
,, ſicut antea, ita & poſthac habere,
,, & ea re magnopere laetari poſſimus.
,, ſed hoc literarum officio non con-
,, tenti, mandavimus venerabili fratri
,, archiepiſcopo trevirenſi, ut ad te
,, proficiſcatur, tecumque fuſius ea-
,, dem de re quamdiligentiſſime agat,
,, ac conſilium deliberationemque no-
,, ſtram clarius patefaciat; cui ple-
,, nam fidem te habiturum, non du-
,, bitamus. Datae Romae apud ſan-
,, ctum Petrum, ſub annulo piſcato-
,, ris, die 17. dec. M. D. LXXXII. ponti-
,, ficatus noſtri anno undecimo.
,, Johannes Bapt. Canobius.

Gebhardi ad has Gregorii litteras reſponſionem habes in tomo primo operis inſcripti *Litterae procerum Europae*, Lipſiae an. 1712. editi, pag. 27. Eam nos, & quia valde prolixa, & quia admodum impudens & flagitioſa ac plane haeretica eſt, deſcribere non ſuſtinuimus.

(*d*) Ad epiſtolam *Etſi non dubitabam*, extremo anno 1560. datam, diximus de libello quodam, qui ſic inſcribitur *Statuta collegii eccleſiaſtici in oppido Dilingae Auguſtenſis dioeceſis*, juſſu Truchſeſii noſtri anno 1553. Romae edito. ex ejus libelli cap. XI. quod eſt *de precibus dicendis* lux huic loco petenda eſt. *Jubemus igitur*, inquit, *ut omnes quotidie orent, utque ad eas preces dicendas aſſueſiant, quibus poſtea in eccleſiis uti debent, ideſt, ut formulam & praeſcriptionem orandi noſtrae dioeceſis ſequantur... Mane, non ita longe poſtquam ſignum ſurgendi datum fuerit, iterum campana pulſabitur, ut in locum, qui bis muneribus deſtinabitur, conveniant omnes; ut ibi Primam & Tertiam legant. ante prandii benedictionem Sextam dicere, Nonam autem poſt actas gratias. Ad eundem modum Veſperas ante coenae benedictionem recitabunt, Completorium poſt actas gratias. Matutinas porro preces ita dicent, ut eas cum laudibus prius abſol-*

vini officii, modo per valetudinem liceat; neque quiſquam, illis neglectis quotidianis precibus, ſe ullo modo ſacerdotem probare poteſt. ſit comis & humanus erga omnes. nam eſt hoc magnum nobilis adoleſcentis ornamentum, ejus vero, qui ſacris initiatus ſit, maximum. confido, eos, ut a te diligenter erudiuntur (e), ſic libenter ac ſtudioſe literis operam dare. qua in ratione ſtudiorum nihil me attinet praecipere, ut optimis utantur auctoribus, & latinae dictionis & ſcriptionis in primis magiſtrum adhibeant Ciceronem; &, quia ad magnarum rerum cognitionem magnum adjumentum afferunt graecae literae, ut eam linguam addiſcant. vincit enim ſcientia, cura, ac diligentia tua omnem & admonitionem & expectationem noſtram. quo plus etiam te amamus ac tibi debemus, tuique laboris & diligentiſſimi officii memores erimus. Vale, & Gebhardum & Georgium, mihi chariſſimos, meo nomine ſalutabis. Roma. XIII. Kal. julii. M. D. LXIII.

abſolvant, quam ſignum detur, ut eubitum eant ..... Quamvis autem preces cantari non jubeamus, quo plus temporis & otii aliis ſtudiis relinquatur, maximam tamen curam adhiberi cupimus, ut nihil obſcure, nihil praepropere, nihil abſque attentione, ſed omnia graviter, perſpicue & cum devotione pronuntientur: ne lingua ſola loquatur, & mens, quod ſaepe accidit, non modo abſque fructu maneat, verum etiam in gravem irreverentiae culpam incurrat.

(e) *erudiantur* exempl. Emendavi ex cod. vat.

XLVI.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Staniſlao Hoſio Card. Varmienſi.

23. jun. 1563.

De ſuo ad Ferdinandum caeſarem proximo itinere, deque excurſu Tridentum. De Gallorum in concilio poſtulatis.

EGerat mecum per literas Maximilianus, rex romanorum, ut Ferdinandum imperatorem, parentem ſuum, Oenipontem convenirem, a quo, quid mihi regis liberorum cauſa eſſet agendum, cognoſcerem (a). ſed, neſcio quomodo, multa adhuc

(a) De Maximiliani liberis, Ferdinandi imperatoris nepotibus, in Hiſpaniam a Truchſeſio deducendis, agendum erat. eos Philippus rex, patruelis fratris ſui filios, apud ſe habere atque educare volebat. ea re Truchſeſius Roma haud ita multo poſt diſceſſit, nec, niſi ſub initia Pii V. pontificatus, rediit, non diu ibi commoratus. de quo reditu abituque Joannes Polancus ad Hoſium ita ſcripſit litteris, ad eum die 2. febr. 1566. datis: *His die-*

adhuc voluntati & conſilio meo moram attulerunt . nec vero
commiſiſſem , ut , certa & expedita profectione , te , quem in
primis colo & obſervo , de itione illuc mea non facerem cer-
tiorem . ſpero quidem , fore , Deo approbante , me ut brevi in
viam dem , & ex itinere Tridentum divertam (*b*) . cupio enim , b
quam qui maxime , ſi fieri poſſit , actioni iſti (*c*), de qua tan- c
diu deliberatum eſt , intereſſe , ſed illud etiam magis , videre
te, tuoque coram frui doctiſſimo ac prudentiſſimo ſermone .
Velim Gallis ita reſpondeatur (*d*) , ut illi merentur , & ad d
extre-

diebus Romam pervenerunt litterae quaedam dominationis veſtrae illuſtriſſ. ad P. Caniſium , cum aliis ad P. Eugerium , praepoſitum provincialem ſocietatis noſtrae in Aquitania . utraſque miſit ad nos cardinalis Auguſtanus , qui Romae nunc agit .... Brevi diſcedet P. Natalis cum doctore Ledeſma , ut dietae imperiali , Auguſtae celebrandae , tanquam pontificis theologi cum P. Caniſio aſſiſtant .... Sequetur cardinalis Auguſtanus , ſimul cum card. Madruccio & Altaemps .

(*b*) In quod deinde tempus Truchſeſii hic Tridentum excurſus inciderit , docent binae ejus ad Hoſium litterae , alterae Kalendis dec. 1563. Brixina datae, in quibus *Craſtina* , inquit , *die ſereniſſimi romanorum regis filios hic expectamus , quibuſcum brevi Tridentum veniemus ; ubi reverendiſſimae dominationis veſtrae praeſentia frui licebit* : alterae tertio ſive potius altero (uam errorem in illarum litterarum adſcriptione irrepſiſſe , legendumque non IIII. ſed III. *dec.* puto) poſt die indidem datae , in quibus , *Sereniſſimi* , inquit , *Auſtriae principes heri a nobis eo , quo decuit , honore excepti ſunt . hodie ac cras hic ſubſiſtimus* , *die dominica* (incidit autem eo anno prima decembris dominica in diem quintum) *Cluſium , inde per Bolzanum ac vallem atheſinam Tridentum contendemus : quod , Diis nobis bene faventibus , proximo die Mercurii* (octavo decembris) *intrabimus ; ubi deſideratius nobis nihil poterit eſſe hac gratiſſima ac diu expectata commoditate ſermones cum reverendiſſ. dominatione veſtra miſcendi* . In binis item concilii praeſidum ad card. Borromaeum litteris de hoc auſtriacorum principum Tridentum adventu agitur . in prioribus , die decembris primo datis , *Havendo noi* , inquiunt , *havuto avviſo quì dal cardinale Madruzzo , che i principi figliuoli del rè de' romani dovevano queſta ſera trovarſi a Briſſinone , havemo riſoluto di mandare l'arciveſcovo Colonna , & il veſcovo di Parma ad incontrarli : che accetteranno volentieri queſto aſſunto ; sì come noi non mancheremo di provederli di quel che biſognerà dal canto noſtro* : in poſterioribus vero , die ejuſdem menſis tertio datis , *Saperà anco* , inquiunt , *che non mandammo poi quelli doi prelati ad incontrare gli figliuoli del rè de' romani; perchè , eſſendoſi in un tratto riſoluto di fare la ſeſſione , non parve a noi di doverci privare di loro , eſſendo quelli , che ſono , & affettionati quanto ſia poſſibile al ſervitio di noſtro ſignore , & della ſede apoſtolica : nè ſappiamo anco , ſe li manderemo più ; poichè alla giunta de' detti figliuoli non ſarà più concilio in Trento .*

(*c*) Intellige ſeſſionem XXIII. quam, die decimaquinto julii ſtatuerant patres , idibus julii celebrandam eſſe . vide epiſt. *Servabo* die 29. ſuperioris menſis .

(*d*) Quo locus hic intelligatur , afferam concilii praeſidum ad card. Borromaeum litteras , die 14. hujus menſis

extremum ; exploratis eorum conſiliis , nullum cuiquam relinqui

ſis datas . *Se la ſantità di noſtro ſignore poteſſe vedere con gli occhi proprij la faccia di queſto concilio , o noi foſſimo atti con lettere o con vere voci rappreſentargliela in guiſa , che lo poteſſe ben comprendere come ſtà , ſiamo ſicuri , che l' havrebbe in altro concetto di quel che l' hà . ma , perchè non poſſiamo , come vorreſſimo , a punto ritrarglielo del naturale , giudicamo però di non dovere eſſere eſcuſati , ſe non gliene damo tutto quel lume , che ſapemo & potemo darle . V.S. illuſtriſs. ſaperà adunque , che , come queſto concilio conſta di trè nationi principali , che ſono italiani , ſpagnuoli , & franceſi , così è diviſo in trè fattioni , che hanno ciaſcuna di loro la ſua mira & il ſuo fine : onde ſempre ſi muovono con le loro paſſioni & loro intereſſi .*

Gl' Italiani , ſe non tutti , perchè ſono di maggior numero aſſai , hanno ſempre l' occhio al ſervitio di noſtro ſignore , & alla conſervatione della corte di Roma , nè , per coſa , che ſi proponga loro , ſia di qual ſorte ſi voglia , ponno indurſi a penſar in eſſa altro , per abbracciarlo o ſchifarla , che il ſervitio o pregiuditio di ſua ſantità o della corte predetta .

Gli ſpagnuoli ad altro non mettono lo ſtudio loro , che ad inalzare più che ſi può lo ſtato de' veſcovi , & abbaſſare la grandezza & dignità di noſtro ſignore & de' cardinali , li quali vorrebbono mettere non ſolamente ſotto alli patriarchi , al creder noſtro , ma ſotto agli arciveſcovi , & forſe alli veſcovi ancora , sì che non haveſſero veſcovati , & foſſero ſemplici conſiglieri del papa , & ſe ne ſteſſero a Roma a far la cura delle chieſe & titoli loro , nè quindi poteſſero partire , ſe non mandati da ſua ſantità in qualche legatione ; & , perchè ſpererebbono eſſi di ſentire tanto maggior commodo & honore , quanto meno n' haveſſero i cardinali , cercano di levar loro l' autorità , & con lora inſieme quella di noſtro ſignore ; perchè vorrebbono eſſer papi nelli loro veſcovati .

I franceſi poi ad altro non tendono , che ad accreſcere la riputatione del concilio , & vogliono , che non ſolo ſia ſopra il papa , ma che in eſſo ſia tutta l' autorità della ſede apoſtolica , & che quello , che il concilio fà , ſia talmente fatto , che dal papa non ſe ne habbia da riconoſcere una dramma ; imitando & valendoſi in ogni coſa del concilio baſilienſe ; qual hanno per fondamento & per norma in tutte le loro attioni .

Queſti , ciò è , tanto franceſi , quanto ſpagnuoli , hanno poi il ſeguito non ſolo di quei pochi thedeſchi , che ci ſono , ma di parecchi italiani , i quali , come ſanno meno & ſono più poveri , facilmente ſi laſciano tirare dalla ignoranza , o dal biſogno molte volte a quello , che non dovrebbono .

S' aggiunge a queſto , che hanno il favore delli principi , i quali aborriſcono i modi & il procedere della corte di Roma , & non deſiderano altro , ſe non che ſi riformi . & , perchè in molti di queſti voti degli abuſi ſi è potuto aſſai chiaramente conoſcere , che animo ſia il loro verſo il grado de' cardinali , ſtamo con molto penſiero , che un qualche giorno non la diano fuora , & vogliano queſta riforma in ogni modo ; la quale ſe noi ricuſamo di volere , ſiamo ſvergognati , & ci facciamo odioſi a tutto il mondo : ſe anco vi conſentimo , è anco da temere , che la facciano più rigoroſa di quel che ſi penſa , & mettano la mano più oltra di quel che ſi vorrebbe : perchè , come voſtra illuſtriſs. ſignoria sà , la domandano non ſolo nelle facoltà & ne i coſtumi , ma nell' età , nella dottrina , nel numero , & in tutte le altre qualità . & , benchè i fini degli ſpagnuoli & delli franceſi ſiano diverſi , nondimeno , quando i franceſi domandino ajuto agli ſpagnuoli per dar alcuna di quelle coſe al concilio , che non li vengono , gli ſpagnuoli gli ajuteranno ,

linqui fallendi aut illudendi locum. Vale. Roma. IX. Kal. julii. M.D.LXIII.

ranno, per haver anch' eſſi i franceſi in ajuto loro a dar a doſſo alli cardinali, & far maggiore la conditione de' veſcovi così in apparenza, come in eſiſtenza. nel qual caſo non ſapemo, ſe la banda degl' italioni ſarà baſtante ad opporſi. perchè, quando franceſi, ſpagnuoli, thedeſchi, & parte degl' italiani ſaranno inſieme, ſaranno un groſſo numero, & tanto maggiore poi, ſe ne veniſſero & di Spagna & di Franza, come ſi è detto, col favor appreſſo delli principi. Queſta coſa nella noſtra conſideratione ci dà non piccolo ſpavento. onde havemo voluto con queſta noſtra per mezzo di V.S. illuſtriſs. rappreſentaria a ſua beatitudine, deſiderando, ch' ella vi diſcorra ſopra con la prudenza ſua, & vi trovi quell' eſpediente, che noi per noi ſteſſi non ſapemo ritrovarvi. & humilmente ce le raccomandiamo. Di Trento. alli XIIII. di giugno 1563.

Di V.S. illuſtriſs. & reverendiſs.

Humiliſſimi ſervitori
Il cardinal Morone.
Il cardinal Varmienſe.
Il cardinal Simoneta.
Il cardinal Navagiero.

Harum ipſarum litterarum ſententiam contulit diſertis multiſque verbis Pallavicinius in librum XXI. *hiſt. concil. trid.* c.4. n.6. & ſeqq. illa num.5. praefatus, quae inde huc ego transferens, meo etiam nomine, qui litteras ipſas recitarim, non quidem τοῦ προλόγου, ſed tamquam τοῦ ἐπιλόγου loco dicta volo: *Le perſone pratiche ed intendenti, alle quali ſole è indirizzata queſt' opera, e che ſole ne poſſon trarre diletto e coſtrutto, non prenderanno maraviglia nè ſcandalo, che, per natural condizione dell' huomo, nelle materie non evidenti, le opinioni ſeguiſſero aſſai gli affetti: nè potranno dimenticarſi, che, quantunque il ſinodo, unito al pontefice, haveſſe Dio per aſſiſtente, nondimeno ciaſcun de' padri da per sè poteva errare, e rimaner ſedotto dalla paſſione . . . Onde io voglio quì rappreſentare ſenza diſſimulazione la faccia del concilio in quel tempo, come appunto i legati la rappreſentarono al card. Borromeo, e i contrarij affetti delle nazioni, che ciaſcuna di eſſe riputava ordinati ad oneſto fine: dalla qual contrarietà procedeva in gran parte la contrarietà delle ſentenze nelle quiſtioni ſpeculative de' dogmi, e de' conſigli nelle diliberazioni agibili delle leggi. Gl' Italiani &c.*

XLVII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Friderico Truchſes fratris filio.

Ad litterarum & humanitatis ſtudia Patavii cum Carolo fratre commorantem cohortatur. 25. jun. 1563.

Audio, te cum Carolo, ſuaviſſimo fratre, Patavium veniſſe ſtudiorum cauſa: quam utrique rem maxime gratulor. eſt enim iſtud gymnaſium celeberrimum, &, mea ſententia, hoc quidem tempore, orbis terrae nobiliſſimum, ubi non modo bonis artibus praeclare vos erudiri licebit. ſed inſtitui etiam probatis & elegantibus moribus. tu vero, Friderice, iſti opportunitati & commoditati deeſſe noles. novi enim ingenium, novi cupi-

cupiditatem tuam virtutis & laudis . vides quid a te familiae noſtrae nobilitas, quid majorum dignitas poſtulent. nec dubito, quin Carolus, & ſua voluntate & tuo exemplo, ſuo fungatur
a officio. ego vos, ut ſpero, ex itinere (*a*) videbo. interea virtuti
b & valetudini operam date: de me autem ea (*b*) pollicemini, quae & ſanguinis cognatio & mea in vos propenſa voluntas requirit; ea denique a me expectate ſemper, quae a patruo veſtri amantiſſimo expectanda ſunt. illud vero cogitate, vos tan-
c quam ad mercatum optimarum artium veniſſe, unde (ut ille (*c*) ſcripſit ad filium) niſi pleniſſimos diſcedere turpe fuerit. Vale, mi Friderice chariſſime, cum Carolo fratre dulciſſimo. Romae. IX. Kal. julii. M. D. LXIII.

(*a*) Vide ſuperiorem epiſtolam de hoc Truchſeſii itinere.

(*b*) Deeſſe videtur *vobis*.

(*c*) Cicero lib. III. *de officiis* cap. 6. *Suſcepiſti onus praeterea grave & Athenarum & Cratippi: ad quos cum, tamquam ad mercaturam bonarum artium, ſis profectus, inanem redire turpiſſimum eſt, dedecorantem & urbis auctoritatem & magiſtri*. Ubi vides, non *ad mercatum*, quod Pogianus maluit, ſed *ad mercaturam* Ciceronem ſcripſiſſe: quae quidem omnium manuſcriptorum ac veterum editionum eſt lectio. At Manutius, ſimiliter ut Pogianus, libro V. epiſt. 17. ad Antonium Rolandium, Pariſios ſtudiorum cauſa profectum, *Non dubito*, inquit, *quin ſaepe tibi veniat in mentem, ex iſta urbe, quo tamquam ad ampliſſimum artium ingenuarum mercatum libenter omnes confluunt, inanem redire, quam non deceat.*

XLVIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus fratris filiorum Praeceptori.

23. jun. 1563. *Diligentem fratris filiorum inſtitutionem Patavino eorum doctori commendat.*

UT valde laetatus ſum, te, virum doctrina & virtute praeditum, Friderico & Carolo, fratris mei filiis, praeceptorem contigiſſe, ſic te, officium tuum illis diligenter & amanter tribuentem, certiorem faciendum putavi, gratam mihi eſſe curam ac diligentiam tuam, meque tui memorem futurum. nihil enim mihi optatius eſſe poteſt, quam illos ita erudiri & inſtitui, ut majorum noſtrorum & noſtra dignitas poſtulat; quod
a praeceptis & hortatu tuo fore, confidimus. qua in re iſta urbs (*a*), praecla-

(*a*) Non dubium eſt, quin urbs patavina ſignificetur, quo Fridericum & Carolum ſtudiorum cauſa fuiſſe miſſos, ſuperior epiſtola docet. De patavini autem gymnaſii praeſtantia, & de aliquot egregiis in eo per ea ipſa tempora docto-

praeclariſſimum optimarum artium domicilium, multum & te ad docendum & illos ad diſcendum debet incitare. ſunt enim iſtic hujus aetatis bonarum artium principes, eſt frequentia & flos ſtudioſorum; ut nihil ad veſtram utrorumque officii facultatem deſiderare poſſitis. ſed vos propediem videbo (*b*), Deo adjuvante. Vale, & Friderico (*c*) & Carolo, mihi chariſſimis, ſalutem dices meo nomine. Roma. IX. Kal. julii. M.D.LXIII.

doctoribus Paullus Manutius in epiſtolis ſuis meminit. libro quidem VI. epiſt.5. ad Jo. Sarium Zamoſcium, Patavii commorantem, *Et cum te*, inquit, *Sigonio noſtro, humaniſſimo viro, non iis modo artibus, quae ſpecie quadam alliciunt, & deſeſſum gravibus curis animum recreant, verum etiam iis, unde ratio ſumitur & moderatio vitae, inſtructiſſimo, totum, ut audio, dedideris, mihi crede, non eſt, quod aliunde quidquam petas, aut cujuſquam praeterea vivam in hoc genere vocem deſideres*. & epiſt.52. ad Nicaſium Casletanum, *Patavium*, inquit, *te veniſſe, quae ſemper urbs officina quaedam eſt habita doctrinae, laetor equidem communium ſtudiorum cauſa plurimum . . . Tibi ad Carolum Sigonium & Michaëlem Sophianum, praeſtantes viros, mihique & ſtudiis & amore conjunctiſſimos, cur litteris opus eſſe commendaticiis exiſtimem? . . . Tu quam libenter Patavii ſis, quamque diu te futurum putes, quo utaris in philoſophia doctore (nam Genuam, omnium facile principem, rariore jam dentium ordine minus explanate loqui, ajebant), haec ſi ad me ſcripſeris, & ſimul de ſingulis publice interpretantibus quid ſentias, duplicem fructum capiam &c.* Denique lib.VII. epiſt.16. ad Octavium Sanmarcum, *Adde*, inquit, *quod Patavium te contuliſti: quam urbem? Athenas alteras: ubi cum praeſtantes viri multi magnarum doctrinarum ſcientiam profiteantur, unum tamen in primis, quem ego ſemper plurimi feci, Pancirolum tibi audiendum colendumque delegiſti &c.* In quibus quidem alteris Athenis, praeſtantium magiſtrorum copia vel hac noſtra aetate redundantibus, *colendos* mihi, obſervandos ac diligendos Jacobum Facciolatum, Joannem Polenum, Julium Pontederam, Joannem Baptiſtam Morgagnium, doctiſſimos, humaniſſimos, meique amantiſſimos viros, jampridem ego *delegi*.

(*b*) Vide ſuperiorem epiſtolam.

(*c*) *Federico* exempl. Emendavi.

XLIX.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

De praefinito proximae ſeſſionis die. De Staphyli periculoſo morbo. De Germanico motu. De verſibus in romanum pontificem. 26. jun. 1563.

SI quintuſdecimus (*a*) menſis dies certus fuerit, nec praeterea ſit dilationi locus, non dubito, quin iſta actio fructuoſa reip. futura ſit. diu enim deliberatum eſt; ut nullus potuerit eſſe ſcru-

(*a*) De ſeſſione XXIII. in diem julii quintumdecimum rejecta, ſunt illa in concilii praeſidum litteris, ad card. Borromaeum die 14. hujus menſis junii datis:

Digitized by Google

ſcrupulus, quin exemptus, nullus nodus, quin ſit expeditus: nam nihil fugere debet tantam tot patrum ſapientiam, praeſertim ſumptis ad conſiderandas res tam multis jam diebus & men-
b ſibus. Male de Staphylo (*b*) bono viro, & docto homine, & qui omnes hoſtium non ſolum ictus & petitiones, ſed etiam intimos
c animi ſenſus cognitos haberet (*c*). ſed fortaſſe proximae literae meliora nunciabunt. De germanico motu jampridem audio, quae nollem. habent enim ardentia illa partium ſtudia & bellici apparatus magnum Dei irae argumentum: quam utinam alicujus pietas ac religio placare poſſit! Legi verſus quoſdam petulantiſſimos, in Germania factos, in ipſum Christi vicarium, in omnem eccleſiaſticum ordinem; qui mihi magnum dolorem inuſſerunt. & quis erit modus peſtilentiſſimae licentiae? & quando reſipiſcet audacia? cum videlicet nos noſtri meminerimus, cum perſonam noſtram tuebimur. Ardeo cupiditate videndi te, in quo veteris doctrinae & religionis imaginem ſemper agnovi; quem nobis in tanta penuria verae pietatis Deus ſervet incolu-
d mem. Roma. VI. Kal. (*d*) julii. M. D. LXIII.

L.

datis: *Queſta mattina quì in camera di me Morone havemo parlato col cardinale di Lorena, con Madruzzo, & con gli ambaſciatori dell' imperatore, di Polonia, & di Savoja, & alcuni altri prelati, della neceſſità, che è di ſtatuire il giorno della ſeſſione, eſſendo domane il termine... Della ſeſſione ſi concluſe di metterla alli 15. di luglio; non perchè vediamo le coſe talmente digeſte, che poſſiamo eſſer certi d' haverla a celebrar quel giorno, ma perchè havemo deſiderio di levarci da queſta mezza infamia di non far già tanti meſi ſono ſeſſione: & per queſto ſollecitaremo tanto più; & ſperamo, che la bontà di Dio ci ajutarà, & ſarà riuſcibile, & forſi facile quel, che pare a noi così difficile di riuſcire.* Quod quidem haud aliter accidit. ipſis enim julii menſis idibus celebrata ſeſſio deinde fuit.

(*b*) De Friderico Staphylo vide Truchſeſii epiſtolam, ad ipſum d. 28. feb. 1561. datam. de ejus gravi ac periculoſo morbo allatus fuerat Romam per haec tempora nuncius. ex illo tamen eum morbo convaluiſſe, teſtis eſt Caniſii ad Hoſium epiſtola, die 6. nov. hujus ipſius anni Auguſta Tridentum data: *Mitto*, inquit, *litteras D. Staphyli, qui ſcribit ad me, magni illas eſſe momenti; & timet neſcio quas novas turbas & conſpirationes iſtorum, qui neque cum catholicis, neque inter ſe umquam poſſunt convenire.* Non diu tamen ſuperfuiſſe eum, diſcimus ex Martini Cromeri ad Hoſium litteris, die 18. martii 1564. Vienna datis, in quibus, *Staphylus*, inquit, *mortuus eſt ... quinto martii*.

(*c*) Id oſtendit Staphylus egregio opere, de quo card. Puteus in quibuſdam ad Hoſium litteris, die 27. aug. 1560. Roma Viennam datis, *Accepi*, inquit, *a Leonardo Confeſſionis librum, Viennae nuper impreſſum; qui mihi gratiſſimus fuit. nec minus etiam gratus accidit Index, ſive ordo & ſeries tota cum ſucceſſionis haereticorum noſtri temporis, tum etiam diviſionum inter ſe. quod ego opus Staphyli, hominis diligentiſſimi atque ejus rei peritiſſimi, plurimi aeſtimo; curaboque, ut collegae mei eam ingenioſam Staphyli diligentiam perlegant.*

(*d*) *Kalendis* exempl. Emendavi.

L.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Profeſſoribus Gymnaſii & Collegii Dilingenſis. (*a*) *a*

Significat, eorum ſe opera in dilingano gymnaſio & collegio, quod ſocietatis Jeſu hominibus traditurus eſſet, amplius non indigere, eiſque honeſtiſſimam miſſionem dat. 3. jul. 1563.

CUM juſtiſſimae nos cauſae (*b*) moviſſent, & ad deliberandam rem tempus ac prudentes viros adhibuiſſemus, viſum fuit aliquando faciendum, ut ad collegium (*c*) iſtud divi Hieronymi dilingenſe adjungeremus alterum collegium jeſuitarum, non ut quicquam de nomine aut inſtitutis prioribus immutaremus aut detraheremus, ſed ut hoc illi (*d*) commodum & ornamentum adderemus. quare, cum ex illa ſocietate eam copiam magiſtrorum habituri ſimus, qui utrique collegio (*e*) in iſto

(*a*) De gymnaſio & collegio ſeu ſeminario ſuevicae juventutis, Truchſeſii opera ac ſumtibus Dilingae conſtituto, ſatis multa diximus ad epiſt. *Etſi non dubitabam*, extremo anno 1560. datam.

(*b*) Eas cauſas pluribus recenſet in epiſt. *Quod Tridentum*, ad iprenſium epiſcopum die 2. inſequentis menſis auguſti data: *Scito*, inquit, *me de cimittenda iſta, ut ſcribis, univerſitate, aut de immutando ulla ex parte collegii jure vel nomine, nihil omnino unquam cogitaſſe: contra vero omnem curam & cogitationem meam multos menſes in eo poſuiſſe, quomodo illud ornare & augere, & divinum beneficium omni officio ac diligentiae meae inſtrumento proſequi poſſem. ſumma autem rationis & conſilii mei ſpectabat huc, ut in reliquum tempus certa & uberrima doctrinae & inſtitutionis ſubſidia collegio providerem. qua re multum diuque cogitata, vocatis ad deliberandum piis & prudentibus viris, aliquando illa placuit ſententia, ut ex jeſuitarum ſocietate magiſtros collegio adhiberem. ſunt enim illi homines, ut ſcis, inprimis religioſi & ad docendum apti: h. bene uſum & artificium quoddam inſtituendi juventutem. qua re fit, ut Romae & multis praeterea in locis magna ad eos multitudo confluat ſtudiorum cauſa: &, quod caput eſt, non deeſt illis copia magiſtrorum: ut hoc conſilio & adjumento non ſolum in praeſens tempus, ſed in perpetuum, quod ad id attinet, collegio divi Hieronymi conſultum putem. nec vera verendum eſt, ne illi hoc onus non ſuſtineant, qui majora perferre conſueverint, aut, qui perturbatam ſaepe religionem chriſtianam diſciplinamque reſtituerunt, ne praeclara aliorum inſtituta non proſequantur. &c.*

(*c*) Collegium hoc S. Hieronymi ſodalitium quoddam erat, ſeu, ut vulgo dicimus, ſeminarium, ſuevica primariae nobilitatis juventute conſtans, a Truchſeſio inſtitutum.

(*d*) *illis* exempl. & codex vat. Emendavi *illi*, ut hoc referretur ad illud *collegium divi Hieronymi*.

(*e*) Praeter collegium ſeu ſeminarium ſancti Hieronymi, publicum etiam gymnaſium, ſeu, ut ajunt, Univerſitatem

iſto docendi munere ſatisfaciant, vos de re & conſilio noſtro
admonere volumus, ut rationibus interea veſtris conſulere poſ-
ſitis. vobis igitur merces laboris veſtri uſque ad proximas ferias
(quas vacationes appellant) perſolvetur: ad quod tempus in
f veſtri officii munere perſeverabitis (*f*). quod vero veſtram iſtic
operam nobis praeclare navatam intelligimus, fidemque ac di-
ligentiam probamus in omni functione veſtri muneris, jubebi-
mus etiam, praeter pactum pretium, vobis aliquid dari hono-
ris cauſa. noſtrum quidem ſtudium & operam nunquam a vo-
bis deſiderari patiemur. quinetiam omnibus, quicunque novam
aliquam provinciam ſuſcipere voluerint, ſi opus fuerit, non
ſolum teſtimonium noſtrum, ſed etiam diligentem commenda-
tionem pollicemur; & omni denique, quocunque poterimus,
ſem-

tatem Dilingae Truchſeſius inſtituerat; quo non ſolum ſeminarii alumni, ſed dilingani cives & ex tota Suevia, qui vellent, ſtudiorum cauſa confluebant. hoc gymnaſium *collegii* item nomine Truchſeſius appellat, idque ſignificat dicens, habiturum ſe ex ſocietate Jeſu magiſtros, qui *utrique collegio* in docendi munere ſatisfaciant.

(*f*) Quae Ignatius Agricola in ſua *Hiſtoria provinciae S. J. Germaniae ſuperioris* decade 3. n. 98. commemorat, non video, qua ratione cum his Truchſeſii litteris congruere poſſint. ait enim ad hunc eumdem annum 1563. *Dum haec agebantur, mature interim indicata miſſio eſt prioribus Dilingae magiſtris* (hanc miſſionem indicatam videmus Truchſeſii hac ipſa epiſtola, die 3. jul. ejuſdem anni 1563. data), *quam minime inviti acceperunt, quod ex his, qui quidem digni videbantur, ad munia ſalariaque majora fuerint promoti. unde factum, ut, circa ferias paſchales, ſcholae omnes vacarent jam profeſſoribus* (incidit hoc anno 1563. Paſcha in diem undecimum aprilis. quomodo igitur potuerunt aprili menſe *vacare profeſſoribus* dilinganae *ſcholae omnes*, ſi non niſi menſe hoc julio *indicata* iiſdem profeſſoribus miſſio eſt a Truchſeſio, iiſque indictum, ut *ad proximas ferias, quas vacationes vocant, in ſuo munere perſeverarent*? dicerem, Agricolam *paſchales* pro *autumnales* mentis aberratione ſcripſiſſe, niſi haec noſtra conjectura atque interpretatio iis, quae mox ille ſubdit, excluderetur), *at non item diſcipulis, noſtrorum adventum avide praeſtolantibus: donec morae pertaeſi paulatim & hi dilaberentur. Quare ſub Pentecoſtes feſtum Roſendalius conſcenſo ſuggeſtu latina oratione in laudem ſocietatis graviſſime peroravit, effecitque ut jam fere nullus diſcederet.* Pentecoſtes feſtum incidit anno 1563. in diem menſis maji triceſimum. vult igitur Agricola, dilinganas omnes ſcholas aprili menſe vacare profeſſoribus coepiſſe; diſcipulos autem dilapſuros omnes fuiſſe, niſi eos Roſendalius oratione ſua, extremo majo habita, retinuiſſet. Componat haec atque conciliet, ſi quis poteſt, cum hac noſtra epiſtola, a Truchſeſio ineunte julio ad dilinganos profeſſores data, quaque ſic illi dimittuntur, ut jubeantur tamen ad proximas vacationes in docendi munere perſeverare. Neque illud dici poteſt, de alio quodam anno Agricolam agere, non vero de 1563. praeter enim quam quod res hujus ejuſdem anni ea libri parte perſequitur, ita continuo ſcribit: *Advenere tandem noſtrates inclinante ad exitum novembri, ejus videlicet die menſis vigeſimo, qui inciderat in ſabbatum.* in ſabbatum autem anno 1563. dies menſis novembr. viceſimus incidit.

ſemper adjumenti & ornamenti genere vos proſequemur. Valete. Roma. v. non. julii. M. D. LXIII.

L I.

Julius Pogianus Laevino Torrentio. (*a*) a

Ejus poëticam facultatem laudat, & quaedam in ejuſdem carminibus de Partu Virginis notat. 5. jul. 1563.

EGO te, Laevine ſuaviſſime, non minus lyricum poëtam, quam virum bonum ſemper exiſtimavi, nec a mea ſententia abhorret eorum ratio, quorum iſto in genere judicium & ingenium probari ſolet. itaque cum caeteris, quae antea legi, poëmatibus tuis (*b*) eſſem admodum delectatus, incredibile eſt, b quan-

(*a*) De Laevino Torrentio, leodienſium hoc tempore archidiacono, poſtea antuerpienſium epiſcopo, ſaepe in ſuperioribus epiſtolis dictum eſt.

(*b*) Exſtat in hujus collegii romani, ubi haec ſcribimus, bibliotheca duplex Laevini Torrentii poëmatum antuerpienſis editio, altera anno 1575. altera, eaque retractatior & auctior, anno 1594. procurata. prior illa continet *Hymnorum de partu virginis* libros tres: *Hymnorum de puero Jeſu* librum unum: *In natalem Chriſti* elegiam: *De voto, ſeu de occaſione ſcribendi de partu virginis* elegiam: *De cruento D. N. Jeſu Chriſti ſacrificio* libros tres: *In Johannis auſtriaci navalem de Turcis victoriam* odam: *De bello turcico* librum unum. Hanc editionem Benedictus Arias Montanus luculento hoc, in operis calce adſcripto, teſtimonio auctor locupletiſſimus probavit: *Tres libros de partu virginis, & unicum de puero Jeſu, uno cum elegiis ad divam virginem, a me perlectos, teſtor, puros, cultos ac plane pios eſſe, nihilque haberi, quod catholicorum animos, poëticae dictionis non ignaros, offendere poſſit: dignos praeterea cenſeo, qui ad pietatis ſtudioſos carminis argumentique totius elegantiae* (fort. *elegantia*) *afficiendos atque juvandos in lucem edantur. Datum Antuerpiae* IIII. *non. april.* 1572. *Librum etiam, qui recens acceſſit. De cruento D. N. Jeſu Chriſti ſacrificio, carmine ſelectiſſimo conſcriptum, ut pium, elegantem & utilem probo, atque piis viris, a poëtica arte non alienis, ſuaviſſimum fore praedico; nihilque continere teſtor, quod purgatas offendat aures catholicorum virorum. Antuerpiae prid. cal. maji* 1575. Altera anni 1594. editio continet, praeter ſuperiora poëmata, *Hymnos duos, divis Stephano & Joanni dictos,* & *de Chriſto in cruce pendente* elegiam, & *Rerum a divo Paulo geſtarum* libros duos, denique *Odarum ad amicos* libros item duos. quos inter amicos (id, quod nobis eſſe ampliſſimum duco, gratiſſimoque animo proſequendum) ſocietatis noſtrae hominibus video eſſe non poſtremum locum a praeſtantiſſimo poëta datum; quos ille oda quadam affatur, cujus initium eſt:

O grata caelo ſancta ſodalitas,
Rex regum Jeſus nomine quam ſuo
Illuſtrat exornatque, toto
Ut celebris memoreris orbe.

cujus erga nos amoris illud certius atque illuſtrius argumentum eſſet, ſi, quod Deſſelius in ſua *Bibliotheca belgica* tradit, lovanienſe ſocietatis Jeſu collegium Torrentius hic noſter fundaſſet: de qua tamen re nihil video in hiſtoricis noſtri ordinis monumentis exſtare.

Digitized by Google

quantam ex carminibus *de partu virginis*, quae proxime mihi miſiſti, ceperim voluptatem. eſt omnino ea materies digna ingenio, digna facultate tua. quare conſilium etiam tuum laudo vehementer, qui donum iſtud ampliſſimum, tibi divinitus datum, converteris ad celebrandas Dei laudes, memor ordinis & inſtituti tui. ergo propoſitum urgebis; & muſas, tecum Jeſu Chriſti ſacris initiatas, in officio continebis. quid de te & de re exiſtimem, habes. ſed, quoniam ab homine olim cognovi, communi utriuſque noſtrum amico, queſtum eſt te ſecum per literas, quod nihil immutaſſem in iis verſibus, quibus (opinor)
c perſequebare vini laudes (c), calumniabor nunc te potius, quam ut tibi aliquam ſuſpicionem dem negligentiae. quod autem arbitror placere tibi, ut vocabulis utaris omnibus, quae ſcriptores adhibuerunt eruditorum temporum, neque velle te exigua illa verborum ſupellectile eſſe contentum, quam Lucretius, Catullus, Virgilius, Tibulluſque reliquerunt, verba ambitioſe non
d corrigam; caeterum (d) ſententiam meam adſcribam. MUSA SI-
e NIT GREGIBUS BONORUM (e). PIORUM dixerim. POENASQUE, QUAS
f JUSSI NOCENTES PENDERE (f). ſi *péndere* pro *pendunt*, haud ſcio, an uſitatum: ſin aliter, aliquid deſidero ad ſententiae perſpicui-
g tatem. ARCANA FATORUM REVOLVENS (g). *Fati* vox abhorret ab homi-

(c) Fortaſſe ſignificatur id carmen, quod legitur pag. 357. editionis anni 1594.

Tu vero huc vetulam fer, puer, amphoram,
Et vinum cyathis funde capacibus.
Vino pellere curas,
Lydenque ex animo juvat.
O dulcis liquor! &c.

(d) Haud alia eſt codicis etiam vaticani lectio.

(e) Hymnorum *de partu virginis* initium hoc eſt in utraque, de qua diximus, editione:

Procul profani, ſint procul improbi
Nondum expiati, quos ſceleris manent
Poenae, nec admitti ſacrato
Jura ſinunt numero piorum.

Aliter extrema Torrentius ſcripſerat; in quibus pro *bonorum* Pogianus *piorum* maluiſſet: cui morem in eo geſſiſſe Torrentium, ſua illa edentem, videmus, & nonnulla praeterea ſuo judicio immutaſſe.

(f) De Deo, homine facto, illa ſcripſit ediditque Torrentius:

Aeternus, ingens, omnipotens Deus
Mortale corpus ſumpſit, & arduos
Adire dignatus labores
Tandem inopem rigidamque vitam
Clauſit probroſa morte: nec horruit
Saevorum acerbas carnificum manus,
Poenaſque, quas juſſi nocentes
Pendere pro meritis latrones.

Diſplicuit Pogiano, non in metri, ſed in unius latinitatis rationem inquirenti, a Torrentio dici *péndere* pro *pendunt*; aut, ſiquidem *péndere* retinere Torrentius volebat, non eum aliquid addidiſſe, puta *ſunt*, aut *ſolent*. ſed Pogiani judicio in hac quidem re poëta non acquievit.

(g) Hic verſus in editionibus nullus compáret. ſequitur autem continuo poſt ſuperiora:

Haec ipſe mundi principio pater
Sic deſtinarat, cum vetitae reus
Adamus eſcae, mortis atrae
Nexibus implicuit nepotes.

Cal-

Digitized by Google

homine chriſtiano. NON SULFURE, AUT LUSTRATA TAEDIS, OMNIBUS OCEANI VEL UNDIS. Etſi haec praeclare dicuntur, tamen, quia de re divina ſermo eſt, & ſumi poſſunt e ſacris literis alia ſacrificii genera, quae ſunt adhibita ad placandum Deum, malim vere, quam poëtice dici: praeſertim cum illa etiam veritas ornari poſſit. SED HAEC SONORAM QUAE DECEANT TUBAM (*b*). b
Canoram magis placet. MAJORE QUONDAM CUM STREPITU CANAM. *Cum ſonitu*; quia *ſtrepitus* vix videtur in virtute locum habere. Videor mihi legiſſe apud doctos & ſanctos viros, Mariam virginem tum, cum angelus divinum ad eam attulit mandatum, in manibus habuiſſe eos vates, qui fore praedicerent, ut Deus Verbum homo naſceretur, ac rem illam admirabilem cogitatione complexam, beatiſſimam illam exclamaſſe, quae Dei mater futura eſſet, ſeque exoptaſſe ejus eſſe famulam (*i*). quae ſi vera ſunt, magnam praeberent materiam ad ornatum. ſed haec i
tu & alia melius. ego, ne omnino nihil dicerem, haec dixi.

Culpam omnis illam poſteritas luit,
Contagioſo obnoxia crimini:
Labemque gliſcentem ſub ipſis
Oſſibus, illuviemque tetram
Purgare nullis ſat potuit modis;
Non mille caeſis pinguibus hoſtiis,
Non ſulſure aut luſtrata taedis,
Omnibus oceani vel undis.

In his poſtremis verſiculis quid Pogianus non ſatis probarit, ipſe ſubjicit.

(*b*) Extrema primi hymni oda hac ſtropha in editione utraque concluditur:

Sed haec, ſonoram quae deceant tubam,
Majore quondam cum ſonitu canam.
Nunc leſbio percurre plectro
Virgineum, mea Muſa, partum.

Ex duobus, quae in his Pogianus reprehenderat, unum dumtaxat videmus a Torrentio fuiſſe emendatum.

(*i*) Actius Syncerus Sannazarius lib.I. *De partu virginis* pium hoc commentum ſive primus invexit, ſive alios ſequutus hiſce verſibus elegantiſſimis exornavit:

Aſt, ubi palmiferae tractu ſtetit altus Idumes,
Reginam haud humiles volventem pectore curas
Aſpicit. atque illi veteres de more ſibyllae
In manibus, tum ſi qua aevo reſeranda nepotum
Fatidici caſto cecinerunt pectore vates.
Ipſam autem ſecuram animi laetamque videres
Authorem ſperare ſuum. namque affore tempus,
Quo ſacer aetheriis delapſus ſpiritus aſtris
Incorrupta piae compleret viſcera matris,
Audierat. Proh quanta alti reverentia caeli
Virgineo in vultu eſt! oculos dejecta modeſtos
Suſpirat, matremque Dei venientis adorat:
Felicemque illam, humana nec lege creatam
Saepe vocat; necdum ipſa ſuos jam ſentit honores.

Verum de hac quaeſtione, in qua re nempe Maria virgo, cum ab angelo ſalutata eſt, occuparetur, placet illa mihi Joannis Maldonati in *Evangelium Lucae* cap.1. n.29. ſententia: *Quid autem ageret tunc, cum ad eam angelus ingreſſus eſt, quia evangeliſta non indicat, & traditio eccleſiaſtica nulla docet, neſcio an poſſit ſine curioſitatis vitio quaeri, & ſine majori temeritatis vitio definiri.*

k l Octavius (*k*) noſter (*l*) profectus eſt ad aquas viterbien-
m n ſes (*m*). Manutium vix adhuc videre potui (*n*). Gámba-
ra

(*k*) Octavium Pantagathum intellige, virum illum ex ordine ſervorum beatae Mariae virginis omni doctrinarum genere praecellentiſſimum.

(*l*) *Noſtrum* vocat, quia Pantagathus utriuſque amiciſſimus erat. Torrentii quidem eximiae, eximiique amoris indices, tres odae in libro I. *Odarum ad amicos* exſtant ad Octavium *Panagathum* (ſic enim eum ſemper, numquam autem *Pantagathum* appellat: fortaſſe recte. ut enim *ex omni parte beatus* graece πανόλβιος, non παντόλβιος dicitur, ſic *ex omni parte bonus* ſive *omnibonus* non παντάγαθος, ſed πανάγαθος dicendus videtur. quamquam etymologiae haec ratio in παντοκράτωρ *omnipotens*, in παντεφιέτης *omnia appetens*, in aliiſque non valet: ut propterea ne παντάγαθος quidem repudiandum videatur): quarum prima eſt de cardinalis Salviati morte; altera in febrim, qua Pantagathus laborabat; tertia de valetudine ab eo recuperata: cujus odae illae ſunt extremae ſtrophae:

At vos, virentis quos ederae juvat
Sperare doctis praemia frontibus,
Gaudete communi recepto
Dulcibus in ſtudiis parente:
Et lecta templis ducite munera,
Feſtum colentes carminibus diem,
Qui illi ſalutaris, meaque
Carior eſt mihi iure vita.

(*m*) Haec aquarum viterbienſium commemoratio, ad quas profectus, valetudinis certe cauſa (habentur enim hac etiam noſtra aetate ſaluberrimae), Pantagathus dicitur, in mentem mihi hendecaſyllabos illos M. Antonii Flaminii verſus revocarunt, quibus multo ante hoc tempus (nam die 17. febr. 1550. diem ſuum Flaminius obierat) eumdem Pantagathum poëta elegantiſſimus ad viterbienſem ſeceſſum invitat carmine XXXI. libri V. patavinae editionis anni 1745. apud Joſephum Cominium: quod quidem, ſingulari viro maxime honorificum, libet adſcribere:

Ad Octavium cognomento Patrem.

Octavi Pater, ad viterbienſem
Seceſſum venias, rogamus omnes,
Polus, Parpallas, Priulus, ipſe
Tuus Flaminius. nec eſſe Romae
Tutum eſt, cum rapidus caniculari
Aeſtu ſol furit, & Viterbi in urbe
Jucundo fruimur tepore veris
Aeſtate in media: nec ulla certe
Eſt ſalubrior ora; nec ſodales
Tui habes, mihi crede, amantiores
Uſquam: te licet elegantiorum
Nemo non amet unice, colatque.
Cur ergo, Pater, huc venire ceſſas?
Num te illa innumerabilis librorum
Tenet copia curioſum? habebis
Et hic graeca volumina & latina,
Quae laſſare valent decem otioſos
Plinios: licet uſque, & uſque, & uſque
Noctes atque dies legas, ut hercle
Facis, ne dubita, tamen novorum
Haud te deficiet librorum acervus.
Ergo rumpe moras, Pater venuſte,
Mellite, optime; nec tuos ſodales
Contemtos habe. amore vinci ab ullo
In primis tibi turpe, quem fatentur
Exemplum memorandum amoris omnes.

(*n*) Atqui Romam Manutius jam inde ab aeſtate anni 1561. Venetiis venerat. Vide epiſt. *Ano Gratiano* d. 22. jul 1559. Verum tum Manutii, tum Pogiani occupationes fecerant, ut congredi ac colloqui tanto intervallo vix potuerint. Manutius quidem quam eſſet occupatus declarat ipſemet non unis ſuis ad diverſos litteris, ſed praeſertim iis, quas ad Petrum Miſcovium XIV. Kal. oct. 1561. dedit. *A quo die*, inquit, *accitus a ſummo pontifice ad Urbem veni, otioſo numquam eſſe mihi licuit: &, quantum divino, eadem perpetuo erunt omnia. neque vero ſalutationibus quotidianis, quarum pleraeque mihi quidem voluntariae ſunt, neceſ-*

ra (*o*) legit & probavit, niſi quod a te, uno, ut ait, ex principibus noſtrae aetatis poëtarum, vellet quaedam dici elegantius; ut illa, QUA (*p*) CANDESCIT, ET QUA OCCIDUO RUBET AURA SOLE, quae pulcherrime & paſſim a poëtis deſcribuntur: & paulo poſt, MERSUSQUE NATABIT OCEANI LEVIS IGNIS UNDA, non ſatis illi videtur explicata rei veritas. idem vix fert hanc loquendi formulam, HUMANAM (*q*) PROGENIEM STUPENTEM CURVO VULTU: quid enim eſt, inquit, *curvus vultus?* IMBRES vero AUREOS, & RECUDE GENTEM, & SACRUM (*r*) TOLERARE PONDUS, & MISSO RUBORE, quae ſunt robuſtioris cujuſdam eloquentiae, non illi ſatis mollia videntur. Cardinalis Auguſtanus, patronus meus, qui te plurimi facit, brevi ex urbe Mantuam verſus proficiſcetur (*ſ*), ut ibi Maximiliani regis liberos expectet, quos deducet in Hiſpa-

neceſſarias quaſdam aliis ambitio facit, valde me deditum eſſe velim exiſtimes. valeant haec, & ſi quid eſt generis ejuſmodi. ego in ea cura, quam ſuſcepi, ut emendati edantur ſacri libri, mihi eſſe haerendum intelligo; & eo magis, quod ad res praeclaras, communemque animorum utilitatem, ita pontificis voluntas incumbit, ut excitet ſtudia multorum, eaque intermitti aut langueſcere non ſinat.

(*o*) Laurentius Gámbara, brixienſis, poëta praeſtantiſſimus fuit: de cujus & carminibus & laudibus vide *Specimen variae litteraturae &c.* a litteratiſſimo illo cardinale, litterarum litteratorumque fautore, Angelo Maria Quirinio, S.R.E. bibliothecario, & brixienſium epiſcopo, Brixiae anno 1739. publici juris factum, pag. 264. & ſeqq.

(*p*) Integer locus in editione antuerpienſi anni 1575. pag. 9. hujuſmodi eſt:

Ut grande numen poſteritas tuum
Ubique dignis obſequiis colat,
Surgente qua ſplendeſcit, & qua
Occiduo rubet aura ſole.
Tu ſolus expers principii, cares
Et fine; nec, tu ſi renuas, brevi
Tam pulchra momento manebit
Machina: ſed ſubito revulſis
Commota tellus cardinibus ruet,
Ruentque caeli candida ſidera
Sparſuſque turbata natabit
Oceani levis ignis unda.

(*q*) Pagina ejuſdem editionis 10. ſic integra iſta leguntur:

Sed tarda pravo progenies ſtupens
Humána ſenſu, oblitaque originis
Caeleſtis, aeternaeque flammae,
Atque animos generantis aurae,
Tollenda ſurſum, lumina dejicit,
Depreſſa inerti pondere corporis,
Brutiſque, terreniſque membris,
Degenerique hebetata morte.
Erumpe caelo, nubila divide,
Riganſque tellurem imbribus aureis
Deſcende: nec promiſſa differ
Pignora amicitiae, novamque
Recude gentem. da ſobolem, pater,
Ducemque vitae &c.

(*r*) Hoc *ſacrum tolerare pondus* in Torrentii editis carminibus nuſquam invéni; ut id, cognita Gámbarae cenſura, ſuſtuliſſe poëta videatur. at illud *miſſo rubore* exſtat etiamnum in illa ſtropha

Queis illa tantis indiciis palam
Negare deprenſa haud potuit fidem:
Miſſoque paulatim rubore
Seque ſuoſque fateri honores
Coepit, recepti conſcia numinis &c.

(*ſ*) Auguſto proximo menſe ineunte profectus eſt: cujus profectione Pogianus deſiit litteras ejus nomine ſcribere.

ſpaniam. ego a me impetrare non poſſum, ut ab urbe diſceſdam (t). Vale. III. non. julii. M. D. LXIII.

(t) Truchſeſius ex urbe diſceſſurus ſecum Pogianum ducere magnis propoſitis conditionibus voluiſſet. ille, ut urbem relinqueret, nulla conditione adduci potuit. id ipſe epiſtola *Quantum meum*, ad Alphonſum Caraffam cardinalem die 23. oct. hujus anni data, quam ſuo loco exhibituri ſumus, teſtificatur.

L I I.

a ### Julius Pogianus Laevino Torrentio. (a)

1563. *Alia quaedam in ejus De partu virginis carminibus reprehendit.*

QUod Mariae virgini vim & virtutem ſcribendi tuam acceptam refers, recte tu quidem & pie facis. non enim (puto) in iſtis laudibus, quibus ornaſti divinum partum, ſine caeleſti numine tua extaret induſtria. tantum abeſt, ut illa poëticae artis coloribus pingi queant, vix ut poſſint hominum cogitatione depingi. ergo divino inſtinctu iſta funduntur a te, praeſertim in maximis negotiis occupato. & quidem, ut ſcribis, ſecundae hujus partis (b) mihi quoque creviſſe videtur oratio (c), quare da vela jam, quo te caeleſtis ille flatus impellit,

(a) Hanc epiſtolam, nulla temporis adſcriptione notatam, conjunxi cum ſuperiore; quod, non multo poſt fuiſſe eam datam, ex ejus lectione deprehenderim.

(b) *Secundam partem* vocat Torrentii librum *De partu virginis* ſecundum.

(c) Libri ſecundi hoc eſt initium, ad majora progredientis:

Majora ſed jam molior arduus.
Miracla creſcunt: creſcite carmina.
Profit ſub humana latentem
Rite Deum celebraſſe forma.
Nulli ante trita fert animus via
Caelo latinam tollere barbiton,
Non ante tam fidenter auſam
Aetherias penetrare ad oras,
Limenque olympi tangere: dum fugit
Horretque tenuis grandia, nec putat
Fas eſſe ſermones deorum &
Fella levi temerare plectro.

Jam vocem illam *deorum* reprehenſam proxime a Pogiano vides, quam tamen, ut alias quaſdam ſimiliter ab eo reprehenſas, Torrentius retinendam putavit. ita enim illius ſententiam de ſuis ſcriptis requiſierat, ut ſibi judicandi de ipſa illius ſententia arbitrium reſervaverit. id, quod bona cum cenſorum venia ii facere omnes poſſunt, qui ea, quae ſcripſerint, aliorum cenſurae ſubjiciunt: in quo non tamquam oracula petunt, ſed dumtaxat opinionem exquirunt. praeclare M. Antonius Flaminius in quibuſdam ad Ulyſſem Baſſianum italicis litteris, die 27. jun. an. 1549. datis, *Io sò*, inquit, *che ſi trovano de' critici tanto ſuperbi, che hanno per male, ſe le loro cenſure non ſono accettate come oracoli. ma io reputo queſta una odioſiſſima tirannia, e, ſiccome, quando i miei amici m'hanno detto*

lit, & chriſtianis poëtis officii exemplum propone. ſed, quod libertatem meam expetis, hortatu ac juſſu tuo tenebo inſtitutum.

detto il loro parere, io voglio, che mi laſcino far quello, che mi piace delle mie compoſizioni, così deſidero, che anch'eſſi facciano quello, che a lor piace delle loro. però non fò replica alle voſtre repliche: baſtando d'havervi detto una volta il mio parere. Non miror autem, Pogiani cenſurae illi de vocabulo *deorum*, quod *vix ferre religionis magiſtros* affirmat, non acquieviſſe Torrentium, qui eamdem vocem ab ipſis religionis magiſtris, tum graecis tum latinis, & ſaepe animadverſam in ſacris voluminibus, & probatam atque uſurpatam noſſet. Dionyſius περὶ θείων ὀνομάτων cap. 12. Ἁγίους, inquit, καὶ βασιλεῖς, καὶ κυρίους, καὶ θεοὺς καλεῖ τὰ λόγια: *Sanctos divina eloquia tum reges, tum dominos, tum deos appellant*. S. Baſilius epiſtola ad Caeſarcenſes λέγεται, inquit, θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ὡς τὸ Ἐγὼ εἶπα θεοί ἐστε· καὶ ὁ δαίμων θεὸς, ὡς τὸ Οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια· ἀλλ᾽ οἱ μὲν κατὰ χάριν ὀνομάζονται, οἱ δὲ κατὰ ψεῦδος· ὁ δὲ θεὸς μόνος κατ᾽ οὐσίαν ἐστὶ θεός: *Dicitur deus etiam homo, ut illud, Ego dixi dii eſtis; & daemon deus dicitur, ut illud, Dii gentium daemonia. ſed alteri per gratiam, alteri per mendacium denominantur. at vero Deus ſolus per eſſentiam deus eſt*. S. Joannes Damaſcenus libro IV. *de orthodoxa fide* cap. 16. εἰ δὲ, inquit, καὶ βασιλεὺς βασιλευόντων, καὶ κύριος κυριευόντων, καὶ θεὸς θεῶν ὁ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων καὶ κύριος λέγεται, πάντως καὶ οἱ ἅγιοι θεοί τε, καὶ κύριοι, καὶ βασιλεῖς: *Quod ſi conditor ille omnium ac dominus tum rex regum, tum dominus dominantium, tum deus deorum dicitur, profecto etiam ſancti & dii & domini & reges ſunt*. S. Hieronymus, illa S. Matthaei euangeliſtae cap. 16. *vos autem, quem me eſſe dicitis?* interpretatus, *Prudens*, inquit, *lector, attende, quod, ex conſequentibus textuque ſermonis, apoſtoli nequaquam homines, ſed dii appellantur*. S. Auguſtinus libro IX. *de civitate dei* cap. 23. de ſanctis angelis loquens, *Hos*, inquit, *ſi platonici malunt deos, quam daemones dicere ... dicant quod volunt ... nam & de ipſo nomine, quo hujuſmodi immortalem beatamque creaturam deos appellant, idea inter nos & ipſos paene nulla diſſenſio eſt, quia & in noſtris ſacris literis legitur*, Deus deorum dominus locutus eſt, *& alibi*, Confitemini deo deorum, *& alibi*, Rex magnus ſuper omnes deos .... *ſed homines quoque in populo dei eadem ſcriptura deos appellat*, Ego, *inquit*, dixi, dii eſtis, & filii excelſi omnes ... *Verumtamen, cum a nobis quaeritur, ſi homines dicti ſunt dii, quod in populo dei ſunt, quem per angelos vel per homines alloquitur deus, quanto magis immortales eo nomine digni ſunt, qui ea fruuntur beatitudine, ad quam deum colendo cupiunt homines pervenire, quid reſpondebimus, niſi non fruſtra in ſcripturis ſanctis expreſſius homines nuncupatos deos, quam illos immortales & beatos, quibus nos aequales futuros in reſurrectione promittitur, ne ſcilicet propter illorum excellentiam aliquem eorum nobis conſtituere deum infidelis auderet infirmitas? quod in homine facile eſt evitare. & evidentius dici debuerunt homines dii in populo dei, ut certi ac fidentes fierent, eſſe eum deum ſuum, qui dictus eſt* deus deorum, *quia, etſi appellentur dii immortales illi & beati, qui in caelis ſunt, non tamen dicti ſunt* dii deorum, *id eſt hominum in populo dei conſtitutorum .... Non multum ergo de nomine diſceptandum eſt, cum res ipſa ita clareat, ut a ſcrupulo dubitationis aliena ſit*. His certe auctoribus non modo Torrentius ſuorum *deorum ſermones* contra Pogianum, ſed etiam Petrus Bembus ſuos illos *deos immortales*, in epiſtolas Leonis X. nomine ſcriptas inductos, contra Langium tueri videtur potuiſſe.

Digitized by Google

d e tum. FAS ESSE SERMONES (*d*) DEORUM. Ut *fatum* (*e*) rejicit Au-
guſtinus, ſic *deos*, quamvis varie interpretere, vix ferunt reli-
f gionis magiſtri. AH (*f*) IMPIUS VERREBAT OMNEM, FLENTIBUS
AGRICOLIS, LABOREM. Ego *anni laborem* dixerim, non *omnem*,
g b ex Virgilio (*g*). CUMAEA (*b*) SED JAM CARMINA. Haec de Chri-
ſto

(*d*) *ſermonum* exempl. Emendavi ex editione.

(*e*) *Fati* vocem in proximis verſibus nuſquam uſurpatam a Torrentio video. uſurpatam aliquanto poſt infra videbimus, nempe poſt illa *Cumaea ſed jam carmina*. Auguſtini autem locus, in quo *fatum rejicit*, eſt lib. V. *de civit. Dei* c. 9. *Omnia vero*, inquit, *fato fieri non dicimus, immo nulla fieri fato dicimus. quoniam fati nomen ubi ſolet a loquentibus poni, id eſt in conſtitutione ſiderum cum quiſque conceptus aut natus eſt (quoniam res ipſa inaniter aſſeritur), nihil valere monſtramus. Ordinem autem cauſarum, ubi voluntas Dei plurimum poteſt, neque negamus, neque fati vocabulo nuncupamus, niſi forte ut fatum a fando dictum intelligamus, id eſt a loquendo.*

(*f*) Integer locus hic eſt:

Pacem profundo laetus in ocio
Servabat orbis: ſaeva nec impio
Ad bella compulſas furore
Mars odiis acuebat urbes:
Nec execranda impune licentia
Vexabat agros miles, & improbus
Totius ah! verrebat anni,
Flentibus agricolis, laborem.

(*g*) Libro II. Georg. v. 514.

Agricola incurvo terram dimovit aratro.
Hinc anni labor, hinc patriam parvoſque nepotes
Suſtinet. Afferri etiam poterat Ovidii auctoritas lib. I. *Metamorph.* v. 273.
Sternuntur ſegetes, & deplorata coloni
Vota jacent, longique perit labor irritus anni.

(*b*) Locus integer ſic habet:

Stratus ſub alta Tityrus ilice,
Niſiſque paſcens pinguia collibus
Armenta, dum ludos capellae
Et saturi meditantur agni,
Non te, Menalca, non Corydon, tuo a
Ut nuper, ignes, non nemorum comas
Aut garrulis arbuſta cannis
Aut humiles cecinit myricas,
Cumaea ſed jam carmina proſperis
Impleta fatis, jam nova ſaecula,
Jam virginem, miſſamque ab alto
Progeniem properare olympo;
Quae patriis virtutibus erigat,
Longoque mundum liberet ab metu,
Aurique contingat nitore
Regna truci temerata ferro.
His ille, magno non minor Orpheo,
Ducebat ipſas carminibus feras.
Te, Tityre, & valles opacae, &
Aërii ſtupuere colles.

Quibus carminibus Torrentius expreſſit illa Virgilii *Bucol.* ecl. 4.

Ultima Cumaei venit jam carminis aetas,
Magnus ab integro ſaeclorum naſcitur ordo.
Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
Jam nova progenies caelo demittitur alto.
Tu modo naſcenti puero, quo ferrea primum
Deſinet ac toto ſurget gens aurea mundo,
Caſta fave, Lucina. tuus jam regnat Apollo.
Teque adeo decus hoc aevi, te conſule, inibit,
Pollio, & incipient magni procedere menſes.
Te duce, ſiqua manent ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetua ſolvent formidine terras.
Ille Deum vitam accipiet, diviſque videbit
Permiſtos heroas, & ipſe videbitur illis;
Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.

ſto ceciniſſe Virgilium etſi quidam ſcripſerunt (*i*), tamen negat *i*
Hieronymus (*k*), affirmans, ea ad Saloninum (*l*) pertinere. *k l*

SED

(*i*) Virgilium in ſuam illam eclogam nonnulla conjeciſſe, quae in ſibyllae cumanae carminibus legerat, eumdemque ea, quae de Chriſto ac Chriſti regno, tanto ante ab illa vate praenunciata fuiſſe doctiſſimorum ac ſanctiſſimorum hominum opinio eſt, ad C. Aſinii Pollionis filium, cui genethliacon illud canebat, detorſiſſe, nemo, quod ſciam, negavit umquam. at vero, fuiſſe aliquos, qui eadem illa *de Chriſto ceciniſſe Virgilium ſcripſerint*, nemo umquam, quod ſciam, praeter Pogianum hoc loco, affirmavit. quaſi vero potuerit poëta de eo canere, de quo non cogitabat, aut etiam de eo cogitare, quem ignorabat. Torrentius quidem Tityrum illa ipſa, quae ſibylla cecinerat, canentem inducit, non ut nos Virgilium ea de Chriſto ceciniſſe crederemus, ſed ut ipſe Virgilio tamquam teſte eorum, quae de Chriſto ſibylla cecinerat, uteretur.

(*k*) In epiſt. 103. ad Paullinum, *Taceo*, inquit, *de mei ſimilibus, qui ſi forte ad ſcripturas ſanctas, poſt ſaeculares litteras, venerint, & ſermone compoſito aurem populi mulſerint, quidquid dixerint, hoc legem Dei putant, nec ſcire dignantur, quid prophetae, quid apoſtoli ſenſerint, ſed ad ſenſum ſuum incongrua aptant teſtimonia: quaſi grande ſit & non vitioſiſſimum docendi genus depravare ſententias, & ad voluntatem ſuam ſcripturam trahere repugnantem: quaſi non legerimus Homero-centonas & Virgilio-centonas; ac non ſic etiam Maronem ſine Chriſto poſſimus dicere chriſtianum, quia ſcripſerit „ Jam redit & virgo, redeunt ſaturnia regna, Jam nova progenies coelo demittitur alta „: & patrem loquentem ad filium: „ Nate, meae vires, mea magna potentia ſolus „: & poſt verba ſalvatoris in cruce: „ Talia perſtabat memorans, fixuſque manebat „. Puerilia ſunt haec & circulatorum ludo ſimilia, docere, quod ignores, immo, ut cum ſtomacho loquar, ne hoc quidem ſcire, quod neſcias.*

(*l*) *Salominum* exempl. in cujus margine mendi notam Gratianus adſcripſit. Emendavi, nec tamen ex Hieronymo (apud quem, quod eum affirmare Pogianus affirmat, nuſquam reperies), ſed ex Servii in illam Virgilii eclogam commentario: *Aſinius*, inquit, *Pollio, ductor germanici exercitus, cum poſt captas Salonas, Dalmatiae civitatem, primo meruiſſet lauream, poſt etiam conſulatum adeptus fuiſſet, eodem anno ſuſcepit filium, quem a capta civitate Saloninum vocavit; cui nunc Virgilius genethliacum dicit: quem conſtat natum riſiſſe ſtatim: quod parentibus omen fuit infelicitatis. nam ipſum puerum inter ipſa primordia, id eſt nono die, periiſſe, manifeſtum eſt.* Sed Carolus Ruaeus, doctiſſimus virgilianorum poëmatum enarrator, Servio, ſuſpectae ferme eruditionis grammatico, contradicit his verbis: *C. Aſinius Pollio ... filium habuit nullum, Saloninum nomine, ſed nepotem; qui certe, cum edita eſt haec ecloga (anno U. C. 714. exeunte), nondum ortus erat; quippe qui annis, poſt editam hanc eclogam, ſexaginta, juvenis abiit, Tiberio* progener deſtinatus, *inquit Tacitus Annal. 2. 75. Filius autem Pollionis dictus eſt C. Aſinius Gallus, non* Saloninus: *diris deinde ſuppliciis a Tiberio Caeſare necatus anno U. C. 789. Ille igitur Pollionis* Saloninus, *qui a Servio dicitur* inter ipſa primordia periiſſe, *aut Servii commentum eſt, aut certe tunc, cum ſcripta eſt ecloga,* Saloninus *dici non potuit: cum Salonae a Pollione non captae ſint, niſi anno editionem eclogae conſequente.*

Digitized by Google

m SED (*m*) DIVA SACRIS DEBITA PARTUBUS. Quanquam recte *partus* n poetice dicis, tamen, propter nefariam Helvidii haereſim (*n*), qui plures ſanctiſſimae virginis partus introduxit, haud ſcio, an multitudinis numerus careat reprehenſione; praeſertim cum objectum ſit ut probrum Sannazario, quod dixerit, *Virginei* o p *partus* (*o*). AURITUM COMITEM (*p*). Acute: ſed, in re graviſſima hi floſculi an deceant, ignoro. aliquid igitur reponendum, q quod jumenti tarditatem ſignificet. UT NAMQUE VILLIS (*q*). Aſperior eſt neſcio quomodo numerus; & illae conjunctionis particulae minuunt ſaepe orationis dignitatem, cum adhibentur quaſi complementa numerorum. HINC INDE OPPIDULUM. Neſcio, r an, praeter Lucanum (*r*), & illius ordinis unum aut alterum

(*m*) Hic eſt editionis integer locus:
Sed dira ſacris debita partubus
Betbiaca noſcens moenia, ſic virum
Compellat, atque bortatur ultro &c.

(*n*) Torrentius, itemque Sannazarius, quod ita *partus* dixiſſent, ut alter *ſacros*, alter *virgineos* appellarit, recte exiſtimarunt, nihil ſe, quod Helvidii haereſi eſſet affine, dixiſſe.

(*o*) Actii Synceri Sannazarii poëmatis *De partu virginis* hoc eſt initium:
Virginei partus, magnoque aequeva parenti
Progenies, ſuperas caeli quae miſſa per auras
Antiquam generis labem mortalibus aegris
Abluit, abſtruſtique viam patefecit olympi,
Sit mibi, caelicolae, primus labor, boc mibi primum
Surgat opus.
Quod autem *partus* pluraliter dixerit, reprehenſus eſt ab Julio Caeſare Scaligero *Poëtices* libro VI. qui & *Hypercriticus* inſcribitur. *Atque baec*, inquit Scaliger, *ut valde probamus, ita minus illud placet, cum & per initia dicit in numera plurali* „ Virginei partus „ *& in fine operis* „ partuſque verendos „: *omnino, inquam, diſplicet mibi; neque acquieſcam diluere conanti judicium boc*. Sed aliter Sannazarius, Torrentius, ipſe etiam Pogianus judicavit, qui *recte partus poëtice* a Torrentio *dici*, confeſſus eſt. neque ego aliter judico.

(*p*) Integer in editione locus hic eſt:
Sic illa lentum provocat, & prius
Accincta pergit. ſed peditem ſenex
Non paſſus, ut pandum repente
Straverat accelerans aſellum;
Aptabat arctis ſarcinulis heram,
Notumque nota quadrupedem manu
Ducens, & auritum ſubinde
Voce ciens comitem laboris
Vorabat amnem nil titubans viam &c.

(*q*) En integrum editionis locum, in quem & haec de *Ut namque* & ſequens de *Hinc inde* Pogiani cenſura cadit; quarum priorem Torrentius neglexit, poſteriorem probavit:
Ut namque villis divitibus ſolent
Armenta laeto turgida pabulo
Redire ſub noctem petulco
Agmine, veſtibulumque rauco
Implere mugitu, hinc, ſtabulis pedem
Latura, multo proruere impetu,
Ut dira ſi peſtis ſupremum,
Aut ſcabies ſequeretur atra:
Sic turba crebro plurima confluens
Accita conventu, oppidulum vagis
Rumoribus commorat omne &c.

(*r*) *Lucanum* fortaſſe pro *Martialem* poſuit. certe de Lucano nihil mihi nunc quidem tale ſuccurrit: at de Martiale multa. nam illius ſunt haec: Lib. I. epigr. 98. *Scriptis poſtibus hinc & in-*

rum (ſ), quiſquam praeterea ſic locutus ſit. nam Virgilius (t) *binc atque binc*, & *binc & illinc* uſurpat, Homerum (u) ſecutus. LACTEOLIS (x) PREMAT IN MAMILLIS (y). *Lacteolas* (z) *mamillas* ſ t u x y z

& inde totis: & lib.II. epigr.37. *Quidquid ponitur, binc & inde verris*: & lib.III. epigr.57. *Gemit binc palumbus, inde cereus turdus*: & eodem libro epigr.81. *Cubitis trudit binc & inde convivas*: denique alia alibi. Neque tamen *binc & inde* ſic Martialis adamavit, ut ab *binc & binc* abſtinuerit. ait enim, ut alios locos omittam, libro I. epigr.55. *Nam ſunt binc tibi, ſunt & binc amici*: & libro X. epigr.83. *Raros colligis binc & binc capillos*.

(ſ) Plures, quam unus aut alter illius ordinis, ſimiliter atque Martialis, loquuti ſunt. Statius *Silvarum* lib. II. carm. I. vers.39. *Hinc me forma rapit, rapit inde modeſtia praecox*. Juvenalis ſat.I. v. 65. *Hinc atque inde patens, & nuda paene cathedra*. Adde Suetonium in *Nerone* c. 27. & 49. Tacitum lib.4. *Hiſtoriarum* c.62. Palladium *de re ruſtica* multis locis.

(t) *Aeneidos* lib.I. v.166. *Hinc atque binc vaſtae rupes, geminique minantur In caelum ſcopuli*: & lib.VIII. v.387. *Dixerat, & niveis binc atque binc diva lacertis Cunctantem amplexu molli fovet*: & lib.IX. v.379. *Objiciunt equites ſeſe ad divortia nota Hinc atque binc*: & v.440. *Quem circum glomerati hoſtes binc cominus atque binc Proturbant*: & Georg. lib.I. v.509. *Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum*: & lib.III. v.257. *Atque binc atque illinc humeros ad vulnera durat*: denique lib.IV. v.441. *Ac veluti annoſo validam cum robore quercum Alpini Boreae nunc binc nunc flatibus illinc Eruere inter ſe certant*.

(u) Iliados lib. B. v.462.

Ἔνθα, καὶ ἔνθα ποτῶνται, ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι :

Hinc & binc volant, exultantes alis. atque alibi ſaepe.

(x) Integer locus ſic editus legitur:

At noctis alto Diva ſilentio
Gaviſa . . . paſcit pectora gaudiis,
Ut blanda molli ſi puerum ſinu
Ad nata reptantem foveret
Ubera, dulce vel appetenti
Matri ferentem ſuaviolum ſuae,
Quod ipſa multis prodiga millibus
Perſolvat, effuſumque collo
Lacteolis premat in mamillis.

(y) *mommillis* exempl. heic & infra. Emendavi.

(z) Quid in his verbis Pogiano diſplicere potuerit, ſane non video. utrumque enim latinum eſt, & a Torrentio, recta ſyllabarum quantitate ſervata, uſurpatum. Catullus epigrammate 51. *Num te lacteolae tenent puellae?* Juvenalis ſatyra 6. v.401. *Ipſa loqui recta facie ſtrictiſque mamillis*: & verſu 491. *Nuda humeros Pſecas infelix, nudiſque mamillis*. Sed fortaſſe de Catulli loco illo non cogitans, novum in linguam latinam inductum ſive a Torrentio ſive a Pontano verbum, Pogianus exiſtimavit. ego vero, etiamſi nulla veterum latinorum ſcriptorum auctoritate verbum illud niteretur, tamen, ſine ulla reprehenſione a quovis novo latino ſcriptore uſurpari potuiſſe ac poſſe, contendo. nam, ſi in his analogia non valet, in quibus tandem valebit? atqui eam in plurimis valere, confitendum eſt. *Eſt*, inquit Quintilianus *Inſtitutionum oratoriarum* lib.I. cap.6. *ſua loquentibus obſervatio, ſua ſcribentibus. Sermo conſtat ratione, vetuſtate, auctoritate, conſuetudine. Rationem praeſtat praecipue analogia*. Fac igitur, verbum illud neque *vetuſtate*, neque *auctoritate*, neque *conſuetudine* poſſe defendi: at *ratione* tamen analogiaque defenditur. quid enim? ex *aureus*, *corneus*, *eburneus*, *flam-*

las neſcio unde ſumpſeris, niſi forte ex Pontano. RES NULLA TAM

flammeus, *luteus &c.* veteres latinitatis auctores *aureolus*, *corneolus*, *eburneolus*, *flammeolus*, *luteolus &c.* derivare potuerunt: ex *lacteus* recentes latini ſcriptores, iiſdem tamquam veſtigiis inſiſtentes, *lacteolus* derivare non poſſint? videmus ex *gloria*, *memoria*, *victoria &c.* ipſum ſibi *gloriola*, *memoriola*, *victoriola &c.* Ciceronem feciſſe. flagitium ego, Carolum Rotium, optimum tum oratorem, tum poëtam, mihique, dum viveret, amiciſſimum, exiſtimem commiſiſſe, qui lucubrationes ſuas modeſte appellare cum vellet, non *vigilias* illas, ſed *vigiliolas*, ipſo ſtatim ſui operis, Patavii apud Cominium anno 1741. editi, initio nuncupavit? At in veterum latinorum ſcriptis, quae ad nos pervenerunt, hoc nomen *vigiliola* non reperitur. Fortaſſe tamen in iis, quae ad nos non pervenerunt, reperiebatur: fortaſſe, ſi non in ſcriptis, attamen in ore hominum latinorum fuit. Sed dabo hnc, neque in ſcriptis neque in ore eorum id verbum umquam fuiſſe. tum nempe illud unum dedero, non *vetuſtate*, non *auctoritate*, non *conſuetudine*, ſed *ratione* dumtaxat atque analogia ejuſmodi nomen eſſe latinum. nihil autem intereſt, quo jure latina ſint vocabula, ſcire, modo latina ea eſſe, ſcierimus. Quod ſi analogiae uſus nobis, latine ſive loquentibus ſive ſcribentibus, eſt interdictus, tolerabilius eſt latina lingua nihil uti, quam ea tam anguſte contracteque uti. ſublata enim analogia, eripiuntur nobis innumerabiles cum nominum tum verborum in omni ſermone neceſſarii caſus ac declinatus; quorum certe ſingulas formas in veterum latinorum ſcriptis fruſtra quaeramus. ubi enim, cum ſemel in Catullo *lacteolae* illud occurrat, *lacteolarum* etiam & *lacteolas* & *lacteolis*, totumque ſingularis numeri flexum reperiemus? &, ſi *lactaſſes* Terentius in *Andria* (a.4.ſc.1.v.24.) dixit, num aut ipſum aut ullum e veteribus habemus, qui *lactaſſem*, & *lactaſſet*, & *lactaſſemus*, & *lactaſſetis*, & *lactaſſent*, reliquoſque tam multos verbi *lactare* exitus in omnium modorum & perſonis & numeris, & temporibus uſurparit? atqui licet nobis, omnium conceſſu, rationem atque analogiam ſequentibus, & illos *lacteolae* reliquos flexus, & iſtos ipſos verbi *lactare*, a veteribus nuſquam uſurpatos, exitus uſurpare. cur igitur iiſdem nobis, quod in nominum flexu, verborumque exitu licet, in vocabulorum analogica derivatione non licebit? At *exigit acre judicium* (id, quod Quintilianus eodem illo ſexto libri primi capite monuit) *analogia*. quis negat? non igitur analogia repudianda eſt, ſed cum judicio adhibenda. Omnino de tota hac re idem ſentio, quod M. Antonium Flaminium de eadem ſenſiſſe, haud ita pridem animadverti, cum ejus epiſtolam, ad Baſilium Zanchium datam, in cominiana editione anni 1743. pag. 279. forte incidiſſem: non enim antea umquam legeram. miratus ſum incredibiliterque laetatus, ſenſus utriuſque noſtrum ac ſaepe etiam verba ita congruere, ut, ſi, quae in eamdem rem jamdiu commentatus ſum, italicis litteris mandare voluiſſem, nemo me non ab eo furatum eſſe, diceret. illius igitur ſententiam, quae eadem mea eſt, quo meae, quae eadem illius eſt, pondus atque auctoritas accedat, adſcribam. *Benchè*, inquit, *il voſtro giudizio appreſſo di me abbia grande autorità, e meritamente, nondimeno io non ho potuto indur l'animo a ſcancellar ne' miei verſi queſto vocabolo* FLORICOMUS (in carmine 33. lib. II. ad Guidum Poſthumum, cujus initium eſt JAM VER FLORICOMUM, POSTHUME, VERTICEM PROFERT PUNICEO CHLORIDIS E SINU): *e perchè non paſſiate mai penſare, che ciò ſia proceduto dalla poca ſtima, ch'io faccia di voi, voglio che intendia* te-

TAM PERPLEXA. Deſidero aliquid gravius & ornatius in hac clau-

te le mie ragioni, e voglio piuttoſto porle in ſcrittura, che dirle a bocca, acciocchè le poſſiate meglio conſiderare. A voi non piace queſto vocabolo floricomus, *perciocchè noi trovate negli ſcrittori antichi. ſe queſta ragione è valida, a me pare che ſi poſſa conchiudere, che non è lecito di formar nuovi vocaboli: la quale opinione è contraria al giudizio ed all' uſo degli uomini dottiſſimi antichi: al giudizio, dico, come d' Ariſtotile, di Cicerone, e d'Orazio, i qua'i non ſolamente approvano la novità de' vocaboli, ma eziandio inſegnano, come ſi debbano innovare: all'uſo, dico, perciocchè i buoni ſcrittori antichi hanno formati molti vocaboli, come ſapete meglio di me. Quì ſi potria riſpondere, che la novità de' vocaboli era lecita appreſſo degli antichi, ma non a' tempi noſtri. A queſto riſponde Orazio:*

Licuit, ſemperque licebit
Signatum praeſente nota procudere nomen.

Nè mi potrei mai immaginare, che voi mi riſpondeſte quì nel modo, che ſogliono alcuni, cioè che ſemper licuit, *mentre la lingua latina non era perduta: ora, ch'ella è perduta, non eſſer lecita la formazione de' nuovi vocaboli. Per certo coſtoro penſano poco a quello che dicono. ſe la lingua latina è perduta, come poſſiamo noi ſcrivere latino? e come è ella perduta, ſe il fiore e la bellezza ſua ſi conſerva in tante proſe e verſi? e come è ella perduta, ſe oggidì queſta ſua bellezza non ſolo s'intende, ma ſi uſa in modo, che ſi può dir con verità, che a queſti tempi ſi ſcrive meglio, che s'abbia fatto dopo quella felicíſſima età di Ceſare e d' Auguſto? Ardirò di dir più oltra, cioè ch'io tengo per fermo, che oggidì molti intendano, ed uſino più la proprietà e la bellezza della lingua latina, che non intendevano, ed uſavano aſſaiſſimi gentiluomini romani al tempo di Ceſare e d' Auguſto: e la ragione è in pronto, perciocchè noi la impariamo da Cicerone, da Ceſare, e dagli altri, i quali per giudizio di tutti gli antichi furono peritiſſimi di detta lingua: e coloro per lo più ſi contentavano d'impararla da' ſuoi domeſtici, e dal popolo. La qual coſa quanto ſia pericoloſa ne può far fede Marcantonio oratore celebrato da Cicerone, il quale per la teſtimonianza del medeſimo Cicerone, (de clar. orat.)* inquinate loquebatur: *il qual vizio non oppone a Marco Craſſo: perciocchè egli non ſi contentò della lingua popolareſca, ma imparò la buona latinità da Terenzio, e dagli altri buoni ſcrittori: come ammoniſce Cicerone ne' libri dell'Oratore, che ſi dee fare. ſe adunque è vero, come è veriſſimo, che la lingua latina oggidì ſi conſerva, è ſi sà, e s'uſa da molti, che l'hanno imparata in quelli medeſimi libri, ne' quali eziandio anticamente la imparavano coloro, che la volevano ſapere da dovero; perchè vorremo noi dire, che quella ſentenza d'Orazio*

Licuit, ſemperque licebit
Signatum praeſente nota procudere nomen,

non convenga a' tempi noſtri? e perchè doverà eſſer biaſimata ne' buoni ſcrittori de' tempi moderni la innovazion de' vocaboli, la quale fu ſempre lodata ne' buoni ſcrittori de' tempi antichi? Quì ſi potrebbe riſpondere, che la formazione de' nuovi vocaboli ſi può dividere in due ſpecie; perciocchè alcuni ſi formano per neceſſità, alcuni per ornamento. Dirà adunque alcuno, eſſer lecito a noi moderni formar nuovi vocaboli per neceſſità, come ſarebbe a dire, per eſprimere molti concetti di filoſofia, e di teologia; ma non già per ornamento; come è queſto vocabolo floricomus. *Ed io riſpondendo dico, che per le coſe ſopradette ſi può veder chiaramente, s'io non m'inganno, che tutto quello, ch'era lecito e laudabile ne' buoni ſcrittori*

antichi, è parimente lecito e laudabile ne' buoni ſcrittori moderni. E chi è così ignorante, che non ſappia, che i poeti antichi greci e latini ſi godevano di formar nuovi vocaboli per ornare i loro verſi? Chi non sà, che velivolus, auricomus, ſilvifragus, fluentiſonus, odoriſequus, noctiluca, ſilvicultrix, celerivolus, multivolus, *e mille altri vocaboli non ſono proprj della lingua latina, ma formati da' buoni poeti per ornamento de' loro verſi, e non per neceſſità? ed eſſendo diverſe vie di formar vocaboli, non è dubbio, che una delle più uſate da' poeti è quella, che di due vocaboli ne fa uno; e meritamente: perchè così fatti vocaboli rendono la orazione molto leggiadra e florida, ed hanno molto del ſignificativo: perciocchè in una parola rappreſentano all'intelletto più concetti. Per le coſe, che abbiamo detto, a me pare, che ſi poſſa concludere, che anco gli ſcrittori moderni poſſono ſenza biaſimo, anzi con laude, formar nuovi vocaboli non ſolamente per neceſſità, ma eziandio per ornamento, maſſimamente i poeti; a' quali credo che faccia grandiſſima ingiuria chiunque li vuol privare di queſta facultà belliſſima d'ornare i loro poemi. E' bene il vero, che la formazion de' vocaboli non ſi conviene ad ognuno; perciocchè richiede un giudizio eccellente, e biſogna che 'l reſto della orazione ſia tale, che dia autorità al vocabolo nuovo, che s'interpone in eſſa, come una ſtella: e biſogna eſſer parciſſimo, e formargli in modo, che abbiano ſimilitudine ed analogia con gli altri vocaboli formati e innovati da ottimi ſcrittori. Ed oſſervando queſte e ſimili circonſtanze, io non poſſo eſſer capace, che ſi debba biaſimare un poeta moderno, che per ornamento de' ſuoi verſi formi un vocabolo: come per eſempio il Navagero trova formati da buoni poeti antichi queſti vocaboli* ignipotens, armipotens, *e forma a queſta ſimilitudine* ſilvipotens. *e chi ſarà così rigoroſo, per non dir peggio, che ardiſca di biaſimare il Navagero, dovendolo lodare? Virgilio oſſervò, che Lucrezio, o un altro poeta prima di lui, avea formato* lauricomus, *ed a queſta ſimilitudine formò* auricomus; *ed un altro* ſilvicomus. *ſe adunque un altro ad imitazion di coſtoro formerà* floricomus; *perchè ſarà men laudabile e men bello* floricomum ver, *che* lauricoma ſilva, ſilvicomus mons, *e* auricomus foetus? *Non vi pare coſa leggiadriſſima, che in un vocabolo ſonoro e molle ſi rappreſentino alla immaginazione le chiome della primavera fatte di fiori? A me pare certamente coſa leggiadriſſima: e non mi poſſo immaginare, che non paja a voi ancora il medeſimo. Nè biſogna dire, ſe queſto vocabolo foſſe così bello, come tu 'l fai, i poeti antichi l'avrebbono formato prima di te: perciocchè queſto è un ritornare a quello, che di ſopra abbiamo confutato; cioè, queſto non è altro, che voler privare non ſolamente gli ſcrittori moderni, ma anco gli antichi della facultà del formar nuovi vocaboli: perciocchè ſe queſta obbiezione foſſe ragionevole, quando Pindaro formava nuovi vocaboli, ſi poteva parimente dire a lui, che non erano buoni: perchè, ſe foſſero buoni, Orfeo, Lino, Omero, Eſiodo gli avrebbono formato prima di lui. e queſto medeſimo ſi poteva dire contro dei poeti, che formavano nuovi vocaboli al tempo d'Auguſto. Adunque, per far fine, replico, che le ragioni ſopradette mi perſuadono, che ſia lecito eziandio a queſti tempi formar nuovi vocaboli: e per mio giudizio tanto manca, che la formazion de' nuovi vocaboli meriti biaſimo, che è degniſſima di laude, quando ella ha le ſue debite circonſtanze. Fratello onorando, io ho voluto farvi queſto diſcorſo, sì perchè intendeſte la mia opinione, parendomi, che queſta quiſtione non ſia di poca importanza, maſſimamente nella poeſia, sì perchè, non avendo io voluto ſcancellar ne' miei verſi queſto vocabolo* floricomus, *voglio che ſappiate, ciò non eſſer avvenuto perchè io faccia poca ſtima del voſtro giudizio, il quale io ſtimo ſommamente; ma perchè da ragioni ſe*

non

ſula (*aa*). Nunc redeo ad priora (*bb*). mihi adhuc haerere videtur ille ſenſus, *poenas, quas juſſi nocentes pendere (cc)*. *ſtrepitum* autem *dulcem* Horatii (*dd*) ut non reprehenderim, ſic nec hoc, nec illud imitarer *ad ſtrepitum citharae (ee)*. quanquam illa tolerabilius dicuntur, quam hoc a te *majore cum ſtrepitu*; ubi, quod ad nomen adjungis, vix in virtute locum habet; nec video quamobrem *ſonitum* non recipias, praeſertim ſi *canoram* pro *ſonora tuba* in proximo verſu repoſueris. Labes vero (*ff*) concepta ex primis parentibus, licet ad omnem poſteritatem permanarit, tamen ante Chriſtum natum nec cognita erat caeteris gentibus, & Deus ſacrificiis judaeorum, quae ſola ex lege fiebant, delectabatur, reliquarum gentium, tanquam minus legitima, refutabat. (*gg*)

aa bb cc dd ee ff gg

LIII.

non neceſſarie, almeno probabiliſſime, io ſon coſtretto a diſſentire in queſta parte da voi: il che fu ſempre lecito, e ſarà fra i profeſſori delle lettere, ſenza alcuna diminuzione dell' amicizia. Mi vi raccomando con tutta il cuore.

(*aa*) Hic eſt editionis integer locus de beata vicgine, jam jam Chriſtum paritura:

Ergo alta caeli mente perambulans
Convexa, non te flebilibus vocat,
Lucina, lamentis, nec ulla
Anxia concutitur pavore:
Sed te uſque adorans, te memorans, pater,
En, inquit, o rex maxime caelitum,
En illius momenta noſtri
Perſpicuis revoluta ſignis,
Quo poſcor ingens depoſitum. tuis
Tu rite devotam obſequiis rege:
Res nulla tam perplexa, nullo
Quin ſuperes, genitor, labore.

(*bb*) Significat animadverſiones ſuas in Torcentii librum primum *De partu virginis*, eas, quae in ſuperiori epiſtola recenſentur. earum aliquibus Torrentius non acquieverat; contraque eas aliquid, defendendi ſui cauſa, ſive rationis ſive auctocitatis attulerat.

(*cc*) Vide ſuperiorem epiſtolam.

(*dd*) Libco IV. oda 3.

O teſtudinis aureae
Dulcem quae ſtrepitum, Pieri, temperas.

Hoc ex Horatio Toccentius objecerat, quo ſuum illud *Majore quondam cum ſtrepitu canam* tueretur.

(*ee*) Ejuſdem Horatii eſt *Epiſtolarum* libco I. epiſt. 2. v. 31. *Ad ſtrepitum citharae ceſſatum ducere curam*.

(*ff*) Pogianus in ſuperioce epiſtola reprehenderat Torcentii illa *Non ſulfure aut luſtrata taedis, omnibus oceani vel undis*; maluiſſetque alia ſaccificiocum genera e ſacris litteris, quam haec e profanis, fuiſſe ſumta. videtur repoſuiſſe Torrentius: quum labes, ex primis pacentibus concepta, ad omne genus hominum permanaſſet, recte ſe affirmare potuiſſe, ad eam delendam fruſtra adhibita fuiſſe illa ipſa profanocum hominum ſacrificia. Quid contra haec Pogianus dicat, ex ipſo cognoſcis.

(*gg*) Aliquid certe ex fine hujus epiſtolae intercidit.

LIII.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Ferdinando electo Roman. Imperatori.

10. jul. 1563.

Commendaticia.

STudium meum & amor erga ſocios auguſtinianos & illam ſacram familiam, pietas etiam & religio tua me hortantur, ut hunc Jacobum, italum hominem ex agro piceno, doctrina & vita ſpectatum & probatum bonis omnibus, vicarium (ut ipſi vocant) generalem, in iſtaec loca proxime a magiſtro ſocietatis (*a*) miſſum, tibi commendem. ſcio, quam ſacrorum & religioſorum hominum & familiis & rationibus cavere ſoleas, ut ſupervacaneum exiſtimem pluribus agere tecum, cujus benignitas ac juſtitia ſuperat omnium ſpem atque expectationem. tantum ipſi vicario, & docto & bono viro, veritatis teſtimonium apud te dare volui: cui perpetuam obſervantiam meam deferens, omnia ſecunda precor & ſalutaria. Romae. VI. idus julii. M. D. LXIII.

(*a*) Chriſtophorus Patavinus erat hoc tempore auguſtinianorum ſodalium, ut appellant, Generalis, & tridentino concilio intererat.

LIV.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Maximiliano regi. (*a*)

24. jul. 1563.

Martium Coloretum, belli ac pacis artibus inſtructiſſimum, commendat.

TAntus eſt ſplendor benignitatis, tanta vis virtutum tuarum, ut omnes in tui amorem & admirationem adducas: nemoque eſt, qui animo aut ingenio valeat, quin tibi operam ac ſtudium ſuum navare vehementer cupiat. hujus ego multorum voluntatis teſtis ſum, qui eam ad me ſaepe deferunt, & ad conſequendum optatum ſuum mea opera uti vellent. ſed omnibus ſatisfacere non poſſum. uni autem huic deeſſe non debeo. is eſt Martius Coloretus, cujus praeclaram generis nobilitatem aequant ornamenta virtutis. nam & belli & pacis artibus ſic inſtructus eſt, ut cum quovis praeſtanti viro, illo loco nato, conferri poſſit. eſt in eo egregius animus, uſus magnarum rerum, & ſingularis induſtria, ut ad inſerviendum ſum-

(*a*) Bohemiae, & Romanorum. Vide epiſt. *Facit ſummum* d. 10. apr. 1562.

ſummis regibus ortus & factus eſſe videatur. quare, cum ipſe tibi ſit addictus, & ardeat incredibili cupiditate dicandae ſervitutis & (*b*) operae ſuae, teſtimonio & commendatione mea uti voluit, quem tibi & glorioſae auſtriacae familiae maxime addictum obſtrictumque intelligit. itaque ſummopere peto a te, ut ornatiſſimum hunc juvenem in tuam fidem & clientelam recipias. polliceor enim tibi, fore, ut & illius opera & mea commendatione laeteris: cui perpetuam obſervantiam & pietatem meam deferens, incolumitatem & felicitatem precor. Romae. nono. Kal. auguſti. M. D. LXIII. *b*

(*b*) *ut* exempl. Gratianus emendavit.

L V.

Otho Truchſes Card. Auguſtanus Martino Rithovio Epiſcopo Iprenſi. (*a*) *a*

Conſilii ſui de dilingano gymnaſio, ad jeſuitas transferendo, certiorem facit. 8. aug. 1563.

QUod Tridentum proficiſcens cum lovanienſibus theologis (*b*) ex itinere ad dilingenſes noſtros, praeſertim devios, diverteris, magnum mihi & tui in me amoris, & cha- *b*

(*a*) Nullus annus huic epiſtolae neque in noſtro exemplari, neque in cod. vatic. adſcriptus eſt. ſed dubitandum non eſt, quin ea ad hunc 1563. pertineat, quo belgarum epiſcopi ad concilium tridentinum cum belgis theologis venerunt. Pallavicinius lib. XXI. *Hiſt. concil. trid.* cap. 7. num. 4. *Arrivarono*, inquit, *ſu que' giorni* (menſis junii an. 1563.) *a Trento trè prelati fiamminghi con altrettanti teologi lovaneſi, mandati per ordinazione del rè Filippo ... I prelati erano Franceſco Riccardotto, Antonio Havetio domenicano, e Martino Rithovio, veſcovi l'uno d'Arras, l'altro di Namur, l'ultimo d'Ipri.* De hoc, ad quem eſt haec epiſtola, accipe, quae Commendonus ad card. Herculem Gonzagam, primarium concilii tridentini tum praeſidem die 9. nov. 1561. Bruxellis ſcripſit. *Il giorno di tutti i ſanti monſignor illuſtriſs. di Granvella con un' abate, meco aſſiſtente, conſacrò il primo di queſti nuovi veſcovi, il quale è quello d' Ipri in Fiandra, dottore di Lovanio, d' ottima vita, & di ſingolar dottrina. Farà la ſua intrata martedì proſſimo con grandiſſimo contento & aſpettatione, come dicono, di quella città. Veramente il ſignor Dio ha eccitato queſto ſantiſſimo penſiero nel rè catholico per riparo di queſti paeſi in così fatti tempi. hora convien pregare la ſua divina maeſtà, che conceda a tutti gli nominati di fare il debito loro, & ſpetialmente provedere contra queſta nuova peſte di Francia. Spero, che fra pochi dì ſi conſacraranno gli altri anchora: poichè noſtro ſignore con la ſolita benignità & ſapientia ſua ha proveduto loro de' brevi ad capiendam poſſeſſionem. il che è ſtato quì di gran ſatisſattione non ſolo a la corte, ma a tutti gli buoni & geloſi de la religione catholica.*

(*b*) Ii fuerunt Michaël Bajus, Jo. Heſſelius, Cornelius Janſenius: de quibus plura vide in ep. *Servabo* d. 29. maj. 1563.

c & charitatis in collegium dilingenſe (*c*) ſignum dediſti ; de quo
tibi ago gratias, vellemque praeſens humanitati tuae ſtudium
& officium meum tribuere potuiſſe. nec vero dubito, quin
d majorem etiam, quam literis tuis ſignificas (*d*), ceperis volu-
ptatem ex praeclara illa inſtitutione collegii & ad virtutem pro-
e greſſione. tuum enim etiam eſt illud opus (*e*), tua irrigatio
ejus conſitionis ; ut, cum ipſam & florentem & frugiferam vi-
deris, neceſſe ſit, te vehementer eſſe tanta Dei in nos benigni-
tate laetatum. nollem autem, quicquam accidiſſe tibi, quo mi-
nus illud gaudium plane gaudere poſſes. quod ſi accidit, cum
id quale ſit cognoveris, cumulabit, ſpero, laetitiam tuam;
tantum abeſt, ut de ea quicquam detrahere debuerit. ſcito igi-
tur, me de dimittenda iſta, ut ſcribis, univerſitate, aut de
immutando ulla ex parte collegii jure vel nomine, nihil omni-
no unquam cogitaſſe ; contra vero omnem curam & cogita-
tionem meam multos menſes in eo poſuiſſe, quomodo illud
ornare & augere, & divinum beneficium omni officio ac dili-
gentiae meae inſtrumento proſequi poſſem. ſumma autem ra-
tionis & conſilii mei ſpectabat huc, ut in reliquum tempus cer-
ta & uberrima doctrinae & inſtitutionis ſubſidia collegio provi-
f derem. qua (*f*) re multum diuque cogitata, vocatis ad deli-
g berandum piis & prudentibus viris (*g*), aliquando illa placuit
ſententia, ut ex jeſuitarum ſocietate magiſtros collegio adhibe-
h rem (*h*). ſunt enim illi homines, ut ſcis, in primis religioſi,
& ad

(*c*) De eo vide epiſt. *Etſi non dubitabam*, datam extremo anno 1560.

(*d*) *ſignificaris* exempl. Gratianus emendavit, neque tamen neceſſario.

(*e*) Hoc ideo dicit, quod Rithovius aliquamdiu inter dilingani gymnaſii profeſſores fuerat. Vide eamdem epiſt. *Etſi non dubitabam*.

(*f*) *quare multum &c.* exempl. Emendavi: itemque infra *quare ſit &c.*

(*g*) Vide epiſt. *Permagna* d. 23. jan. 1563.

(*h*) Quando adhiberi ſint coepti, & quomodo res tota acta ac perfecta ſit, narrat Ignatius Agricola *Hiſtoriae Provinc. German. ſuper.* decade tertia, num. 98. *Advenere*, inquit, *tandem noſtrates, inclinante ad exitum novembri* (an. 1563.), *ejus videlicet die vigeſimo, qui inciderat in ſabatum. Data habitationi eſt tantiſper collegii academici pars, quam Sotus* (Petrus) *cum hiſpanis, qui aliquamdiu adfuerant, profeſſoribus incoluerat. Sedecim erant, qui Roma venere, quibus paulo poſt quaterni ſunt additi. Celebrata altero mox die fuit ſolennitas S. Urſulae ſacra .... Addidere noſtri huic ſolennitati, ut poſtridie ſtatim ſcholas aperirent, juventamque literis tum ſuperioribus tum inferioribus excolere ordirentur: qui auſpicandi ſtudia dies in legem deinde ivit, cum ad hoc prius dies, quo S. Hieronymus, academiae patronus, colitur, deſtinatus eſſet. Cathedram theologicam conſcendere Hieronymus Torrenſis, hiſpanus, & Conradus Swagerius, philoſophicam Albertus viennenſis, & Chriſtophorus Herrera hiſpanus, rhetoricam Joannes Dominicus*

& ad docendum apti ; habent uſum & artificium quoddam inſtituendi juventutem . qua re fit , ut Romae & multis praeterea in locis magna ad eos multitudo confluat , ſtudiorum caùſa : & , quod caput eſt , non deeſt illis copia magiſtrorum ; ut hoc conſilio & adjumento non ſolum in praeſens tempus,

nlens neopolitanus , reliquas inferiores alii ... Vigebat docentium ſimul diſcentiumque ardor , horumque in dies augebatur numerus ... Concionibus latinis , quas prorector Cavilonius habebat, additae ſunt quadrageſimalis jejunii hebdomadis ternae germanicae in templo parochiali , in ſacello vero ſanctae crucis italicae diebus feſtis .... Aberat tum Otho , quod vix ab urbe reducem Maximilianus caeſar rogaſſet , ut rurſum ſuſcepto itinere filios ſuos Rudolphum, Mathiam , Erneſtum ad Philippum II. Hiſpaniarum regem , patruelem ſuum , Mantuam Carpetanorum deduceret. Reverſus anno altero (1564.) , intellectis noſtrorum piis in dioeceſin ſtudiis , multumque probatis , cum inter feſtas acclamationes magnifica pompa Dilingam intraret , ubi ad noſtrorum catervam , in platea praeſtolantem , venit , amantiſſimo fratrum nomine compellatos ad manus oſculum admiſit : tum ſeminarii partem , ab iiſdem habitatam , inviſens, & convivam ſe praebuit , & ſingulorum cubicula inſpectans , ubi quaedam minus , quam vellet , commoda reperit , ultro novum a ſe collegium exſtructum iri , pollicitus eſt ... Miſſis per viciniam literis , trium coenobiorum antiſtites , tum ex prima nobilitate permultos ad decimumſextum auguſti , divis Cornelio & Cypriano ſacrum , invitavit . Advenere perfrequentes . Adfuit quoque Petrus Caniſius , ex Polonia , quo cardinalis Hoſius illum ad conſtituendum Brunſpergae in Pruſſia collegium evocarat , paulo ante reverſus , ſtititque Othoni Henricum Dionyſium colonienſem , ſorore ſua genitum , quem bona cardinalis gratia primum academiae rectorem deſignaret .... Praeſtituto , quem ajebam , die cantatum ante omnia fuit pontificio ritu ſolenne ſacrum a Michaële Dornvogelio , epiſcopo adramyteno , Othonis ſuffraganeo ; poſt quod cardinalis gravi oratione , cur patres Dilingam evocaſſet , cum ſocietatis commendatione praefatus , tabulas a ſecretario recitari juſſit : quae , quo jure formaque academia noſtris traderetur , explicabant . Tum .... ſociorum unus laudationem grateſque dixit Cornelio Herlenio tanto largius , quanto is laudatius per annos tredecim & academiae & collegio S. Hieronymi praefuerat . Reſpondit ille perquammodeſte , gratiaſque egit cardinali pro delato conceſſoque tam diu regendae academiae officio ... ſeriam demum hortationem , ut erat ſocietati imprimis addictus , ſubjunxit ad juventutem ſcholaſticam , qua obſervantiae illam & obſequii erga novum regimen magiſteriumque commonuit . Epomidem dein purpuream , ſigillum argenteum , claves ſceptrumque ad cardinalis pedes deponit ; qui viciſſim benevole complexum ipſo in veſtigio apoſtolicae ſedis protonotarium renuntiat . Inſignia vero academiae ad Caniſium , inter noſtros , ordine conſidentes , primum , utpote provincialem , remittit , admonitum , ut ex praepoſiti generalis arbitrio rectorem proclamet . Praefatus Caniſius ea , qua par erat , demiſſione , collegium ſocietatis & S. Hieronymi una cum academiae gubernatione a Lainio generali cum gratiarum actione recipi , addidit , primum ab eodem rectorem deſignari Henricum Dionyſium . mox , annuente cardinali , palam inſignibus novi magiſtratus indutum ad Othonis genua perduxit , qui bene a Deo precatus ad ſubſellia eum remiſit . Ubi cum Dionyſius quoque gratias paucis egiſſet antiſtiti , & eidem fidelitatem .

ſed in perpetuum, quod ad id attinet, collegio divi Hieronymi conſultum putem. nec vero verendum eſt, ne illi hoc onus non ſuſtineant, qui majora perferre conſueverint, aut, qui perturbatam ſaepe religionem chriſtianam diſciplinamque reſtituerunt, ne praeclara aliorum inſtituta egregie non proſequantur. quare, quam doctoribus dilingenſibus adhuc ſummam tribui laudem fidei, officii ac diligentiae, hac ipſa in eodem illo munere obeundo jeſuitas ſpero fore digniſſimos. tuam quidem, ſi tibi pro tua humanitate libuerit reviſere collegium noſtrum, laetitiam augebit aliquando egregia ſedulitas & opera jeſuitarum; &, qui illius ſodalitatis es ſtudioſus, eris hoc etiam nomine cupidior, quod videbis, ipſos tuam etiam, caeterorumque gloriam illuſtrare labore ac diligentia ſua. credo, te aliquid jam de re ex literis prudentis, docti ac religioſi viri re-
i k ctoris noſtri (i) cognoviſſe: caetera coram (k), Deo approbante. Vale. Roma. IIII. non. aug.

LVI.

tem, academicis amorem & officia ſancte detuliſſet, rurſus ſecretarius e ſcripto palam fecit, velle cardinalem, ut, quandoquidem ſocietas, criminum, uti & cauſarum, quae cives inter & ſcholaſticos oriri poſſint, judicatui ne miſceretur, deprecata eſſet, rectori magnifico addatur vir bonus & induſtrius, qui, gubernatoris titulo inſignitus, ad judicanda ſcholaſticorum crimina & lites cum civibus, vindicandaque academiae privilegia rectoris vicem suppleat; primum porro hujuſcemodi cum poteſtate gubernatorem fore deinceps, donec aliter videatur, Cornelium Herlenium a Roſenthall... Quae univerſa in ſcripto uberius declarata cum recitaſſet ſecretarius, elata voce dixit: „ Cantate Te Deum laudamus „. Quod ubi alternante choro factum eſt, cardinalis, impertita omnibus ſacra benedictione, illius diei celebritati finem impoſuit, non item beneficentiae. nam & reditus majori nutriendo ſociorum numero augere ſtatuit, & ſocietatis nomen, juraque academica tuenda amplianda que ſuſcepit... Collegio S. Hieronymi gubernando primus admotus fuit, Thomas Borbyſchius... Nova iterum pompa, magnis impenſis adornata, tertio idus auguſti (an. 1565.) primum novae noſtrorum habitationi ſtruendae lapidem poſuit (Otho cardinalis auguſtanus) *ſtructuramque deinceps ſtrenue urſit: quod amoris in ſocietatem exemplum tribus poſt annis, inſpectante Roma, in templi noſtri, quod domui profeſſae cardinalis Alexander Farneſius condidit, jaciendis fundamentis innovavit..*

(i) Significat Cornelium Harlemium, ſive, ut eum Agricola appellat, Herlenium a Roſenthall, dilingani collegii rectorem, quem Romam Truchſeſius Dilinga evocarat, totiuſque conſilii ſui participem fecerat. Vide epiſt. *Permagna* d. 23. jan. 1563.

(k) Ideo *coram* dixit, quia propediem Roma profecturus Truchſeſius erat, ac Tridentum, ubi Rithovius commorabatur, ex itinere venturus. Vide epiſt. *Egerat* d. 23. jun. 1563.

Digitized by Google

L V I.

Hippolytus Card. Ferrarienſis Ferdinando imperatori. (*a*) *a*

Officioſa epiſtola. 3. aug. 1563.

PRofectio in Hiſpaniam Othonis, principis & cardinalis auguſtani, ejuſque iter in Germaniam, & acceſſus ad te, mihi optatiſſima fuit occaſio fungendi hoc officio literarum, quibus literis defero tibi praecipuam obſervantiam ac pietatem meam, jampridem illam quidem pro ſummis tuis in noſtram familiam (*b*) & ſtudiis & meritis debitam, &, ut ſpero, perſpectam. ſed tamen profeſſionem animi mei gratiorem quodammodo tibi nunc fore putavi, ſi nobiliſſimo hoc & ampliſſimo uterer interprete, cujus ſtudium & fides erga te quo certior eſt & illuſtrior, eo hoc officium meum, cum ipſius gratia conjunctum, tibi jucundius fore, ſperavi; praeſertim cum is & teſtis eſſe poſſit de animo & fide mea, & ſponſor de cupiditate & ardore quodam praeſtandi tibi illuſtre aliquod officium, & inſerviendi in omnibus, quae ad tuam dignitatem & gloriam pertineant. hanc mihi neceſſitatem, ſumma tamen mea voluntate ſuſceptam, imponit non ſolum magnitudo beneficiorum & ſingularis ratio ſtudiorum, quibus me, noſque (*c*) omnes ſemper benigne complexus es, ſed vera religio, excellens pietas, vehemens charitas, & ardens tuum ſtudium tuendae catholicae fidei & publicae pacis quietiſque conſtituendae. quare, cum & privatae tuae in me meoſque benignitati, & praeſtantiſſimis iſtis (*d*) & plane caeſareis atque imperatoriis ornamentis, in quibus potiſſimum piorum ſpes & reip. nititur ſalus, omnia debeam, oro & obſecro te, ut, cum tot tantiſque pignoribus me obſtri-

b *c* *d*

(*a*) Hanc & ſequentes duas epiſtolas ſcripſiſſe Pogianum, cardinalis Hippolyti Ateſtii, ferrarienſium epiſcopi, rogatu ac nomine, paullo ante quam card. Truchesius, Maximiliani regis liberos in Hiſpaniam ad Philippum II. deducturus, Roma diſcederet, didici ex ipſius Pogiani ad eumdem Truchſeſium litteris, ineunte decembri hujus anni datis; in quibus illa ſunt: *Quidam adeo ſunt intemperantes in cupiditate pontificatus, ut, quaſi certo interregno, tabellarios extruſerint in provincias, & aperte ambire ac prenſare coeperint. in illis inſignes duo, is, qui apud ſe in menſa neminem ex literatis vult accumbere, niſi ſit epiſcopus; alter, qui, paulo ante quam ex urbe proficiſcerere, ſe a te per literas, a me ſcriptas, Ferdinando imperatori, Maximiliano romanorum regi, ac Bavariae duci commendari voluit.*

(*b*) Ateſtiam. (*c*) Hoc eſt, univerſam familiam noſtram.

(*d*) *Iſtile* exempl. Gratianus emendavit.

Digitized by Google

ſtrictum teneas, mihi item facultatem des illis relaxandi mei, aliquo officio, cura, aut opera impertienda (*e*), quo facto me, quod vix videtur fieri poſſe, tibi longe etiam devinctiorem reddas: cui perpetuum ſtudium & obſervantiam meam deferens, ſalutem & felicitatem precor. Roma. III. non. auguſti. M. D. LXIII.

(*e*) *impertiendi* exempl. Emendavi ex cod. vat.

L V I I.

Hippolytus Card. Ferrarienſis Maximiliano Regi Romanorum.

3 aug. 1563.

Epiſtola officioſa.

CUM Otho, princeps & cardinalis auguſtanus, Roma proficiſcens, ſe prius ad te officii cauſa venturum ſperaret, quam hiſpanienſe iter ſuſciperet, putavi, meas eſſe partes dandi has literas ei, qui & tibi deditus eſſet, & meae in te veteris perpetuaeque obſervantiae maxime conſcius; quibus literis ſummum ſtudium & cupiditatem meam ſignificarem gratificandi, quacunque re poſſem, & potiſſimum inſerviendi tibi. commemorarem cauſas & multas & graviſſimas, quibus adductus eſſem, me ut tibi totum dederem; officia etiam ac ſtudia, quibus & ipſe & Caeſar, glorioſus parens tuus, me ac meos omnes benigne ſemper proſecuti eſſetis, exponerem; quas ob res inſitam eſtenſi generi, mihique praecipue, pietatem erga vos, tantorum in nos meritorum nomine cumulatam, oſtenderem. ſed illa per ſe ſunt illuſtria, & a nobis etiam apud ſummos principes (*a*) ſaepe

(*a*) Suas ad ſummos principes legationes ſignificat; de quibus, ac de quibuſdam aliis ad eum pertinentibus, quo melius quaedam harum trium epiſtolarum capita intelligantur, audiendus Oldoinius in ejus *Vita* apud Ciacconium: *Hippolytus Eſtenſis ... Alphonſi Ferrariae ducis & Lucretiae Borgiae filius, Franciſci I. & Henrici II. Galliae regum, affinis, natus eſt Ferrariae IX. Kal. ſeptembris, anno a partu virginis 1509. ... In aula regum Galliae Franciſci I. & Henrici II. ... a prima aetate verſatus, meruit ab iiſdem non modo publicis ac privatis conſiliis adhiberi, in quibus egregium ſe virum praebuit, verum etiam in adminiſtratione arelatenſis, aurelianenſis, ut nonnullis placet, mediolanenſis, auxitanae, aeduenſis, lugdunenſis, trecorenſis ac maurianenſis eccleſiarum, monaſteriorum item praemonſtratenſium Albanati & Flavigeni, aliorumque ſacerdotiorum a praedictis regibus, ceteris praeſulibus praeferri .... Franciſci regis Galliarum precibus die 20. decembris anni 1538. renunciatus eſt* (a Paullo III.) *diaconus cardinalis, ſed non publicatus, niſi die 5. non maji, ut errore amanuenſis legimus in Ciacone, ſed martii, an-*

ſaepe teſtata . quare ſuperſedebo commemoratione eorum , quae
& noſtris infixa mentibus , & nota ſunt omnibus . animum vero
& voluntatem meam , tametſi ſpero tibi & multis praeterea non
ignotam , tamen , quo tibi debita cura , ſtudio & induſtria mea
libentius utare , brevi profitebor . ego , quantum adhuc publi-
ce , quantum privatim praeſtiterim , vel cardinalitii officii , vel
patrocinii (*b*) , vel legationis (*c*) , vel mandati , vel denique *b c*
neceſſitudinis cauſa (praeſtiti autem in his negotiis , quod potui ,
ſemper) , tantum laboris , operae , fidei ac diligentiae tibi , ubi
facultas tulerit , libentiſſime navabo . quod non ſolum me de-
bere intelligo maximis tuis beneficiis ac ſtudiis erga nos , ſed
etiam praeſtantiſſimis animi & ingenii bonis , religioni , pru-
dentiae , magnitudini animi , benignitati , caeteriſque , caeſare de-
ſignato & Maximiliano caeſare digniſſimis , virtutibus ; quarum
libera illa profeſſio , & illud inſigne ſpecimen datum omnibus
in regiis ipſis caeſareiſque comitiis (*d*) , & conſequentibus dein- *d*
ceps

anno 1539. *Venetias deinde ab eodem pontifice anno* 1544. *rempublicam rogatum , ut ſecum & cum eodem Franciſco rege foedus inire vellet , miſſus , & e Gallia poſtea Romam , eidem pontifici regis nomine ſuaſurus , ut parmenſi civitati Horatium Farneſium , qui regis filiam in uxorem duxerat , praeficeret , reverſus eſt . A Julio III. epiſcopus ferrarienſis anno* 1550. *renunciatus , ſequenti anno* 1551. *ob quaſdam inter Julium eundem . . . & Henricum II. Gallorum regem , excitatas ſimultates , vix impetrata a pontifice abeundi venia , diſcedens , Ferrariam cum divertiſſet , Brixelli caſtri regienſis ditionis , Hercule fratre duce deferente , clavum tenuit . Senas praeterea ſequenti anno pro chriſtianiſſimo rege , quia civitas illi ſe dederat , biennio , donec Petrus Strozzius in Italiam venit , firmo praeſidio munitam placate moderatus eſt . Sub Pio IV. legationis munere functus eſt in patrimonio S. Petri . paulo poſt ad romanorum regem in Germaniam pro pace ineunda , mox in Galliam , ab haereticis vexatam , ab eodem Pio mittitur . &c.*

(*b*) Galliae patrocinium intellige . Pallavicinius libro XV. *hiſt. concil. trid.* cap. 12. num. 1. de hoc Hippolyto , *huomo* , inquit , *riputatiſſimo di prudenza , per la quale era ſtato più volte propinquo ad eſſer creato ſupremo rettor della chieſa ; la cui cognata , moglie del duca Ercole , havea ricevuto l'eſſere dal rè Lodovico duodecimo ; e la cui nipote era moglie di Franceſco duca di Guiſa : ed egli havea ſempre non ſolo in Roma , ma in tutta Italia eſercitata come un'alta ſopraſtanza a' più gravi affari della corona franceſe .*

(*c*) De hac legatione idem Pallavicinius ibid. *Traevano* , inquit , *con grand' ardire gli eretici in quel reame* (di Francia) *a loro vantaggio la debolezza del preſente governo : ed ogni dì facevano qualche paſſo , o più veramente ſalto . . . Queſte coſe fecero conſiderare al pontefice* (Pio IV.) , *che ſarebbe ſtata neceſſaria per quel reame la meſſione d'un legato di gran ſenno per sì ardui e ponderoſi negozij , e inſieme di grand' autorità nel paeſe . . . Amendue queſte doti gli parve di trovare in Ippolito cardinal di Ferrara . . . Fu egli deputato alla legazione il dì ſecondo di giugno* (1561.) *e 'l venteſimo ſeſto ricevette la croce per dipartirſi .*

(*d*) De hac Maximiliani regis libera catholicae religionis profeſſione in ipſis,
qui-

e ceps actionibus ſermonibuſque comprobatum (*e*), quaſi lux quaedam, in tautis tenebris oblata Dei eccleſiae, & ipſi Dei vicario, ejuſque ampliſſimo & ſacro conſilio, bonos pioſque recreavit, & ad ſpem priſtinae dignitatis & communis omnium pacis ac f ſalutis erexit; nobiſque facile perſuaſit, fore, ut tu (*f*) chriſtiani imperii laude tanto antecellas omnibus, quanto auſtriaci caeſares caeteris imperatoribus praeſtiterunt. itaque in ſummi beneficii & gratiae loco peto a te, ut, qui omnia a me omnibus de cauſis tuo jure expectare & poſtulare potes, hac tanquam poſſeſſione, quae tua eſt, animi, officii & ſtudii mei libere fruaris: cui eximiam obſervantiam meam pollicens, caeſareae iſti virtuti parem felicitatem precor. Roma. III. non. auguſti. M. D. LXIII.

LVIII.

quibus rex romanorum creàtus eſt, comitiis, ſunt illa apud eumdem Pallavicinium libro XIX. cap. 5. num. 12. *Due novelle in queſti giorni arrivarono colà* (in Trento) . . . *L'una fu l' elezione a rè de' romani di Maſſimiliano, rè di Boemia, primogenito di Ferdinando. Era ella occorſa in Francfort a' 24. di novembre* (1562.): *e 'l padre nella dieta s'era portato con pia coſtanza, negando le condizioni favorevoli all' ereſia, che i tre elettori di quella ſetta chiedevano in compenſazione . . . Maſſimiliano ricercato anch' egli da' principi proteſtanti di coſe oppoſte alla ſincerità della fede cattolica, haveva riſpoſto, ch'era fermo di vivere e morire in eſſa.*

(*e*) Caniſius litteris ad Hoſium, die 26. dec. 1562. Auguſta Tridentum datis, *Regis* (Maximiliani), inquit, *& reginae magnificum ingreſſum, quem Bavariae princeps illuſtriorem reddidit, catbolici laetis animis exceperunt. Clerus auguſtanus, non ſine ſolenni pompa, proceſſit obviam, & in ſuum templum primorium eundem regem & reginam induxit. Itum eſt porro ad ſummam altare, & decantatae gratiae Deo publice, vellent nollent audire adverſarii. Te Deum laudamus. Nam falſum rumorem ſparſerant ſectarii, ſuarum eſſe partium regem Maximilianum: quem gaudemus nibil in bis remittere, quae ad catbolicae profeſſionis ſpecimen vulgo exbibendum ſpectant.* Et litteris ad eumdem, die 2. jun. 1563. datis, *Illud*, inquit, *de rege noſtro libenter intelleximus, invitatum illum ſerio a principibus lutberanis ad ipſorum, non Dei, verbum audiendum, cum in itinere eſſet, nibil illis loci tribuiſſe. Habiturus boc loco dicitur concionatorem gurzenſem epiſcopum.*

(*f*) Exemplaris lectio haec eſt *tua chriſtiani imperii laude tanto antecellas omnibus*. Gratianus, locum mendoſum eſſe ſuſpicatus, ita emendavit, *tua chriſtiani imperii laus tanto antecellat omnibus*. Ego minima mutatione ſuſtuliſſe mihi omnem mendam, ſi qua erat, videor, cum ex *tua* poſtremam litteram demſi.

Digitized by Google

L V I I I.

Hippolytus Card. Ferrarienſis Duci Bavariae. (*a*) *a*

Epiſtola officioſa. 3. aug. 1563.

UT ex cardinalium collegio neminem eſſe arbitror, quin te merito tuo amet & obſervet, ſic & Othonem, principem cardinalemque auguſtanum, illo amore & obſervantia antepono omnibus, & eſſe me ei proximum, affirmo; cujus ſtudii & animi erga te mei is eſt omnium maxime conſcius. itaque voluntatem & cupiditatem meam, quam nemini praeterea concedo, agendi, adjuvandi, fide, opera, cura ac ſtudio omnia, quae ad tuam utilitatem aut dignitatem ſpectent, melius ipſe coram exponet. ego, fretus humanitate & prudentia hujus optimi principis & cardinalis, qui tibi etiam de me ſpondebit, exigua hac literarum ſignificatione contentus ero; tantumque petam a te, ut, quemadmodum omnibus nominibus cupio tua cauſa & debeo omnia, ſic me & meis omnibus, ut tuis, utaris tuo arbitratu: quo nihil optatius mihi accidere, nihil ipſe gratius facere poteris. Deum vero precor, ut & mihi facultatem det gratificandi & inſerviendi tibi, parem ſtudio & obſervantiae meae, & te ſalvum & incolumem ſervet. Roma. III. (*b*) non. *b*
auguſti. M. D. LXIII.

(*a*) Is erat Albertus: de quo vidè ep. *Non aſſequor*, ineunte junio 1563. datam.

(*b*) IV. cod. barber. qui etiam anni adſcriptionem omittit.

L I X.

Julius Pogianus Alphonſo Caraffae Cardinali. (*a*) *a*

Dolet, quod cardinalis Borromaei nomine ſcribendis litteris, jufſu Pontificis maximi, addictus, cum Caraffa eſſe non poſſit. 23. oct. 1563.

QUantum meum ſtudium extiterit conveniendi te, dandique tibi potiſſimum operam meam, ut primum ex urbe profectus eſt (*b*) Otho card. auguſtanus, ex eo, puto, *b.*
intelligis, quod, cum hic apud eum viverem, te ex ampliſſimo ordi-

(*a*) De eo vide epiſt. *Si quanto*, ineunte majo 1562. datam: & epiſt. *Praeclarum* d. 15. maj. 1563.

(*b*) Profectus fuerat ſub initia menſis auguſti hujus anni 1563. ad quem hanc epiſtolam pertinere, ipſa etiam tacen-

ordine proximum habebam, quem obſervarem, cujuſque domum officii cauſa ventitarem. etſi hujus meae cupiditatis teſtis eſt ipſe cardinalis auguſtanus, qui, cum videret, me de illa ſententia non diſcedendi ex Italia ulla conditione deduci non poſſe, petiit a me in beneficii loco, ſaltem ut ſua cauſa eſſem apud Carolum Borromaeum cardinalem, quaſi pignus quoddam, ut ipſe dicebat, amoris & obſervantiae erga illum ſuae. cui non ſolum id ego negavi, quod affirmarem, me tibi debere, ſed cum ipſo etiam Borromaeo, ex Auguſtani poſtea verbis pro debito quodammodo exigente operam meam, ita locutus ſum, ut dicerem, me tandiu fuiſſe in Auguſtani poteſtate, quandiu ille manſiſſet in urbe; ut, qui me ſecum in Hiſpaniam, quod vehementer cupiebat, ducere non potuiſſet, multo minus poſſet alteri tradere.
c d & quidem etiam Ferrarienſem (c), Cornelium (d), Vi-
e tellium (e) cardinales belle effugeram, a quibus eram liberaliter invitatus. quid multa? rejectis omnibus, quae mihi proponebantur, facultatibus urbanorum commodorum, te unum ſpectabam, tecum eſſe cupiebam. ac brevi dediſſem me in viam, tibique praeſto fuiſſem; cui eo jucundiorem fore ſperabam adventum meum, quo minus eſſet in expectatione. ſed, dum
f profectionem (f) paro, ecce tibi juſſum pontificis maximi, ut
g Borromaei cardinalis conditionem accipiam (g): quanto id meo cum dolore, tu, pro tua prudentia, proque meo tibi perſpecto & animi ſenſu & in te amore atque obſervantia, facile exiſtimabis.

tacente, manifeſtum eſt. exſtant in *Tabul. eccl. rom.* Othonis litterae, ad Hoſium die 12. ſept. Verona, rurſumque ternae Bolzano diebus 13. 18. & 22. novembris, denique binae, Brixina Kalendis, & pridie nonas dec. hujus ejuſdem anni datae.

(c) Hippolytum Ateſtium cardinalem, quem ferrarienſium antiſtitem Julius III. anno 1550. renunciarat: qui etſi eum epiſcopatum in Aloyſium, fratris ſui filium, anno 1553. tranſtulerat, Ferrarienſis tamen exinde appellari non deſiit: de quo vide epiſt. *Cum Otho* d. 3. aug. 1563.

(d) Aloyſium Cornelium, ab Julio III. die 20. dec. 1551. cardinalem creatum.

(e) Vitellotium Vitellium, a Paullo IV. idibus mart. 1557. cardinalem renunciatum.

(f) Neapolim, ut opinor; cujus civitatis archiepiſcopus Alphonſus hic erat. Vide eamdem illam epiſt. *Praeclarum* d. 15. maj. 1563.

(g) Apparet ex hoc epiſtolae loco, cardinali Borromaeo operam dare Pogianum juſſu pontificis max. coepiſſe jam ante hunc octobris viceſimumtertium diem an. 1563. haud ita multo poſt cardinalis Truchſeſii Roma diſceſſum, quem in auguſti initia incurriſſe, ſaepe diximus. at vero neque hujus temporis neque conſequentis ullas, a Pogiano Borromaei nomine ſcriptas, litteras nobis aut exemplar noſtrum aut vaticanus codex ſuppeditat. in pleriſque tamen earum, quas ad Hoſium a Borromaeo hoc reliquo anno poſteaque datas in *Tabularium eccl. rom.* Cyprianus contulit, Pogiani ſtilum facile quivis agnoſcet.

mabis. interceſſit igitur vis, quae meum fregit conſilium; cupiditatem autem tantum abeſt ut reſtinxerit, ut etiam magis incenderit. quod quoniam, niſi ſublata neceſſitate, tibi re probare non poſſum, optabo, ut liceat. rem quidem certe, quemadmodum acta ſit, ad te ſcribere mei officii eſſe duxi, cui liberam voluntatem meam, vel alligata facultate, non injucundam putavi. Vale. Roma. x. Kal. novembris.

L X.

Julius Pogianus Othoni Truchſes Card. Auguſtano.

Acta urbana quaedam nunciat. 6. nov. 1563.

MEmini, cum te proficiſcentem ad xiiii. ab urbe lapidem officii cauſa proſecutus eſſem, in digreſſu mecum agere, ut latine aliquid interdum ad te ſcriberem. quod etſi propterea diſtuli adhuc, quod videbam, habere te rerum urbanarum ſcriptorem diligentiſſimum, eum, qui Romae tua negotia procurat, tamen, quod eandem ſilentii cauſam, ſi id ſpectarem, mihi perpetuo fore intelligebam, malui in eo peccare, ut inanes, vel ſupervacaneas potius, quam nullas literas darem. ſperavi enim, te mihi veniam daturum eſſe, ſi tuam voluntatem literarum prudentiae ac reliquo officio meo praeponerem.

De caede lictorum, facta a Luiſii cardinalis eſtenſis (a) calonibus, deque rei cauſis, & de eo, qui interfectus eſt, de ipſis calonibus, quod cum telo eſſent, ſtatim equuleo tortis, denique de eo, quod pontifex ſontium inditium & vitam magnis praemiis propoſuit, puto, cognoviſti.

Haec poſtea conſecuta ſunt. Eſtenſem cardinalem domi ſuae eſſe tanquam in cuſtodia, pontifex juſſit, unde ſi pedem efferret, mulctam ei dixit centum millium aureorum. ſunt, qui affirment, addidiſſe, ſi quid commiſiſſet, eum ſenatu moturum.

(a) De eo Oldoinius in ejus *Vita*, *Aloyſius*, inquit, *Eſtenſis*, *vel de Eſte*, *ſeu Ateſtinus*, *italus*, *Herculis II. Ferrariae ducis*, & *Renatae*, *Ludovici XII. francorum regis natae*, *filius*, *anno ſalutis* 1538. *in lucem editus*, *ob praeclaram indolem & egregias animi dotes in tantam Paulum* (corrige *Julium*) *III. romanum pont. rapuit admirationem*, *ut ab eo adhuc adoleſcens* (annos nempe quindecim natus) *ferrarienſis eccleſiae epiſcopus electus ſit*. *In Galliam poſtea profectus*, *Henrici II. ipſius conſobrini*, *gratiam ac benevolentiam ita ſibi conciliavit*, *ut nobiliſſimis ac ditiſſimis ſacerdotiis*, & *praeſertim eccleſia auxitana*, *ultro abdicante Hippolyto patruo*, *ſit auctus*. *A Pio IV. diaconus cardinalis SS. Nerei & Achillei abſens ac paene invitus renunciatus* (die 26. febr. 1561.) &c.

turum. jacet Eſtenſis in lecto ex febri, in quam quidem jam antea inciderat, ſed quae tamen poſtea viſa ſit ingraveſcere. verum adhuc ei a morte medici negant eſſe periculum. illud gravius, quod in coetu cardinalium pontifex Hippolyto cardinali, Luiſii patruo, dixit, ſe in fratris ejus filio (*b*) Montis cardinalis (*c*) vitam

(*b*) Hoc eſt, in Luiſio ſive Aloyſio.

(*c*) De hoc cardinale quae Pallavicinius libro XI. *Hiſt. concil. trid.* cap. 7. n. 4. prodidit, digna ſunt, quae huc ad illuſtrandum hunc locum transferantur: *Ma quel che imbrattò*, inquit, *le primizie del ſuo pontificato* (Julii III. nimirum) *fu la prima porpora, ch'egli diede* (die 30. maji 1550.). *Ne veſtì eſſo un giovane, chiamato Innocenzo, di nazione sì oſcura, ch'ella rimane ignota ancora alla fama. La contezza, ch'io ne ho tratta in parte dalle ſcritture, in parte dalla narrazione d'huomini vecchi e ben'informati, è ſolo, che, mentre Giulio governava Piacenza in qualità di legato* (*e non Bologna in qualità di prelato, come narra il Soave*) *poſe affezione ad un fanciulletto, che gli veniva d'intorno feſtivamente alla tavola: e, parendoli di ſvegliato ingegno, preſe ad allevarlo per Dio; e il fece ſtudiare. Avvenne, che il giovanetto s'avanzò nelle lettere umane. onde il padrone compiacendoſi, che quaſi la ſua perſpicacia haveſſe ſaputa diſcernere una pianta di gran pregio ancora in erba e tra 'l fango, ſi riſcaldò nell'affetto, amando quell'allievo ſiccome parto del ſuo giudicio, i cui figliuoli ſi ſtimano più noſtri, che quei del corpo: e col tempo l'affezione pervenne a ſegno, che fè adottar Innocenzo da Balduino del Monte, ſuo fratello... Or Giulio aſceſo alla podeſtà d'eleggere i padri del conciſtoro ... fu rapita dall'affetto verſo Innocenzo, fatto da lui dimorare fino a quell'ora in Bagnaia, villa vicino di Roma una giornata, promovendolo a un tal grado mentre non havea forſe compiti i diciaſett'anni, ed arricchendolo con dodici mila ſcudi d'entrata... Al qual beneficio rendè Innocenzo poi quella ingratitudine, che ſi commette nella mala riuſcita, recando vituperio al benefattore. imperciochè, ſi come avviene, che le ſmoderate grandezze in huomini di baſſo cuore per naſcimento, e di paſſioni fervide per giovinezza, s'impieghino più toſto a ſaziar gli appetiti, che a nutrir le virtù, ſdrucciolò egli preſtamente in varie diſſoluzioni, per le quali convenne a' futuri pontefici di mortificarlo e punirlo.* Id quando & quomodo & a quo acciderit, narrat idem Pallavicinius lib. XIV. cap. 15. n. 4. his verbis: *A queſt' atto di giuſtizia favorevole a un cardinale* (Joanni Morono) *ſe ne accompagnarono due offendevoli a tre altri di quel ſenato. Il primo fu contra il cardinal del Monte, chiamato a ſè dal papa* (Pio IV.), *e di poi, ſenza eſſere introdotto alla ſua preſenza, fatto condurre in Caſtello* (die 27. maji an. 1560. hoc eſt eodem menſe atque eodem propemodum die, quo ante decennium evectus ad cardinalatum fuerat): *Il qual cardinale in viaggio, per certa villania ſoſtenuta da un' oſtiere e dal figliuolo, non ſeppe commandare al furor giovanile sì che non bruttaſſe le mani e più la porpora col ſangue vile d'amendue. onde il papa indi a pochi dì ragionandone coll' Amulio, e rendendoli, come ſolea, confidentemente ragione del ſuo rigore, in deteſtando una tal fierezza del reo, apportò quel verſo di Virgilio*

Natum ante ora patris, patremque obtruncat ad aras:

e quindi preſe materia d'annoverar molte altre diſſoluzioni sfacciate di quell' indegno cardinale. Ma del principal misfat-

vitam & mores agnoſcere (*d*) : cui quidem Hippolyto gran- d
de etiam convicium fecit, objecitque familiaritatem Hugo-
Y y 2 novio-

misſotto queſti s'andò poi ſcuſando nell' eſame e nelle diſeſe, con dire, che l'uccisione del figliuolo era ſtata ben colpevole, ma non inteſa o doloſa, come parlano i legiſti: perochè egli ontato da colui, havea procurato di percuoterlo ſolamente di piatto; là dove contra ſua voglia la ſpada l'havea ferito di punta: e intorno al padre, ch'era corſo per vendicarſi, diede a veder, che la morte foſſe ſtata caſuale per involontario ſcaricamento d'un' archibuſo, che 'l cardinale teneva al fianco. Onde, dopo ſedici meſi di prigionia, ne uſcì (die 23. ſept. an. 1561.), *privato di molte entrate eccleſiaſtiche, e confinato alla ſolitudine del famoſo moniſtero caſſineſe.*

(*d*) At certe in reliqua vita card. hic Aloyſius longe aliis moribus, ac Innocentius ille, ſe geſſit. eum Ughellius *principem nobiliſſimae indolis, ac animi magnitudine nulli ſecundum, lumen ſenatus ac togae* vocat. de eo Oldoinius, *Bis*, inquit, *romanorum pontificum juſſu legatus in Galliam ſe contulit, ſemel anno* 2576. (corrige 1576.) *mandante Gregorio XIII. ut conventui cuidam ſedis apoſtolicae nomine intereſſet, iterum anno 1582. ad perſuadendum Henrico III. regi, ut patrocinium Alenconio duci fratri, quod Belgis, Philippo regi rebellibus, opitularetur, auferret. Ciſtercienſem quoque, & canonicorum ſecularium* (corr. *regularium*) *S. Georgii in Alga ordines juvit patronus ... Gallos omnes in Italiam venientes humaniſſimis excipiebat ulnis, exceptos auctoritate fovebat, ope opibuſque juvabat. Joannem Leves Alvernum, magnum religionis S. Joannis hieroſolymitani magiſtrum, qui Romam anno 1581. venerat, ut apud ſummum pontificem de notis calumniarum, ſibi falſo inuſtis, ſe expurgaret, trecentis & amplius ejuſdem militiae equitibus comitantibus, domi excepit, propriaque impenſa per duos fere menſes regia munificentia aluit. Staniſlao Hoſio, card. varmienſi, viro pietate & doctrina inſigni, cum illi Romae ad excipiendas pauperum indigentium neceſſitates pecunia quandoque deficeret, liberaliſſime ſaepe ac ſaepius occurrit. Quare merito pauperum theſaurarius, ſacri collegii ſplendor, aulae romanae ornamentum, ac princeps inauditae liberalitatis dictus eſt ... Tantus hic cardinalis, annos 48. natus, Romae in quirinali, in hortis ſuis, die martis, hora* 16. III. *Kalendas januarii, anno ſalutis* 1586. *pontificatus Sixti V. ſecundo, animam exhalavit.* Denique card. ille idem Hoſius, ab Oldoinio proxime nominatus, inſigne hoc Aloyſio, in quibuſdam ad eum litteris, Roma Lutetiam Pariſiorum d. 18. oct. an. 1573. datis, teſtimonium dat: *Reverſus*, inquit, *iſthinc ad me Reſcius multa mihi narravit de benevolentia in me celſitudinis tuae, minime vulgari, & de ſtudio quodam ardenti, quo cauſam Chriſti tuendam ſuſcepit. Utroque nomine plurimum debere me celſitudini tuae, profiteor. Utinam autem cui ſimiles plures haberemus, qui pari ſtudio in chriſtianam religionem tuendam incumberent! Eſſet ea nunc loco multo meliore: quin & regnorum ſtatum multo videremus feliciorem. ſed neſcio quae ſit temporum horum infelicitas. &c.* Non me poenitet, in Aloyſii hujus laudibus perſequendis fuiſſe longiorem. tenendum enim mihi inſtitutum meum fuit, ut, quae infamia in aliquem ex aliquo harum epiſtolarum loco, quas primus in lucem profero, redundatura eſſet, eam, cooquiſitis undique hominis laudibus, ſi vere poſſem, eluerem: ne proditae cujuſquam boni viri exiſtimationis reus umquam agerer.

Digitized by Google

e f noviorum (e), quorum concionibus (f) & diſputationibus in Gal-

(e) Quos vulgo *Hugonotos* ſive *Hugonottos* dicimus, eos & Pogianus hoc loco, & Gratianus in libris ſuis *Hugonovios* aut *Ugonovios* appellat. incerta admodum utriuſque nominis ratio eſt. quam Henricus Spondanus in *Annalibus* ad annum 1560.num.10. tradit, accipe: *Obſervant*, inquit, *autores, hoc primum tempore calvinianos in Gallia coepiſſe dici Hugonotos. nec tamen de vocis origine, quae multiplex affertur, adeo conſentiunt. Conveniunt plerique, deductum a porta urbis Turonis, quae regis Hugonis appellatur; ad quam calviniani ſua conventicula celebrare conſueverant. Quidam expreſſius: quod, cum ſingulae Galliae urbes peculiaria nomina habeant, quibus Mormones, Lemures, Manducos, & caetera hujuſmodi monſtra inania anilibus fabulis ad incutiendum infantibus, ac ſimplicibus faeminis terrorem, vulgo indigitant, Turonis Hugo rex celebretur, qui noctu pomoeria civitatis obequitare, & obvios homines pulſare ac rapere dicitur; ab eoque Hugonoti appellati fuerint: qui ad ea loca, ad conciones audiendas, ac preces faciendas, itidem noctu, agminatim conveniebant. At convenientiſſime id quidem, ſi mores eorum, ſtudia, conatus, ſeditioſa turbulentaque conſilia ſpectes, ſi ſaevitias & crudelitates in Deum, eccleſiam, regem, patriam, divinas & humanas leges, omnes bonos, quibus ingentem ubique & terrorem & horrorem, ſtrepitumque Acherontis primum, deinde perniciem & ſubverſionem attulerunt ... Hugonotorum non adeo ineptam olim retulimus rationem ſumptam a voce foederis helvetici, qua ſe invicem* Eydgenoſſen *vocitant, male a Gallis pronunciatam. Seu denique, ne alibi eam interpretatam reperimus, ad rem item convenientiſſime, quoſi* Hens-guenaus: *quod apud eoſdem helvetios ſignificat gentes & homines ſeditioſos*. Aliam etymologiam Franciſcus Haraeus in tomo III. *Annal. Belgic.* ad an. 1561. valde illam quidem probandam, affert: *Ita*, inquit, *gliſcere in dies diſſenſiones & palam demonſtrari multae injuriae & contumeliae inter utriuſque religionis homines, factioſaque Hugonotarum & Papiſtarum agnomina coepere. Condaeus ejuſque aſſeclae deprimebant Guiſianos, quod, etſi forte ex ſtirpe eſſent Caroli quondam Magni, ſed nequaquam ex ea profapia, ex qua ipſi regeſque jamdudum regnantes, nempe Hugonis Capeti. Quod dextre in eos retorquentes Guiſiani, proinde Hugonotas eos appellabant: ſed viderent, ne, ut olim Hugo ille Capetus; novum regni ſtatum molirentur.*

(f) Rem ita narrat Pallavicinius libro XV. cap. 14. n. 6. *Il Cardinale di Ferrara, eſaminando il negozio con altra bilancia, diſcorreva, che la poca religione di Antonio* (rè di Navarra) *harebbe nociuto all' anima di lui ſolamente; là dove la profeſſione, ch' egli faceſſe di cattolico o d' eretico, maſſimamente durando la ſua amminiſtrazion della Francia, trarrebbe per avventura la ſalute o la perdizione di tutte quelle provincie, e in gran parte del criſtianeſimo ad eſſe congiunto... Pertanto con tutte l' induſtrie s' argomentava il cardinale di farloſi amorevole e confidente; e ſimili induſtrie uſava con la moglie Giovanna; dal cui animo imperioſo e feroce la debolezza d' Antonio era dominata. Or' un giorno avvenne, che ſtandoſi il legato con la reina reggente* (Catarina de' Medici) *e con quella di Navarra, queſta diſſe d' haver udito un de' nuovi predicatori, il qual' erale piaciuto aſſai, ſpezialmente per la modeſtia; tenendoſi egli da ogni puntura contra i cattolici: e che al legato altresì piacerebbe. e quì ſi miſe a pregarlo di ciò inſtantiſſimamente: e ad un' ora la reina di Francia con altrettanto fervore ne lo richieſe; affermando, eſſer publica lamentazione, che* una

Gallia frequens (*g*), interfuiſſet: quibus de rebus ſe Tridento *g*
olim a Mantuano cardinale (*h*), viro & fide & pietate ſingulari, *h*

una ſoperchia auſterità de' pontificij verſo i ſeguaci delle nuove ſentenze gli faceſſe indurare: qual' ingegno eſſere di riconciliare a ſe gli huomini col ſuggirli? Il cardinale rimaſe forte perpleſſo. Da un lato (così appunto egli ſcrive) ſapeva, che 'l mondo riſguarda per miſurare le azioni una regola groſſolana, ciò è, non la forma, ch' è in eſſe il fine interno, perchè nol penetra, ma la sola materio, ch' è l'opera eſteriore, perchè la ſcorge. onde prevedeva, che molti haurebbono deteſtato per profano quel fatto, benchè di natura non foſſe prava, e dall' intenzione dell'operante riceveſſe la qualità di religioſiſſimo. D'altra lato conoſceva i ſoliti affetti della condizion femminile, e della reale; l'una ardentiſſima nelle voglie, l'altra ſdegnoſiſſima alle repulſe: e intendeva, quanto montaſſe la grazia di quelle due reine, in cui mano era a quel tempo tutto lo ſtato della Francia. Al fine eleſſe d'antiporre ciò, che ſtimò ſalute, al romore, ed accettò d'andare a ſentir la predica; patteggiando, che ſcambievolmente amendue le reine veniſſero ad aſcoltarne un'altra, la qual farebbe poſcia un teologo ſuo. Udilla adunque in una privata ſala, e con riſguardo di non concorrere con verun' eſtrinſeco ſegno alle preci antecedenti del predicante, per non cooperar ſeco in atto di religione. La modeſtia gli riuſcì ſecondo la preceduta teſtimonianza, ma il valore aſſai ſotto l'eſpettazione: onde traſſe egli materia d'allegrezza, veggendo, poco eſſere che temer da coſtoro, ſe alla fievolezza de' maeſtri non haveſſe aggiunte forze la paſſione e l'intereſſe degli uditori. Furono indi a due giorni le due reine convitate dal legato: e dopo la menſa, in una cappella inteſero la predica d'un ſuo religioſo; la quale ſi com' hebbe aſſai maggior numero di nobili aſcoltatori, eziandio Ugonotti, così fu eguale nella modeſtia, e ſuperiore di grandiſſima lunga nell'eloquenza e nella dottrina alla precedente; e ricevette comune applauſo.

(*g*) An *frequens interfuiſſe* poteſt vere dici, qui non niſi ſemel interfuerat? quid igitur? mentitum ne Pium IV. dicemus? non: ſed nihil eum tale dixiſſe. nihil eſt autem uſitatius, Romae praeſertim, quam dicta quaedam principum, atque etiam facta, in vulgus edi & in hominum ore verſari, ac mandari etiam litteris, quae neque dicta neque facta ſunt, aut certe, non perinde ut ſunt ſive dicta ſive facta, vulgantur.

(*h*) Hercule nempe Gonzaga, primo concilii tridentini ſub Pio IV. praeſide. Tridentum venerat die 16. apr. an. 1561. ibidem die 2. mart. an. 1563. mortuus. Verum ego hac ipſa card. Mantuani inducta mentione ac teſtimonio magis magiſque adducor, ut totam hanc pontificis max. de cardinale Ferrarienſi querelam atque orationem confictam, aut certe aliquid ei falſi, vulgi ſermone, affictum fuiſſe, ſuſpicer. nam, de rebus, quae in Gallia atque Pariſiis agerentur, quam non credibile eſt, pontificem max. ab homine, qui Tridenti degebat, illique tantae procurationi praeerat, fuiſſe commonitum? crediderim potius, ex quodam cardinalis Granvellani cum Commendono, pontificio nuncio, ſermone, Bruxellis habito, & ex Commendoni ad card. Borromaeum de eo ipſo ſermone litteris, die 12. oct. an. 1561. datis, de Mantuani illa cum Hugonotis familiaritate primum innotuiſſe pontifici. ſic autem ſcriptum in iis litteris video: *De le coſe di Francia io non ſcriverei a voſtra ſignoria illuſtriſſ. eſſendone lei molto prima & meglio avviſata da quella corte, ſe non foſſe per riferirle talvolta quello, che qui ſe ne dice & giudica, principalmente da monſignor illuſtriſſ. di Granvella: il che non credo eſſe-*

lari, cui illa fuiſſent permoleſta, certiorem factum, affirmavit. Quae ſequuntur, leviora ſunt. ſed, quando Coſmus Medices major (*i*), vir ille prudentiſſimus, praeclarum eſſe cenſebat odorari omnia vel minima principum facta ac dicta, ne ego quidem hoc ſcriptione indignum exiſtimavi. Julius Mantuanus, is, qui pontifici pocula miniſtrabat, illo munere motus eſt, quod a pontifice ſtatim delatum eſt Julio Columnae, romano adoleſcenti. rei cauſam hanc dicunt, quod Mantuanus nanum, Aſcanii Sfortii cardinalis delicias, percuſſerit. nam, cum in menſa pontifex juberet aliquid dicere pumilionem, *Nihil eſt*, inquit ille, *quod dicam* (*k*), *niſi de Mantuano hoc libet audire*. cum annuiſſet pontifex, liberius ille quaedam effutivit, quibus Julius erubeſcere coactus eſt. quare cubiculo egreſſus, nanum evocari jubet alterius nomine; quem cum ad fores cubiculi male mulctaſſet, majorem nanus clamorem edidit, ut exaudiretur a pontifice: qui, cognita re, *Ne te*, inquit, *Juli, poſthac commiſeris in conſpectum meum, niſi in navem longam detrudi volueris*. Hic nullus fit diruendi atque aedificandi (*l*) finis. in templo

eſſere ſe non bene che V.S. illuſtriſs. ſappia per più riſpetti. Queſto ſignore continua di farne in ſomma mal giuditio, & particolarmente m'ha detto, come la regina non vuole udir conſiglio, nè conoſcere il periculo, nel quale ſi ritrova, nè admettere l'offerte del rè catholico & de li duchi di Savoja & di Lorena a ſtabilimento ſuo & de' figliuoli, & che ogni dì va perdendo autorità, & a l'incontro la caſa di Vandome l'acquiſta .... Appreſſo mi ha detto, che frà Pietro Martire ha di continuo adito aperto a la regina: & ſe bene non dubita de la buona mente di ſua maeſtà, teme nondimeno, ciò portare gran pregiuditio a la cauſa, ſgomentando li catholici & dando ardire a li heretici. Similmente ha moſtrato meco maraviglia & diſpiacere aſſai, che ſia nato, com'egli dice, diſparere fra monſignore reverendiſs. legato (cardinal di Ferrara) *& il cardinale di Lorena, & che eſſo reverendiſs. legato dimoſtri molta amorevolezza & confidenza con la caſa di Vandome, uſando tuttavia molti riſpetti verſo li heretici. le quali coſe anchora che fatte, com'egli crede, con boniſſima mente, ſtima dover partorire mal'effetto*. Sed nihil ex ea re incommodi conſequutum eſſe, & legatus ipſe pontificem litteris ſuis docuit, & legationis felix exitus declaravit. Vide Pallavicinium lib. XV. cap. 14. n. 3. & ſeqq.

(*i*) Petri pater, Laurentii avus, *pater patriae* nuncupatus: cujus multa ſapienter, ut hoc, dicta feruntur.

(*k*) Vocem hanc *dicam*, quae aberat ab exempl. & a cod. vat. tamquam neceſſariam addidi. Gratianus, ut mendum tolleret, voculam *quod* expungens, fecerat *Nihil eſt, inquit ille, niſi de Mantuano &c.*

(*l*) De aedificandi, ornandaeque urbis ſtudio, quo Pius IV. elatus eſt, illa ab Oldoinio in adnotationibus ad Ciacconium produntur: *Templum S. Petri, in vaticano erectum, toto terrarum orbe celeberrimum, additis menſtruis ſalariis, perfici procuravit ... Turres campanarias baſilicae lateranenſis reſtauravit, ejuſque laquearia aureis emblematibus exornata extruxit*.

plo principis apoſtolorum quotidie res agitur multis ſtructoribus. vaticanis aedibus brevi nihil erit pulchrius aut magnificentius, nihil denique tota vaticana regione munitius: ſi modo ejus munitio ac ſecuritas moenibus propugnaculiſque definitur. quae tamen cura ac magnificentia laudem habet, ſi cum reip. aedificatione conjuncta ſit, quae non marmore nec lateribus, ſed religione, miſericordia, liberalitate & innocentia continetur. haec niſi ad reip. aedificium adhibentur, reliqua infirma ſunt, turres, arces, peditum equitumque praeſidia. niſi enim *dominus cuſtodierit civitatem*, *fruſtra vigilat*, *qui cuſtodit eam*. ſed, cum haec omnia curae ſint pontifici, minime in eum cadit illa Hieronymi, ſanctiſſimi viri, reprehenſio: *aedificant*, *tanquam ſemper victuri*, *comedunt*, *tanquam cras morituri*. &, ſi Trajano imperatori Plinius id laudi dedit, quod *parcus* eſſet *in aedificando*, *diligens in tuendo*, nihil id impedit, quo minus laudanda ſit & praedicanda ejus principis benignitas ac providentia, qui, cum totum reip. corpus communierit, tunc denique reip. caput exornat ſacris & profanis aedibus. Quod ſcribis de cujuſdam (*m*) officio in me ac liberalitate, eo minore *m*
ſpe ſum, quo plures ejus benignitatem deſiderare (*n*) video. *n*
ſed,

xit. Plurimas urbis eccleſias, vetuſtate collabentes vel deformes, reparari juſſit. Multa vetera & publica aedificia tam in palatio & hortis vaticanis, quam in reliqua urbe vel vetuſtate collabentia, vel imperfecta, vel quae omnino eſſe deſierant, reparare & perficere aggreſſus eſt. Praeter leonianam urbem & arcem S. Angeli, quam propugnaculis cinxit, & die 8. maji anni 1561. primum ipſemet lapidem in fundamentis jecit... Palatium inſuper & villam vaticanam aulis, cameris, tricliniis, coenaculis, teſtudine, porticibus, laquearibus aureis, & variis egregiorum artificum picturis exornavit. Hortos vero pontificios aedicula, porticu, atrio, lymphaeo, cubiculis & turri aedificatis, corrivato fonte, nobiliſſimis ſignis, emblematibus & opere teſſellato condecoratos, pulcherrimos reddidit. Partem illam urbis, quae eſt inter molem Hadriani, & vaticanum collem, vulgo Borgo Pio *dictam, conſtruxit... Viam Campanam, porta ceſimonteana in editiorem locum tranſlata, reficere coepit. Aquam ſaloniam, quam antiqui* Virginem *appellarunt, ante annos mille ademptam, purgato fonte, & renovatis formis, urbi reſtituit. Oſtia, Anconam, Centumcellas moenibus, portubus, arcibus cinxit. Palatium capitolinum pontificium refecit. Praetorium capitolinum triumvirorum urbis conſervatorum a fundamentis mirabili opere inchoavit. Turrim palatii S. Marcelli renovavit. Papiae collegium inſtituit. Villam Juliam pontificum receſſui, excipiendis cardinalibus, oratoribus & principibus, Romam venientibus, perpetuo uſui eſſe voluit; quam etiam inſtaurare & perficere aggreſſus eſt. Lavacrum ad Velabrum extruxit. &c.*

(*m*) Cardinalem Borromaeum ſignificat.

(*n*) Hoc ſemper in omni principatu contigit, ut nulla tanta cujuſquam principis benignitas ac liberalitas fuerit, ut non plurimi mortales minus beni-

ſed, quod coactus magis auctoritate tua (*o*), quam mea voluntate adductus, illam conditionem accepi, ſi ſpes omnino evanuerit, ſpero, fore, ut mihi de tua ſententia operam hanc
p deſinere (*p*) liceat. ego, quod mihi adhuc praeſtare videor, ne

benigne ac liberaliter ſecum ab iis agi, crediderint ac queſti ſint. quod ſi iidem rerum potirentur, intelligerent profecto, facultatem ſaepe principibus, vel in ſumma benefaciendi voluntate, non ſuppetere. concurſus etiam negociorum ac moles miuus aliquando attentos in adhibenda liberalitate principes facit. nec certe ulla eorum culpa eſt, ſi, in publica populorum utilitate defixi, privati alicujus commodis deeſſe, ſive potius non adeſſe, coguntur. hanc in Borromaeo, homine poſt hominum memoriam liberaliſſimo, cauſam, cur in ſe liberalis eſſe diſtulerit, Camillus Olivius agnovit, & in epiſtola quadam ad Hoſium, idibus decembr. an. 1564. Mantua in Poloniam data, atque in *Tabul. eccl. rom.* pag.381. recenſita, prodidit: *Ille*, inquit, *ut homo eſt optimi ſane ingenii, ſed perpetua diverſorum negotiorum mole diſtractus & oppreſſus &c.*

(*o*) Hoc quomodo ad card. auguſtanum ſcribere Pogianus potuit, qui illa ad card. Caraffam proximis litteris, die 23. oct. datis, ſcripſerit? *Hujus meae cupiditatis* (dandi tibi potiſſimum operam meam, ut primum ex urbe profectus eſt Otho card. auguſtanus) *teſtis eſt ipſe cardinalis Auguſtanus, qui... petiit a me in beneficii loco, ſaltem ut ſua cauſa eſſem apud Carolum Borromaeum cardinalem, quaſi pignus quoddam, ut ipſe dicebat, amoris & obſervantiae erga illum ſuae. cui non ſolum id ego negavi ... ſed cum ipſo etiam Borromaeo, ex Auguſtani poſtea verbis pro debito quodammodo exigente operam meam, ita locutus ſum, ut dicerem, me tandiu fuiſſe in Auguſtani poteſtate, quandiu ille manſiſſet in urbe: ut, qui me ſecum in Hiſpaniam, quod vehementer cupiebat, ducere non potuiſſet, multo minus poſſet alteri tradere... Te unum ſpectabam, tecum eſſe cupiebam .... Sed, dum profectionem paro, ecce tibi juſſum pontificis max. ut Borromaei cardinalis conditionem accipiam ... Interceſſit igitur vis, quae meum fregit conſilium.* Quae niſi falſa ſunt, hoc, quod heic Pogianus de card. Auguſtani auctoritate, in ſe Romae ad operam Borromaeo dandam retinendo, commemorat, verum eſſe non poteſt.

(*p*) Cicero lib. VII. epiſt.1. ad M. Marium: *Quod ſi tam facilem populum haberem, quam Aeſopus habuit, libenter mehercule artem deſinerem.* Quo tamen loco illud dicere non omittam, in duobus florentinis mss. codicibus, quorum alter in S. Laurentii (pluteo XLIX. ordine 16.), alter in S. Reparatae bibliotheca adſervatur, pro *deſinerem* legi *deſererem*. ſed reliqui omnes, quos plurimos vidi, mss. codices *deſinerem* retinent. mihi magis, quam hoc verbum, ſuſpecta eſt illa vox *artem*, quam, ab aliquo imperito primum inculcatam, in reliquos deinde codices, ex illo primo propagatos, irrepſiſſe ſuſpicor; qui videam, non modo numquam alibi ſimiliter Ciceronem loquutum, ſed in hac ipſa ad Marium epiſtola verbum *deſinere*, voce illa *artem* praetermiſſa, paullo ante ab eodem fuiſſe in eadem ſignificatione uſurpatum. ait enim: *Deliciae vero tuae noſter Aeſopus ejuſmodi fuit, ut ei deſinere per omnes homines liceret.* At vero, quod in Cicerone ſuſpicioſum eſſe fortaſſe poteſt, id in C. Suetonio & A. Gellio perſpicuum eſt. ille enim in *Tiberio* cap.36. *Sed deprecantibus*, inquit, *ac ſe artem deſituros promittentibus* (mathematicis) *veniam dedit.* hic autem lib. XV. *Noct. attic.* cap.16. *Cum*, inquit, *iam natu grandis artem athleticam deſiiſſet.*

ſtc quam partem officii mei aut ipſe aut quiſquam a me deſiderare poſſit, elaborabo. Studium & cupiditatem meam inſerviendi tibi vides ex eo, quod levi potius & pervulgato hoc ſcribendi argumento, cum nihil praeterea eſſet, quod ad te ſcriberem, uti voluerim, quam nullam abſens tibi, cui plurimum debeo, operam dare. Deum precor, ut te eccleſiae ſuae ſervet incolumem, mihique concedat, ut praeſentem te aliquando (*q*) colere & obſervare poſſim. Romae. VIII. id. novemb. M.D.LXIII. *q*

(*q*) Voti compos factus eſt Pogianus. nam Romam Truchſeſius biennio circiter, poſtquam haec ſcripta ſunt, Pio IV. vita functo, ad novi pontificis creationem reverſus eſt: qui tamen, Pio V. jam a reliquis cardinalibus die 7. jan. an. 1566. pontifice renunciato, in urbem extremo fere eo menſe pervénit. ac tum quidem litteras eas ad Hoſium die 6. mart. ejuſdem anni in Poloniam dedit, quas in *Tabularium eccl. rom.* Cyprianus pag. 405. retulit. eas qui legerit, non dubitabit, a Pogiano, Truchſeſii rogatu ac nomine, fuiſſe conſcriptas. illarum hoc eſt initium: *Summi laboris ac moleſtiae meae ex itinere, duriſſimo anni tempore ac via deterrima, pontificiorum comitiorum cauſa, ſuſcepto, magna compenſatio illa fuit, quod reverendiſs. dominum Michaëlem cardinalem Alexandrinum pontificem maximum factum comperi, & ita factum, ut ejus pontificatum Dei eſſe opus certiſſimum, omnium cardinalium ſubitus & ſummus conſenſus, tamquam a vehementi illo Dei ſpiritu conflatus, comprobarit. Hic eſt ille cardinalis, cui conſcientia optimae mentis ſententiae libertatem, ſpectata virtus & integritas auctoritatem dedit &c.*

L X I.

Julius Pogianus Othoni Truchſes Card. Auguſtano.

Idem argumentum.

20. nov. 1563.

AD Centumcellas (*a*) nactus eſt pontifex max. Andream Aurium minorem (*b*) cum viginti navibus longis, quibus praeſidium hiſpanorum in Siciliam deportabat. is, propter tem- *a* *b*

 peſta-

(*a*) De hoc pontificis ad centumcellenſem portum itinere a card. Borromaeo concilii praeſides certiores facti, ſic die 22. hujus ejuſdem menſis novembris ad ejus litteras reſponderunt: *Per la lettera, che V.S. illuſtriſs. ci ha ſcritta di 13. del preſente havemo con noſtro piacere inteſo, che noſtro ſignore ſia uſcito a pigliare un poco di ſpaſſo verſo Civitavecchia, & col medeſimo aſpettaremo d'intendere, che ſua ſantità ſia ritornata con giovamento, & habbia havuto ragguaglio della ſeſſione, che ſi fece il giorno di S. Martino, & di quel, che dapoi ſi è fatto per caminar alla fine di queſto ſacro concilio &c.* Romam autem die 18. nov. Pium ex hoc itinere rediiſſe, haec ipſa Truchſeſii epiſtola inferius docet.

(*b*) Duo Andreae Auriae fuerunt, alter ſenior ſive major, alter junior ſive minor, quem tamen non ſimpliciter Andream, ſed Joannem Andream appellatum video. de utroque Franciſcus

peſtatem, naves ad portum appulerat, ubi in anchoris curſum
expectabat. quare navi egreſſus ipſe cum paucis, ut pontificis
pedes oſcularetur, ab eo benigne exceptus eſt. quartodecimo
Kalendas decembris ad urbem rediit pontifex, ac proxima no-
cte in ſuam incidit podagram: qua ſane leviter laborabat. Julio
Mantuano pontificii poculi miniſterium, quod propter pumilio-
c d nem amiſerat (c), reſtitutum eſt. Eſtenſis (d) domi, vel potius
in lecto, ſe continet: nam conſiſtere adhuc ex morbo non
e poteſt. tanta enim vis puſtularum (e) erupit toto corpore, ut
cutis non appareat, in ore vix emineant oculi. vox, quam
omnino perdiderat, incipit exaudiri. Ajunt ejus familiares, fer-
f rarienſium ducem (f) miſſurum brevi legatum ad pontificem;
g h i cui qua de patruo (g), qua de fratre (h) res (i) permoleſta
k fuit: neque tamen confidunt, Eſtenſem (k), niſi redierit in gra-
tiam, in officio futurum. verentur enim, quod impotens ſit,
l iracundus, ſuperbus (l), ne, ut primum in equo haerere poterit,
nulla pontificii interdicti habita ratione, Roma proficiſcatur.
Hippolytus cardinalis videtur omnia ferre leviſſime. frequens
enim

ſcus Haraeus in tomo III. *Annalium Ducum ſeu Principum Brabantiae totiuſque Belgii* ad an. 1560. *Menſe*, inquit, *novembri extremum quoque diem clauſit Andreas Doria, ſeu Auria, Melphenſium princeps, Neptunus alter, cujus expeditiones plurimae ſupra ſunt commemoratae, ſeptennio circiter centenario minor. cujus ad landum cumulum hoc acceſſit, quod patriam Genuam fidelitate ac fortitudine ſumma jam inde ab anno duodetrigeſimo ſupra ſeſquimilleſimum, magna virtute animi Gallis ejectis, libertati reſtituit. cujus ſingularis beneficii memor civitas, tabulae publicae, in curia dorienſi appenſae*, Patrem patriae *inſcripſit, ne tanti viri memoria aliquando deperiret. Uxore nunquam ducta, omnium fortunarum triremiumque ſuarum heredem ſcripſit Joannem Andream Auriam, fratris ſui filium*. Sunt tamen, qui hunc Joannem Andream, Andreae Auriae fratris non filium, ſed nepotem, idque adoptione, fuiſſe ſcribant. Seniori illi conſtituta Genuae ſtatua pedeſtris ad curiam eſt cum hac in baſi inſcriptione: *Andreae Auriae, civi optimo feliciſſimoque, vindici atque auctori publicae libertatis, ſenatus populuſque genuenſis poſuit*. De ejus rebus geſtis conſule Jacobi Bonfadii *Annalium genuenſium* libros: quorum noviſſimam, eamdemque nitidiſſimam editionem eruditus vir Antonius Sambuca Brixiae anno 1746. curavit.

(c) Vide ſuperiorem epiſtolam *Memini*.

(d) Aloyſius cardinalis. Vide eamdem epiſt.

(e) Is morbus ſignificatur, qui italis *vajuolo* dicitur; de quo Cornelius Celſus lib. V. *Medicinae* cap. 28. ſect. *De puſtularum generibus & earum curationibus*.

(f) Herculem II.

(g) Hippolyto.

(h) Aloyſio.

(i) Quae res narrata eſt in epiſtola ſuperiore.

(k) Aloyſium cardinalem.

(l) Adoleſcentiae haec vitia (erat enim tum natus annos vigintiquinque) magnis deinde virtutibus aetate adulta compenſavit hic Aloyſius. Vide ad ſuperiorem epiſtolam adnotata.

enim eſt & apud pontificem & cum Borromaeo: quinetiam redeunti ad urbem longiſſime obviam prodiit. omnino aut ſuperiora illa non curat, aut belle ſimulat. Ut in civitate loquaciſſima & maledica, non deſunt, qui affirment, pontificem aliquot dies iram diſſimulaſſe, neque prius exprompſiſſe ſuum in Eſtenſes odium, quam, re ad Coſmum, Florentiae ducem, relata, ab eo literas accepiſſet, ipſum, arma, opes ſuas omnes ſemper pontifici praeſto futuras. Borromaeo cardinale nihil continentius, nihil religioſius, nihil ſtudioſius literarum, praeſertim divinarum. facit is ſaepe rem divinam, confitetur, ſumit divinam hoſtiam & dat ſuis familiaribus: multus eſt cum jeſuitis ſodalibus (*m*). Marchionis Marignani domus frequentior *m*

(*m*) Sed praeter caeteros cum patre Joanne Baptiſta Ribera; de quo Bartolemaeus Rubeus, accuratus atque elegans latinae *S.* Caroli Borromaei *Vitae* ſcriptor, lib.1. cap.5. *Pater*, inquit, *Joannes Baptiſta Ribera fuit ex inclyta ſocietate Jeſu, Romae notus doctrinae fama & apto quodam ingenio excolendis hominum moribus, quorum videlicet innocentia ipſe praecelleret. Hunc ſibi ducem delegerat Carolus ad vitanda pericula, quibus etiam pietatis itinera obſidentur. Ille, adhibitis primo meditationibus, quas Ignatius Lojola, conditor ordinis ſui, diluendis totius vitae culpis, ſive excitandis virtutum deſideriis divino nutu invenerat, pergebat exequi cuncta, quae cardinalis ſpiritum ad ſanctiſſimorum pontificum inſtituta formarent. Quod cum ſedulo ac peramanter ageret, accidit, ut propinquorum aulicorumque odia & offenſiones incurreret, quibus ille ſolitudinis amor & inimica terrenorum opum ſtudia diſplicebant. Ita, quoties in aulam ſuſcepti officii cauſa ventitaret, minacibus oculis aſpiciebatur: ſin vero enunciari adventum ſuum peteret, ludibria & cachinni pro reſponſo erant. ſed brevi duravere fraudes, aſſignatuſque patri aditus, per quem ad interiora aedium occultus perveniret.* Illa autem hominum offenſio ac malevolentia eo progreſſa fuerat, ut ipſius pontificis Pii IV. animum falſis criminationibus & fictis ſuſpicionibus contra non modo Riberam, verum etiam univerſam ſocietatem exulcerarint, de qua tota re ut mihi jucundum fuit, ſic non ingratum lectoribus futurum exiſtimo ea cognoſcere, quae in quadam manuſcripta Seminarii romani hiſtoria, quae apud ejuſdem Seminarii rectorem R. P. Philippum de Ilcio, virum multis nominibus ſuſpiciendum, & Raynerio S. R. E. cardinale ampliſſimo, epiſcopo portuenſi, patruo ſuo, digniſſimum, adſervatur, nuperrime legi. ſunt autem hujuſmodi: *In tale circoſtanza appunto di tempo* (videlicet, cum, poſt abſolutum concilium tridentinum, de inſtituendo Romae pontificio Seminario, eoque ſocietatis Jeſu hominibus tradendo ac commendando, a cardinalibus, per pontificem max. Pium IV. delectis, ageretur) *Il pontefice ſi era dichiarato aſſai manifeſtamente a tutta Roma eſſere diſguſtato della religione della compagnia di Gieſù, per cagione di un tal P. Gio. Battiſta Ribera ſpagnuolo, qual era procurator generale di detta compagnia. Non ſarà fuori di propoſito di queſt' hiſtoria il narrar quì il diſguſto, preſo da ſua ſantità contro la religione: e fù, perchè detto P. Ribera trattava molto frequentemente con il card. S. Carlo Borromeo ſuo nipote; il quale, per il governo univerſale, che haveva di tutto lo ſtato eccleſiaſtico, neceſſitava ancora il detto P. procuratore a trattare ſpeſ-*

jam eſt, antea quam ſolebat; credo, quod videant homines illum

ſo con lui per li gravi negotii della ſua religione. e perchè queſto padre, nel trattar che faceva dei negotii, non laſciava mai di trattare, come zelante della ſalute de' proſſimi, qualche coſa ancor appertenente al profitto ſpirituale dell' anime, il che anche faceva molto di propoſito con il card. S. Carlo, paſſarono tant' oltre queſti trattati in ordine allo ſpirito, & erano sì frequenti, che in ſpatio di pochi meſi induſſe il cardinale S. Carlo a far gli eſercitii ſpirituali di S. Ignatio; per li quali eſercitii il detto card. venne a fare tali progreſſi nello ſpirito, che in un tratto ſi mutò di vita, e pareva non più cardinale di corte, ma religioſo de' clauſtri, e ſin d'allora cominciò ad eſſer dalla corte di Roma ſtimato per ſanto, la cui ſantità comunemente affermano haver havuto origine dal pio e religioſo modo di trattare, che fece ſeco il detto P. Ribera. Nè convien tralaſciar quì di narrare il modo, con il quale detto padre tanto intrinſecamente s' inſinuaſſe nell' amicitia di detto cardinale; e fu in tal maniera. Andando la prima volta all' udienza publica del detto card. hebbe tanta difficoltà di poterſeli accoſtare a parlare, che biſognò, che vi ritornaſſe più e più volte, e ſempre ſteſſe aſpettando tre e quattro hore intere in piedi, con ſomma patienza e modeſtia, ſenza poter mai arrivare a parlare con il cardinale: tanto grande era il concorſo de' perſonaggi, ſignori e prelati, che procuravano la ſua audienza: in modo tale, che non era poſſibile, che detto padre vi poteſſe penetrare & arrivare a parlarli. ma fu tanto grande la ſua modeſtia e patienza, che quanti erano nell' anticamera, maſſime de' ſervitori del cardinale, tutti s' avidero molto bene del grande aſpettar che fece detto padre. però tutti ſi moſſero a compatirlo; in modo che uno di quelli camerieri, che ſtava alla portiera, vedendo una volta il P. Ribera non eſſer ancor partito dall' anticamera, quando tutti gli altri ſe n' erano andati, e vedendolo tuttavia ſtar' in piedi modeſtiſſimo in un cantone, ſenza fare inſtanza ad alcuno per parlare al cardinale, il detto cameriero ſi moſſe a compaſſione talmente, che lo fece ſapere al cardinale, con narrarli quanto era paſſato più volte di detto padre, che havendo aſpettato tutta la mattina meritava d' eſſere aſcoltato almeno alla sfuggita, prima che ſua ſignoria illuſtriſſima ſi poneſſe alla menſa, già apparecchiata. Sentendo il cardinale la longa patienza del padre, mentre ſi lavava le mani per porſi a tavola a pranzo, volle, che s' introduceſſe in camera: dove entrato che queglí fu, vedendo la tavola apparecchiata con le vivande, e che il cardinale ſtava in procinto per porſi a ſedere alla menſa, il buon padre diſſe al cardinale queſte poche parole: „Monſignor illuſtriſ. il negotio, che devo eſporre a V. S. illuſtriſ. non ſi può ſbrigare con poche parole, come ſi richiederebbe ch' io faceſſi in queſto punto. ritornerò adunque un' altra volta per trattarlo con minore ſua incomodità. hor dico ſolamente, che compatiſco grandemente a V. S. illuſtriſ. havendo veduto in più mattine quanto grande ſia la moltitudine de' negotii, ch' ella tratta. dal che dubito aſſai, che niente di tempo gli reſti per attendere un tantino alla ſalute dell' anima ſua. però, ſtando io aſpettando tutte queſte mattine la ſua audienza, ho pregato Iddio per V. S. illuſtriſ. acciò li negotii del mondo non gli levino tutto il tempo di penſare ancora alla ſalute dell' anima ſua, che importa più che tutto il mondo„. Queſte poche parole furono a punto come una acutiſſima ſpada, che al cardinale trafiſſe il cuore, e talmente gli penetrarono, che, prima di metterſi a tavola, gli volle parlar' alle orecchie, e dirgli queſte brevi parole: „ Padre, ritornate domattina per tempo per trattare il negotio della voſtra religione.

illum (*n*) paulo familiariorem eſſe pontifici , quam adhuc fuerit; cujus etiam comes fuit maritimae peregrinationis . Scribitur Tridento, praeſertim ab hiſpanis aliquot & luſitanis epiſcopis , gallos dare operam , ut , intermiſſis tridentinis actionibus , concilium rejiciatur in aliud tempus , eo animo , ut interea provinciale concilium habeatur in Gallia (*o*) . quare petunt a pontifice ,

ne, e trotteremo ancora quella dell'anima mia „. E così lo licentiò: reſtando S. Carlo talmente cammoſſo da quelle poche , ma ſoſtanzioſe parole , che confeſſò eſſere ſtate il principio della ſua converſione . Hor , perchè eſſendo arciveſcovo di Milano haveva qualche ſcrupulo di ſtar lontano dalla ſua chieſa e dal ſuo gregge, raccomandando il concilio la reſidenza, trattò più volte di queſto particolare con il P. Ribera : il quale con tutto che lo ſcuſaſſe dalla reſidenza per aſſiſtere al papa , nondimeno il cardinale non reſtava ſodisfatto , nè quieto di conſcienza. però preſe più volte occaſione di trattare col ſommo pontefice, ſuo zio, per haver licenza di ritirarſi a Milano al ſuo arciveſcovato , e laſciar la corte di Roma ; moſtrando di niente più curarſi delle pompe della corte di Roma , nè di coſa alcuna mondana . Reſtò il ſommo pontefice grandemente ammiroto della gran mutatione di vita , che haveva fatta il card. Borromeo ſuo nipote , e ricercandone la cagione da molti , ſeppe , che tali dettami , che dimoſtrava il cardinal nipote , procedevano dolla troppa famiiliarità , che haveva con il P. Ribera pracurator generale della compagnia di Gieſù . per la qual coſa ſua ſantità ſece probibire al detto padre , e di più al P. Giocomo Loinez generale , e ad ogn' altro della compogria di Gieſù , che non comporiſſero più in corte del cardinal Borromea ſuo nipote , nè in palazzo pontificio , ſe non quando foſſero chiamati. qual probibitione eſſendo durata molti giorni . . . ſtimò il P. Lainez , che ſi doveſſe ricorrere la Dio &c. Quod quum per aliquot dies ſummo ſtudio enixeque factum eſſet , ille tamquam turbo ita disjectus eſt atque evanuit , ut omnia ad ſummam tranquillitatem jucunditatemque redierint . Vide Sacchinium in *Lainio* lib.8. num.8. & ſeqq. Sed & nos de placato Pii pontificis animo , & ad bene de iis , a quibus iniquorum ſermone atque opera alienior aliquamdiu fuerat , merendum omni benevolentiae ſignificatione converſo , antequam ad epiſtolas inſequentis anni venerimus , quodam orationis , ab eodem pontifice die 30. decembris hujus menſis habitae , loco admoniti , nonnulla dicemus .

(*n*) Erat hic Auguſtus Medices , fratri pontifici parum gratus , qui Joanni Jacobo , praeſtantiſſimo imperatori , utriuſque fratri majori , in Marignani , ſive Meleniani, marchionatu ſucceſſerat .

(*o*) Si verum eſt , talia epiſcopos illos Romam ſcripſiſſe , manifeſtum eſt , eos non vera ſcripſiſſe . rem ita , uti geſta eſt , ad card. Borromaeum concilii praeſides die 13. hujus ejuſdem novembris menſis hiſce verbis perſcripſerunt . *Hier ſera s'accommodarono gli articoli a capi della riforma , ſecondo l'appuntamento preſoſi in ſeſſione: & V.S. illuſtriſs. n'haverà la copia con queſta . Havemo poi fatta queſta mattina quì in caſa una congregatione privata , ma però numeroſa , perciochè , oltre noi legati & i duoi cardinali di Lorena & Madruzzo , vi ſono ſtati* XXV. *prelati , che ſono , ſe non i primi , almeno i principali di tutte le nationi : come dalla nota quì incluſa ella vedrà . a queſti con la maggior maniera , che s' è potuto , havemo primieramente eſpoſta l'inſtanza fattaci dal card.*

di

Digitized by Google

tifice, ut urgeat exitum; nihil celeri concilii clauſula utilius reip. fore, nihil mora vel intermiſſione gravius aut pernicioſius. nos haec libentiſſime audivimus; nec quicquam nobis antiquius eſt, quam obſequi his hiſpanorum & luſitanorum (p) ſtudiis.

di Lorena della fine del concilio per la ſeſſione proſſima delli VIIII. *di decembre; laſciando, ch'eſſo, ch'era quì preſente, diceſſe dopoi nol le molte ragioni, che a ciò l'havevano ſpinto. poi havemo ſoggionto, che, per quello, che ci hanno detto gli ambaſciatori ceſarei, l'imperatore & il rè de'romani deſiderano grandemente il medeſimo, come quegli, che conoſcono da queſta longhezza del concilio dover naſcere niun bene alla Germania, ma sì poterſi dubitare di maggior male: che il medemo ſapemo noi eſſere ſopra ogni coſa deſiderato da noſtro ſignore, la cui ſantità ſe ha aperto il concilio per la ſalute dell'anime chriſtiane, non vorrebbe, che col durare troppo cauſaſſe la ruina & perditione di gran parte di loro: che parimente viene deſiderato da tutti gli prencipi italiani, che hanno quì ambaſciatori... & che il ſimile domandano gli ambaſciatori del rè di Portogallo, di quei di Polonia, & del rè catholicò ancora... & finalmente havemo pregati tutti loro congregati, che intorno a ciò ci vogliano dire il lor parere, &, convenendo nel medeſimo, dirci anco il modo, che ſaria da tenere per effettuarlo. Il cardinale di Lorena, fattoſi molto da capo, cominciò a dire, che, fin'inanzi che s'apriſſe il concilio, nè l'imperatore nè il rè catholico volevano conſentire, che ſi faceſſe, per loro ragioni gravemente & prudentemente conſiderate, ma che inſtati poi da noſtro ſignore, & fatti capaci dell'eſtrema neceſſità del regno di Franza, che affatto ſi perdeva, ſi contentarono, come figliuoli d'obedienza, & come prencipi veramente chriſtiani, di cedere all'autorità di ſua beatitudine, la quale chiaramente vedeva, che non facendoſi preſto il concilio univerſale, ſe ne ſaria fatto aſſai preſto un nacionale in Franza: onde forſe ſaria nata la totale ſeparatione di quel regno dall'ubedienza della ſede apoſtolica. poi diſſe con quanta fatica s'era indotto il clero & gli ſtati di Franza, congregati a Poysì, ad aſpettare la fine & terminatione di queſto concilio, ſenza far'altra novità. laonde, ſe non ſi finiſce preſto, ſi può temer, che ſia per ſeguire aſſai peggio delle coſe di Franza, di quel che ſi temeſſe da principio, che foſſe per ſegnirne: ricordando & pregando ſopra ogni coſa, che non ſi voleſſe penſare a romperlo o ſoſpenderlo, ſe ſi ha punto caro la ſalute di Franza, perchè in qualſivoglia di queſti due caſi ſi farà il nationale, & le coſe di là anderanno in ultima perditione: ma che ſi attenda a finirlo, poichè già ſi è tanto innanzi, & a finirlo preſto, &, ſe foſſe poſſibile, prima anco del giorno inditto alla ſeſſione, perchè ogni tardanza è nociva.... All'ultimo venne a dire, che i prelati franzeſi non poſſono più ſtare quì, & in ſegno di ciò ſi erano iti per la maggior parte: & ch'egli è sforzato a fare il medeſimo fra pochi dì, & per le coſe particolari di caſa ſua, & per quelle generali del regno: tuttavia, ſe ſi vuol finire il concilio alla ſeſſione predetta di decembre, che tarderà, per andare più conſolato, & poter meglio conſolar gli altri, portando loro medicine ſalutari. Il cardinale Madruzzo & tutti gli altri d'uno in uno, havendo le ragioni dette da Lorena per buone & efficaci, vennero nel ſuo parere, che foſſe ſpediente finir'il concilio, quanto prima ſi poteſſe &c.* Ex quibus perſpicue appáret, uſque adeo Gallos *operam non dediſſe, ut, intermiſſis tridentinis actionibus, concilium rejiceretur in aliud tempus*, ut concilii, ſine mora abſolvendi, principes atque auctores extiterint.

(p) Addendum fuit ex rei veritate; *ſed praecipue gallorum.*

diis. ergo, ut Romae eſt opinio multorum, brevi concilium dimittetur (q). Hic percrebreſcit pontificem ad voluntatem collocandae fratris filiae incumbere: cujus viri multi afferuntur, Gravinae ducis filius, Juliani Caeſarini filius, quidam Caraffa Stiliani princeps, Joannes Baptiſta Borromaeus, florentinorum ducis filius, multique alii. nihil illo ſponſo nec certius nec incertius (r), nihil aeque eſt in ore omnium. Rumor eſt, ad triginta hiſpanos homines, pleniſſimos hiſpanienſium beneficiorum, qui Genua ſolverant, naufragio periiſſe (ſ); in iis Rodericum Mendozam, clarum virum. an verum ſit, brevi ex Alciato & Galeſio epiſcopis cognoſcemus. Amulius cardinalis totus eſt tuus; qui ſingularem ſuum in te amorem & obſervantiam praedicat. is mihi dixit, ſe, niſi vereretur, ne tibi hanc moleſtiam reſcribendi exhiberet, daturum interdum ad te literas: cui ego, id tibi jucundiſſimum fore, reſpondi; deque tuo in illum mirifico ſtudio & benevolentia affirmavi. Ego pro vita & incolumitate tua preces facere non deſino, cui, pro excellenti naturae bonitate, humanitate ac religione, confido Deum fore propitium. Romae. XII. Kal. decembris. M. D. LXIII.

(q) Dimiſſum eſt die 4. inſequentis menſis.

(r) Hoc dicit: „ Nihil certius eſt, quam, aliquem eorum Pii IV. fratris filiae maritum fore; nihil autem incertius, quam, quis ejuſdem maritus futurus ſit „. Mihi vero incertum etiam eſt, quis demum fuerit, aut num etiam aliquis omnino fuerit. Panvinius quidem, in reliquis Pii IV. affinitatibus recenſendis valde diligens, de hac nihil uſquam memoriae prodidit.

(ſ) In epiſtola *Principum adventum*, ad eumdem Truchſeſium menſe inſequente a Pogiano data, de hoc hiſpanorum hominum naufragio haec commemorantur: *Hiſpani multo plures, quam ego ſcripſeram, naufragium fecerunt*.

L X I I.

Julius Pogianus Othoni Truchſes Card. Auguſtano.

In Hiſpaniam Maximiliani liberos deducturo fauſta omnia precatur, & acta quaedam urbana nunciat. 6. 8. dec. 1563.

PRincipum adventum (a), & certum iter in Hiſpaniam tibi gratulor. profectionem iſtam Deus gubernabit, ac regios pueros, in quibus reſp. magnam ſpem poſuit ſuae tranquilli-

(a) Brixinam venerant hi principes, Maximiliani, regis romanorum, filii, ubi eos Truchſeſius praeſtolabatur, quos in Hiſpaniam, apud Philippum regem educandos, deduceret, die hujus decembris menſis tertio. Vide epiſt. *Egerat* d. 23. jun. 1563. Hanc autem Pogiani epiſtolam, nulla neque in exemplari noſtro neque in codice vaticano temporis, quo ſcripta ſit, nota inſi-

Digitized by Google

quillitatis, deducente ac moderante te, proſequetur in Hiſpa-
b c niam (*b*), ſalvoſque ſiſtet in conſpectu ſummi atque optimi regis (*c*):
cui, ſecundum propinquos, nihil ſpero fore jucundius aſpectu
ac ſermone tuo. recordabitur enim is, te eſſe eum, qui, pa-
d e rentis ſui (*d*), divini (*e*) caeſaris, teſtimonio, te ac fortunas tuas
f pro religione paene devoveris (*f*); qui periculum ejectionis e
Germania & everſionis rerum tuarum fidenter ſubieris, ut,
quod ſacris & locis & hominibus intendebatur, periculum pro-
pulſares; qui Dei cultum & ſacrorum curam ſemper antiquiſſi-
mam habueris; qui piorum ac bonorum propugnator, malo-
rum & impiorum fueris hoſtis acerrimus; qui tuas difficultates
neglexeris, ut egentibus ſubvenires; qui virtutis & bonarum
artium ſtudioſos adjuveris re, auctoritate, opera tua; qui fide-
lis & apertus id loquare, quod ſentias, nullis fallaciis, nullo
artificio orationis eruditus; qui denique pietatem in Deum &
in ejus vicarios, fidemque & obſervantiam in auſtriaci nominis
reges

inſignitam, menſe quidem decembri, ſed non ante diem ejus menſis decimum datam exiſtimo. quum enim eo ipſo die primum poſt recuperatam valetudinem ſenatum Pius pontifex habuiſſet, minime videtur Pogianus in tam diligenti rerum urbanarum, quanta in hiſce litteris appáret, commemoratione, rem tam inſignem praeteriturus, id quod fécit, fuiſſe. de ſenatu autem illo, a Pio IV. die 10. dec. habito, inferius agemus.

(*b*) De hoc itinere ea, quae, eo confecto, Truchſeſius ad Hoſium die 17. maji an. 1564. Vienna ſcripſit, ſubjiciam: *Nos*, inquit; *ſatis longo itinere in Hiſpaniam tandem venimus, Barchinonemque applicuimus, ubi cum adventum noſtrum Philippum regem praeſtolantem inveniſſemus, mihi, cui ſereniſſimos Bohemiae principes in manus ei tradere injunctum erat, longius progredi non fuit neceſſe: meoque functus munere, iiſdem, quibus advectus fueram, triremibus in Italiam redii, & dominationis veſtrae illuſtriſs. exemplum ſecutus, ut auguſtanam meam eccleſiam inviſerem, ejuſque curae pro viribus incumberem, itineri me dedi. Veronae cum cardinali Navagerio biduum commoratus ſum, gravitate hominis, urbanitate condita, maxime delectatus &c.*

(*c*) Philippi II. qui Caroli quinti, Ferdinandi primi fratris, filius, Maximiliani, ejuſdem Ferdinandi filii, puerorumque illorum patris, frater patruelis erat. (*d*) Caroli V.

(*e*) Scripſit fortaſſe Pogianus *divi*, non *divini*. Ego exemplaris noſtri & codicis vat. lectionem, certe non malam, retinui.

(*f*) Haec bello mauritiano potiſſimum acciderunt, medio circiter ſaeculo XVI. de quibus pauca illa ab Oldoino in Truchſeſii *Vita* commemorantur, ſive ſignificantur potius: *E Belgio ipſe* (Truchſeſius) *ad Bojorum ducem profectus, cum illo de bello, Saxoniae duci & Lantgravio haereticis inferendo, egit. quo in bello & ipſe, magna gentilium ſuorum ex primariae ordinis nobilitate caterva ſtipatus, quaeſtoribus exercitus praefuit, imperatoris* (Caroli V.) *nomine, & omnem auctoritatem in eis civitatibus, quae in ipſius imperatoris poteſtatem venturae erant, praeſidio muniendis accepit . . . Victoria deinde de Saxone & Lantgravio parta, dioeceſim & clerum auguſtanum (horum enim potior pars ab ipſis detinebatur) recuperavit.*

reges ac principes inſitam habeas & inhaerentem, citiuſque de vita, quam de illa ſententia dejici poſſis. is igitur cum te, talem & virum & principem, ſibi praeſertim ſanguine conjunctos regios filios adducentem, in ſuo regno atque in ſuis tectis conſpexerit, chariſſimum habebit; tibique ac rationibus tuis libentiſſime conſulet. id enim ab eo & catholici ac maximi regis officium, & haereditas paternae majeſtatis & gloriae poſtulat. Accipe nunc res romanas. Pius pontifex ex periculoſo illo morbo (*g*), Dei benignitate, convaluit, in quem repente inciderat, *g*
ut ad urbem ex maritimis locis rediiſſet (*h*): in cujus valetu- *h*
dine, ut tum erat, paene deſperata, eluxit mirificum religionis ſtudium Borromaei cardinalis: qui aſſiſtens aſſidue pontifici, cum ei aliud fortaſſe alii ſuaderent, ipſum de una animi ſalute admonuerit. is ibi (*i*) ſaepe rem divinam fecit; dedit ei divi- *i*
nam hoſtiam; facile probavit, ſe in pietatis cura & cogitatione defixum eſſe. immovero nonnullis videtur ſenſim removere ſe a conſiliis & negotiis publicis: id quod, etiam antequam pontifex morbo afficeretur, ſuſpicabantur homines ex eo, quod

(*g*) Quo morbo correptus fuerat Pius die 27. proxime ſuperioris menſis; de eoque ſunt illa in concilii praeſidum ad card. Borromaeum litteris, die 1. decembris datis: *Per un corriero, che giunſe queſta notte paſſata alle tre hore, ſpedito dall' ambaſciatore di Spagna coſtì al conte di Luna, ſi è havuto avviſo quì di quelli accidenti venuti alla ſantità di noſtro ſignore; & come che nell'univerſale habbia dato incredibile diſpiacere quì ad ogn'uno, laſciamo penſar a V.S. illuſtriſs. quanto n'habbia dato a noi, perchè conoſce qual ſia la ſervitù noſtra verſo ſua beatitudine, quale il biſogno della chieſa, & quale lo ſtato preſente delle coſe del mondo. & certo queſto avviſo, aggiunto alli altri noſtri travagli, che V.S. illuſtriſs. haverà inteſi per le lettere noſtre di 28. & 29. ci ha tanto afflitti, che quaſi non ſappiamo quello, che facciamo. onde, ſe havemo compaſſione a lei, ella certo deve haverla ſimilmente a noi &c.* Sed allatis, biduo poſt, de pontificis max. ſalute nunciis, ita ad eumdem Borromaeum iidem concilii praeſides die 3. dec. ſcripſerunt: *Scrivemmo hier ſera dopo le tre hore di notte a V.S. illuſtriſs. la lettera, ch'ella haverà con queſta ... & avvenne, che, non eſſendo ancora ſottoſcritta da tutti noi, giunſe il corriero, mandato da V.S. illuſtriſs. con la felice & deſideratiſſima nuova del miglioramento di noſtro ſignore, la quale ci apportò tanto contento, quanto era ſtato il diſpiacere, che havevamo ſentito del ſuo male. & non pur noi ſolamente, ma tutto il ſacro concilio nell'udirla ne moſtrò incredibile allegrezza, ringratiando la bontà di Dio, che in queſto pericolo haveſſe mirata la chieſa ſua con l' occhio della ſua ſolita pietà. Con l'augurio buono, preſo da coſì buona nuova, ſiamo iti queſta mattina in ſeſſione &c.*

(*h*) Rediiſſe ex maritimis illis locis Pium pontificem in urbem die 18. novembris, diximus ad epiſtolam *Ad Centumellas*, datam die 20. ejuſdem menſis.

(*i*) Non reperies, quo *ibi* referatur. in pontificis conclavi ſive cubiculo intellige.

k Empſius (*k*) cardinalis coeptus jam erat adhiberi ad conſilium
pontificis, & ad deliberationes, quae de rep. habentur: ut quo-
rundam opinio ſit, Borromaeum, ſe de reip. adminiſtratione
l ſubducto, velle affinem (*l*) Empſium in eam rationem induce-
re. Quidam adeo ſunt intemperantes in cupiditate pontificatus,
ut, quaſi certo interregno, tabellarios extruſerint in provin-
cias, & aperte ambire ac prenſare coeperint. in illis inſignes
duo, is, qui apud ſe in menſa neminem ex literatis vult ac-
m cumbere, niſi ſit epiſcopus (*m*): alter, qui, paulo ante quam
ex urbe proficiſcerere, ſe a te per literas, a me ſcriptas, Fer-
dinando imperatori, Maximiliano romanorum regi, ac Bava-
n riae duci commendari voluit (*n*). In illo diſcrimine pontificis
multi, qui antea alacres laetique incedebant, adeo triſtes ac
maeſti

(*k*) *Marcus Siticus ex nobiliſſima in Germania Altaempſiorum comitum familia, parentibus Theodorico, & Clara Medicea, nobili mediolanenſi muliere, Pii quarti ſorore, XIV. Kal. ſept. die dominico anni 1533. in Emſio ditione natus eſt ... Qui* (Pius IV.) *initio anni 1561.* (corr. 1560.) *epiſcopum caſſanenſem electum, ſedis apoſtolicae nuncium ad Ferdinandum imperatorem legavit pro convocatione concilii, & IV. Kal. martii ejuſdem* (corr. *inſequentis*, nempe 1561.) *anni die Mercurii inter diaconos cardinales illum cooptavit*. Haec ex Auguſtino Oldoinio in hujus cardinalis *Vita* deſumſimus.

(*l*) Borromaeus, ex Margareta Medicia, Pii quarti ſorore, natus, Altaempſii cardinalis conſobrinus erat.

(*m*) Quis iſte fuerit, ignoro: nec valde, ut ſcirem, laborandum putavi. id ſolis epiſcopis, qui litterati ſint, curandum eſt ſcilicet.

(*n*) Hippolytum Ateſtium cardinalem ſignificat; cujus nomine tres illas epiſtolas, die 3. aug. an. 1563. datas, habes ſuo loco deſcriptas. Quod autem ad pontificatus maximi ambitum, cujus a Pogiano Hippolytus inſimulatur, pertinet: vel ille falſo creditus eſt ambiviſſe, &, ſi quos tabellarios, in illo Pii IV gravi morbo vitaeque diſcrimine, in Galliam fortaſſe Germaniamque dimiſit, non id prenſandi, ſed nunciandi, ut fieri ſolet, cauſa fecit: vel, ſi de pontificatu etiam maximo cogitavit, venia quodammodo danda eſt, ſi homo tanta majorum nobilitate, tantis vero ſuis virtutibus, animum illi honori, qui ampliſſimus in terris habetur, adjecit (*nec enim*, ut ait poëta, *levia aut ludicra petuntur Praemia*); quum praeſertim eodem illo honore digniſſimus non ſemel habitus fuiſſet. Pallavicinius libro XV. *Hiſt. concil. trid.* cap. 12. n. 1. *Queſte coſe*, inquit, *fecero conſiderare al pontefice* (Pio IV.), *che ſarebbe ſtata neceſſaria per quel reame* (di Francia) *la meſſione d'un legato di gran ſenno per sì ardui e ponderoſi negozij, e inſieme di grand'autorità nel paeſe... Amendue queſte doti gli parve di trovar in Ippolito cardinal di Ferrara, huomo riputatiſſimo di prudenza, per la quale era ſtato più volte propinquo ad eſſer creato ſupremo rettor della chieſa*. Vide etiam in tomo II. *Bartolomaei Riccii operum* ejuſdem Riccii ad Sebaſtianum Corradium epiſtolam, cui hoc argumentum praefixum eſt: *Summam laetitiam ſuam effundit propter ſpem a ſe conceptam, ſummum pontificatum Hippolyto cardinali ſuo delatum iri; rationibuſque multis conatur perſuadere, ſummam illam dignitatem ipſi committendam eſſe*.

Digitized by Google

maeſti videbantur, ut faciem praeſeferrent ſpirantium mortuorum. varia non ſolum in urbe, ſed in vaticanis aedibus, immovero in ipſo pontificis cubiculo, & inter ſe contraria, patebant hominum ſtudia; dolor, laetitia ex multorum ſermone, fronte, oculis erumpebat: ut appareat, non amari nos ab omnibus, qui florentibus & potentibus nobis inſerviunt. & tamen haec, quae quotidie docent, quam non ſit fidendum opibus humanis, vel non animadvertuntur, vel animadverſa, ſtatim illecebra honoris & amplitudinis obruuntur. Hiſpani multo plures, quam ego ſcripſeram (*o*), naufragium fecerunt: neque tamen o
adhuc illa cuiquam dantur beneficia; immo & ea & alia uberiora praemia, id eſt vacui quidam epiſcopatus, reſervari dicuntur tridentinis patribus iis, quorum opera in illis actionibus fuit egregia. haec etiam cauſa affertur tarditatis deferendi bononienſis ac biſinianenſis (*p*) epiſcopatus, & quorundam prae- p
terea ſacerdotiorum. ſed plures omnino ſibi ea deſponderunt & jam ſpe devorarunt, quam ſit beneficiorum numerus: quod cujuſmodi ſit, mox videbimus. Florentinorum ducis (*q*) mor- q
bum ex calculo, qui id cupiunt, deſperatum affirmant: qua cupiditate adeo quidam efferuntur, ut mortuum (*r*) dictitent. r
ſed brevi rem ſcierimus. Tu & haec & alia ex aliorum literis melius cognoſces: ego officio deeſſe non potui. Vale. Roma.

(*o*) In epiſt. *Ad Centumcellas* d.20. nov. 1563.

(*p*) *Biſmeanenſis* exempl. & cod. vat. Ejuſmodi epiſcopatum non novi: *biſinianenſem* novi. itaque ſic edendum curavi. eſt autem *Biſinianum*, ſive alio nomine *Deſidiae*, celebre Calabriae citerioris oppidum ad Crotili & Crati confluentem: cujus epiſcopus ſedi apoſtolicae immediate (ſic enim loquuntur) ſubjectus eſt.

(*q*) Coſmi I. Medicii.

(*r*) Sed mortuus non eſt niſi anno 1574. die 21. aprilis, cum natus eſſet die 11. jun. an. 1519.

De quodam ſenatu, a Pio IV. poſt recuperatam valetudinem habito, in prima adnotatione mentionem fecimus, de eoque nos inferius acturos diximus. de eo quidem Pallavicinius libro XXIV. *Hiſt. concil. trid.* cap. 9. n. 1. agens, *Un indicibil conforto*, inquit, *recò alla convaleſcenza del papa l'annunzio della concluſione* (del concilio): *tal che per aſſai non havrebbe voluto eſſere ſtato ſenza quella infermità, ch'era riuſcita a tanta ſalute per la chieſa. e non havendo ancor forze di tener conciſtoro, raunò immantinente a' dodici di decembre una congregazione conciſtoriale, ove rendè informato il collegio del buon ſucceſſo, e deliberò, che 'l giorno de' quindici ſe ne deſſero grazie a Dio, con far ſolenni proceſſioni dalla baſilica di S. Pietro fin' alla chieſa di S. Maria ſopra Minerva, arricchite d'ampia indulgenza.* Hujus ipſius ſenatus acta Pogianus retulit in commentarium, quem continuo ſubjiciemus, ſi prius illud monuerimus, in eo diem ſenatus habiti a die, quem Pallavicinius prodidit, bidui intervallo diſcrepare; & Pogiano potius, quam Pallavicinio in hac quidem re mihi credendum videri.

Julii Pogiani actorum in ſenatu, die 10. dec. an. 1563. habito, commentarius.

QUarto idus decembris Pius, ejus nominis quartus, pontifex max. Ferdinandi caeſaris, Hiſpaniae Luſitaniaeque regum, & venetae reip. legatis conveniendi ſui poteſtatem fecit, eodemque quatuor affines cardinales admiſit Tridentinum, Urbinatem, Gonzagam, Jeſualdum; cum ante hunc diem, ex quo graviter aegrotare coepiſſet, praeter medicos & cubicularios, ſolis ad eum aditus fuiſſet vaticanis propinquis, & intimis conſiliorum miniſtris. ei omnes recuperatam valetudinem gratulati ſunt. eodem continuo convocati patres, frequentes convenerunt: ad quos pontifex, cum inter ſe, ut eorum uſus fert & officii ratio, conſalutaſſent, locutus eſt in hanc ſententiam.

„ Laboravimus, fratres, morbo graviſſimo, nec longe abfuimus a vitae periculo. nos videlicet Deus noſtrae imbecillitatis admonuit. quo in ſtatu tamen ſic parati fuimus, ut Dei juſſui, ſi moriendum eſſet, animo aequiſſimo pareremus. quod enim ſpiritum duxiſſemus ad hanc tridentinarum actionum utilem reipublicae ac ſalutarem clauſulam, non jam videbatur nobis accidere poſſe acerba aut immatura mors. ſed, quoniam, divino conſilio ſervati, in ſpem venimus, non ſatis habere Deum a nobis, ſed alia praeterea deſiderare hujus vitae & muneris officia, primum ei gratias agimus, quantas animo maximas capere poſſumus, deinde petimus, ut hanc ipſius benignitate retentam vitam ita regat ac moderetur, ut iis conſiliis & actionibus traducatur, quae ejus numini grata ſint, & reipublicae ſalutaria. Nihil vero nobis longius fuit, fratres, quam videre vos, quam vobis de celeri & praeclaro hoc exitu concilii gratulari. quod ſane concilium ſic habitum eſt, ut liberam facultatem patres habuerint conſulendi, referendi, dicendi de republica, quae vellent, quaeque ſentirent. quibus de rebus nos nec habuimus ſenatum, nec ad vos quicquam retulimus; ne, ſi cummunicatis vobiſcum illorum actionibus, ut fit interdum in varietate judiciorum, exorta eſſet (*a*) diſſenſio, praejudicati ipſis aliquid afferre videretur. noluimus, non modo, quemadmodum loquendum agendumve eſſet, cuiquam praeſcribere, ſed ne ſuſpicionem quidem minimam dare voluntatis & ſtudii noſtri.

(*a*) Vocula *eſſet* abeſt ab exempl. Addidi ex ingenio, neque tamen non aliquid mendi ſubeſſe in toto hoc orationis ambitu videtur.

Digitized by Google

ſtri. qui ſi moram publici illius muneris vidiſſemus eccleſiae Dei fructuoſam futuram, nihil nobis tanti fuiſſet, quominus eam cenſeremus in tempus & uſum reipublicae proferendam (*b*). moram autem? ſi publicae rationes novum concilium poſtularent, nulla nos jactura, nullus ſumptus retardaret, quominus cras indiceremus. conſtitit inter patres, ſuſtentationem cum calamitate & pernicie publica eſſe conjunctam; quod pii greges toto orbe terrarum paſtorum abſentiam ſine ſummo diſcrimine ferre non poſſe viderentur. nos, quam libertatem conſilii atque ſententiae dandam illis, ut par erat, in tota concilii ratione, ad extremum adimendam non putavimus. viſa eſt eis utilis reipublicae matura concilii concluſio. rem ad arbitrium noſtrum non revocavimus. quare, de illorum ſententia, translationem, prolationem, rejectionem, diſſolutionem concilii, quibus nominibns varie ab nonnullis aures atque animus noſter tentatus eſt, ſemper excluſimus. itaque rem confectam videtis; qua, ſi, quanti ſit, libet aeſtimare, intra quingentos annos, nec tempore reipublicae, nec frequentia conventus, nec doctrina & gravitate patrum, nec magnitudine ac difficultate quaeſtionum, quae dogmata ſimul & morum diſciplinam continerent, ullam actam legimus aut audivimus majorem. quod etſi totum Deo tribuendum eſt, qui tantum concilium maturavit, ſuae eccleſiae neceſſarium, tamen ad ejus eliciendam benignitatem valuerunt preces piorum, valuit ſumma patrum libertas, & communis pietas, valuit diligentia ac prudentia legatorum, valuit ſtudium principum, in primiſque Ferdinandi caeſaris, quem pro dignitate ſatis laudare non poſſumus, infixus animus in reipublicae charitate. Reliquae modo ſunt noſtrae partes, ut, quae praeclare & ſalutariter decreta ſunt, confirmemus, ſervarique jubeamus. in quo minime patiemur deſiderari officium noſtrum: &, ut illa ratio, quae ad emendandos mores pertinet & ad vitae diſciplinam, perfecta & abſoluta ſit, ipſi quaedam addemus, rei & tempori accommodata. curabimus vero etiam, ut properent epiſcopi proficiſci in ſuos epiſcopatus, ibique habitent & commorentur. quibus in rebus jam nunc praecidimus (*c*) omnibus ſpem omnem permiſſionis, remiſſionis aut indulgentiae noſtrae. non ſolum cujuſquam poſtulationi non concedemus, ſed ne ſermonem quidem feremus, aut rei mentionem. Verum, ut tantum Dei in rempublicam beneficium, quantum, illo adjutore,

(*b*) *proferendam moram autem ſi &c.* exempl. Adhibita interpunctione, lucem obſcuriſſimo loco, quae ſatis ſit, attuliſſe mihi videor. (*c*) *praedicimus* exempl. Unius ſyllabae transpoſitione emendavi.

tore, poſſumus, pia & grata memoria proſequamur, decernimus, ſi vobis videtur, ſupplicationes in ante diem decimumoctavum Kalend. januarii ad aedem Minervae (*d*), quo vos frequentes convenietis, fratres, ad faciendam rem divinam, cui nos ſumma animi noſtri voluntate, ſi per valetudinem liceret, intereſſemus. verum, ut nos non adſimus, tamen nihilominus aderit Deus. quam ob cauſam omnibus, quicunque tribus ſtatis ac ſolemnibus quatuor temporum diebus, qui divae Luciae feſtum conſequuntur, pio adhibito jejunio, dolenter peccata confeſſi ſumpſerint divinam hoſtiam, ex Dei in nos largitate indulgentias elargimur „.

Pontificis orationem patrum omnium actio gratiarum & gratulatio conſecuta eſt. de ſupplicationibus autem variae ſunt dictae ſententiae. nam fuerunt, qui rem differendam putarent in adventum Moroni cardinalis, ut, niſi ab eo renunciata legatione, ſupplicationes non decernerentur. cujus enim (*e*) in tridentinis actionibus praecipuae partes fuiſſent, in gratulationibus rerum, illic feliciter geſtarum, ejus etiam praeſentiam requiri putabant. alii, confirmatis actis concilii, id demum agi oportere, dixerunt: quae tamen acta, priuſquam pontificis auctoritate comprobarentur, diligentius conſideranda cenſebant. non defuerunt, qui exiſtimarent, decreta locis aliquot eſſe declaranda, quae explicationis indigerent. quibus pontifex, quanquam ſibi in animo eſſe diceret non modo genus ipſum actorum, ſed etiam ſingula decreta confirmare, tamen alias ſe de his acturum, reſpondit. Tum ordine relatum eſt de ſeptem epiſcopatibus; a Ranutio cardinale ſancti Angeli de valentino, cui praepoſitus eſt Inchenſis epiſcopus; de Aſiſinate, cui praefectus eſt Philippus Gerius, Aenariae epiſcopus, a Carolo cardinale Borromaeo: de Echinenſi egit cardinalis ſancti Clementis: Oſcenſis auctor fuit Franciſcus Gonzaga cardinalis. poſtremo dati ſunt tres in India, Amulio referente: in quibus pontifex ſervari juſſit decretum concilii tridentini.

LXIII.

(*d*) Minus caſtigate dictum videtur pro *ad aedem S. Mariae ſupra Minervam*. Sed populi conſuetudini ſervitum eſt, a quo aedes illa vix aliter, quam *la chieſa della Minerva*, appellatur.

(*e*) *ut* exempl. Emendandum eſſe putavi, & *enim* ſubſtituendum.

Digitized by Google

LXIII.

Julius Pogianus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi.

In Poloniam, abſoluto concilio tridentino, redeuntem fauſtis ominibus proſequitur. 22. dec. 1563.

Quod ad te olim ſcripſi (*a*) recenti honore tuo ampliſſimo, a
id nunc tanto intervallo mihi iterandum (*b*) putavi. in- b
tra ſexdecim annos (*c*), quibus urbem colui, nihil eo c
in genere rectius aut magis ordine factum exiſtimo, quam te cardinalem renunciatum. hujus meae ſententiae teſtes & approbatores multi ſunt; ſed omnium maxime Otho cardinalis auguſtanus: quem ego viciſſim illud ſaepenumero praedicantem audivi, uno te collega ſe feliciorem putare, quam reliquis collegii ornamentis. vidit is, te & iſti honori ampliſſimo, & iis, qui eum tibi tribuerant, plus, quam inde acceperas, amplitudinis attuliſſe. ſecutae ſunt poſtea publicae actiones tuae (*d*), d
quas ita bonorum laus occupavit, ut de illis aperte detrahendi ne ſummae quidem invidiae locus relinquatur. iſtis occupationibus factum eſt, ut nec praeſentem te, quod maxime optabam, colere potuerim, nec abſenti literis obſtrependum exiſtimarim. ſperabam quidem certe, ſalutari hac tridentinarum actionum clauſula, ac dimiſſo concilio (*e*), mihi datum iri tempus ex- e
plendi deſiderii & cumulandi officii erga te mei. videbam, cupere vehementer curiam praecipuum iſtud decus; ſenatum (*f*) f
requi-

(*a*) Litteras, quae hic ſignificantur, quibuſque cardinalicium honorem Hoſio gratulatus Pogianus fuerat, habes ſupra ad diem 15. mart. an. 1561.

(*b*) In iis ipſis litteris illa ſunt, quo videtur Pogianus hoc loco reſpexiſſe: *Quare, etſi vidit aetas noſtra nonnullos, qui una ſuffragante virtute in iſtum locum aſcenderunt, tamen iis, qui, quanti hoc de te factum reipublicae interſit, queant aeſtimare, nihil eo in genere ad laetitiam accidit uberius.*

(*c*) Hunc ipſum locum protuli in ſexta adnotatione ad Gratiani nuncupatoriam harum Pogiani litterarum ad card. Commendonum epiſtolam, quo oſtenderem, Pogianum non Julio III. (id quod Gratianus affirmabat), ſed Paullo III. pontifice max. Romam ex Inſubria primum veniſſe. ſi enim Julio III. (qui, Paullo III. ſuccedens, pontificatum die 8. febr. an. 1550. iniit) pontifice Romam veniſſet, non ſexdecim, quemadmodum hic teſtificatur, ſed ſummum tredecim annos coluiſſe ſe urbem, poterat, hoc anni 1563. menſe decembri, vere ſcribere.

(*d*) Pontificiam legationem ſignificat, quam in concilio tridentino Hoſius proximis annis obierat.

(*e*) Id factum fuerat die hujus menſis quarto.

(*f*) Id eſt, cardinales. Sed praeter caeteros Pius pontifex revertentem e concilio Hoſium videre atque amplecti vehementer optavit. verumtamen opti-

requirere clariſſimum ſui ordinis lumen & ornamentum, intelligebam. perſonabant vero etiam aures meae eorum vocibus, qui virtutem colunt & ſtudia bonarum artium, requirentium prae-

optimum paſtorem, gregis varmienſis ſui viſendi juvandique percupidum, abire recto itinere in Poloniam, urbe praetermiſſa, ſivit. cujus rei facultatem hiſce ad eum litteris, jam inde a die 18. ſuperioris menſis Tridento datis, Hoſius ipſe petierat: *Poſt aſcula pedum beatorum. Quod felix, fauſtum & fortunatum Deus eſſe velit cum ipſi ſanctitati veſtrae, tum eccleſiae ſuae univerſae, cujus veſtra ſanctitas, Chriſti vices in terris gerens, paſtorem & rectorem agit vigilantiſſimum, jam tandem ſacrum concilium hoc ad pridem optatum finem perduci videtur. quo nomine ſanctitati veſtrae plurimum gratulor... Quoniam vero, poſt operam hanc univerſae eccleſiae corpori praeſtitam, cogitandum cuique erit, ut ſuo quoque privatim ſibi concredito gregi non deſit, & illius ſaluti praeſens proſpiciat, ſuumque miniſterium impleat, me tanto major ejus rei ſollicitudo premit, quanto & longius abſum a grege meo, & quanto magis eum in graviſſimis quibuſque periculis verſari video. ſextus jam annus agitur, cum illum, a Paulo IIII. pontifice felicis recordationis vocatus, reliqui corporali praeſentia mea deſtitutum: quam cum is a me vehementer expetat, & cum nuper etiam non ſolum a clero meo, vel a grege mibi commiſſo, verum etiam ab omnibus terrarum Pruſſiae conſiliariis, in comitiis torunenſibus congregatis, literas acceperim, quibus ut primo quoque tempore ad terras illas accedam, & officium illis meum praeſtem, ingenti ſtudio a me contendunt, huic vocationi deeſſe non poſſe videor. quamobrem ad beatos ſanctitatis veſtrae pedes venerabundus procido, atque ab ea ſupplex peto, poteſtatem hanc mibi concedere velit, ſimul ut, quod brevi futurum ſperamus & optamus, concilium hoc fuerit feliciter abſolutum, ut ad gregem meum, qui tantopere expetit meam praeſentiam, hinc mibi recta proficiſci liceat. Quid ſanctitati veſtrae debeam, non ignoro; nec deeſt ardens deſiderium illam viſendi, illius beatos pedes exoſculandi, illi pro tantis beneficiis, quibus me pro bonitate ſua magis, quam pro meritis ullis meis cumulavit, ſi non eas, quas debeo, ſaltem quas poſſum, gratias agendi. quoniam tamen rationes meae non ferunt (ſed quid dico rationes meae? abſit, ut meas unquam rationes tanti faciam, ut illas vel officio, quod ſanctitati veſtrae debeo, vel publicis rationibus anteponendas putem), cum itaque, non meae privatae, ſed eccleſiae meae terrarumque Pruſſiae publicae rationes non ferant, quarum & epiſcopus ſum & conſiliarius, ut abſim ab illis diutius, iterum atque iterum ſupplex a ſanctitate veſtra peto, hanc ut veniam concedere mibi dignetur, quo, ſemota quavis cunctatione, liceat mibi ſancto decreto, quod proximo ſuperiore menſe julio latum eſt, peracto ſancto concilio hoc, ſatisfacere. Quam fidem Deo primum, deinde vero veſtrae quoque ſanctitati, quae vicarium illius in terris agit, praeſtiterim annis hic aliquot, quibus me, quamlibet indignum, legatione pro ſe fungi ſanctitas veſtra voluit, quos labores ſuſtinuerim in his, quae vel ad fidem catholicam tuendam, vel ad veſtrae ſanctitatis, ſanctaeque ſedis apoſtolicae dignitatem propagandam pertinere videbuntur, ex aliorum ſermonibus, quam ex meis literis, ſanctitatem veſtram cognoſcere malo... Ego vero, quamlibet magno locorum intervallo disjunctus a ſanctitate veſtra fuero, ſemper tamen animo ſum conjunctiſſimus futurus, nec illius tantorum beneficiorum memoriam unquam ex animo meo aboleri patiar. quam fidem, quod ſtudium, quam obſervantiam erga ſe*

meam

praeſens tuum patrocinium, tibique ſingularia ſtudia Romae tribuere cupientium. quorum cum ipſe nemini in te colendo & obſervando concederem, veneram, ut dixi, in ſpem, fore, ut

minam ſanctitas veſtra paucis annis, quibus opera mea uti dignata eſt, perſpectam & probatam habuit, eandem deinceps etiam, quoad ſpiritus hos reget artus, quin & majorem, ſi fieri poſſit, perſpiciet, quoties id vel catholicae fidei profeſſio, vel ſanctae ſedis apoſtolicae propugnatio poſtulare viſa fuerint. &c. Petitam ab Hoſio facultatem conceſſit Pius, hiſce ad eum die 4. hujus menſis (quo ipſo die abſolutum concilium Tridenti fuit) litteris datis: *Dilecte fili, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Vehementer optatum nobis fuit, ut, poſt impoſitum ſuperno favore finem ſacro iſti concilio, ad nos redires, ut te, quem inter fratres noſtros eximie diligimus, complecteremur, & tibi coram gratias ageremus pro tantis laboribus, quos in ipſo concilio noſtrae & apoſtolicae ſedis legatus ſuſcepiſti. ea te vultus & animi laetitia, fili, fuimus excepturi, quam ſingularis erga te amor noſter poſtulat; eas vero gratias acturi, quae tantae tuae erga Deum pietati, tantae erga ſedem apoſtolicam devotioni ac fidei, tanto denique ſtudio, curae, diligentiae, in commiſſo tibi legationis officio adhibitae, debetur... ſed, quando eccleſia tua, a qua diu abfuiſti, primum a fel. record. Paulo IV. praedeceſſore noſtro evocatus, deinde a nobis ad concilium miſſus, tantopere reditum tuum efflagitat, tantoque deſiderio & ſtudio flagras commiſſo tibi gregi praeſens officium ac paſtoralem ſollicitudinem praeſtandi, piae iſti & omni laude dignae voluntati morem quin geramus, facere non poſſumus... Quamobrem humilibus ſuis precibus inclinati, cum peractum concilium fuerit, diſcedendi tibi poteſtatem concedimus: &, quoniam te complecti praeſentem non poſſumus, abſentem animo & cogitatione complectimur, gratias tibi debitas agentes, quod tanta cura, fide, diligentia officio tibi commiſſo functus es, ut nobis & fratribus noſtris cumulatiſſime ſatisfeceris, bonorum vero omnium remuneratorem Deum orantes, ut, pro tuis erga religionem catholicam & univerſalem eccleſiam meritis, ac pro ſingulari erga nos & hanc ſanctam ſedem devotione, praemia tibi talibus propoſita meritis tribuat, & ad eccleſiam tuam redeuntem, atque in ea reſidentem, gratia & protectione ſua perpetuo cuſtodiat. Deferentes autem tibi omnia, quae a nobis proficiſci poſſunt ad tuum & ipſius eccleſiae tuae commodum, eaque praeſtare ſummo animi ſtudio parati, rogamus charitatem tuam, dilectiſſime fili, ut piis precibus tuis divinae majeſtati nos aſſidue commendes. Datum Romae 4. decembr.* M. D. LXIII. *pontificatus* IV. Affert has litteras in Hoſii *Vita* lib. II. cap. 17. Stanislaus Reſcius, tum illa ſubdit: *His literis acceptis, cum abſolutum eſſet concilium, cum invicem ſibi ſancti illi & venerandi patres in oſculo ſancto cum lacrymis vale dixiſſent, in omnem terram verba & decreta ſancti concilii propagaturi, noſter quoque Hoſius in Poloniam iter ingreſſus eſt decembri menſe; cum tota regio nivibus, frigore & glacie obriguiſſet, cujus aſperitatem vix unius urbis tecta & parietes ferre & ſuſtinere potuiſſent. ſed ignis internus, charitatis faſciculus inflammatus, frigoris vehementiam temperabat, ita ut omnia prae hoc uno deſiderio poſteriora duceret, ut ovium ſuarum ſalutem primo quoque tempore coram procuraret. Multis & magnificis verbis ab illuſtriſſ. cardinale Ludovico Madrucio rogabatur, ut aetati ſuae parceret, Tridenti ſubſiſteret, valetudini operam daret, ſaltem dum aſperitas hyemis frangeretur. Idem etiam ab illo contendebat illuſtriſſ. cardinalis Auguſtanus, qui* tum

domicilium iſtius honoris ampliſſimi in urbe, id eſt in ſua ſede, collocares. ſed video, apud te pluris eſſe epiſcopale munus, quam ſenatorium, &, cum utrique & epiſcopo & cardinali juſſum ſit, ut adſit in ſui officii regione, tu id gravius ducis, quod eſt antiquius; cumque fueris in principibus iis, vel potius eorum princeps, qui epiſcopos ad neceſſariam praeſentis
g ſui muneris curam revocaſſent (g), quod ratione & auctoritate viciſti, exemplo etiam comprobare vis tuo. facit ſingularis religio ac ſapientia tua, ut contra iſtud factum diſputare non audeam; veruntamen diſſimulare non poſſum, diſceſſum tuum mihi eſſe permoleſtum, cum ob alia multa, tum quod mihi adempta facultas eſt praeſtandi tibi coram, quam debeo, eximiam

tum per Tridentum in Hiſpanias cum ſereniſſimis principibus auſtriacis Rodolpho & Mathia, Maximiliani, tum adhuc romanorum regis, liberis, proficiſcebatur. ſed aliud in Hoſii corde ſpiritus charitatis loquebatur, quam nulla vis, nulla conſilia, nulla incommoda non ſolum eripere, ſed ne labefactare quidem potuerunt. Addidit autem animum Introitus, ut vocant, Miſſae, quam illo ipſo, quo diſceſſurus erat, die in eccleſia cathedrali S. Vigilii audiebat, qui incipit, Egredimini & videte filiae Sion reginam veſtram; *ita ut ne domum quidem reverti ex eccleſia voluerit, ſed recta ad portas civitatis, tanquam Deo per ſacerdotem monenti obtemperaturus, properabat*. Si, in quem diem ejuſmodi *Introitus Miſſae* inciderat, prodere Reſcius non omiſiſſet, ſciremus, quo certo die Hoſius Tridento in Poloniam profectus eſt. equidem in decimumoctavum decembris incidiſſe crediderim, quo die feſtum *Expectationis partus B. M. V.* eccleſia romana nunc colit, & ab eccleſia tridentina eo tempore coli ſolitum, credibile eſt: etſi romanae *Miſſae* non idem ille ſit, ſed alius, *Introitus*, nempe hic ex Iſajae cap. 45. *Rorate caeli deſuper*. Cardinalis quidem Auguſtanus, quocum Tridenti congreſſum eſſe Hoſium, Reſcius commemorat, ante octavum decembris diem Tridentum non venit; ſiquidem hominem dierum atque itineris ſui ratio non fefellit, qui illa ad Hoſium die 4. ſive potius 3. (quemadmodum corrigendam earum litterarum adſcriptionem dixi ad epiſt. *Egerat* d. 23. jun. 1563.) decembris Brixina Tridentum ſcripſerit: *Sereniſſimi Auſtriae principes heri a nobis eo, quo decuit, honore excepti ſunt. hodie ac cras hic ſubſiſtimus. die dominica Cluſiam, inde per Bolzanum ac vallem atheſinam Tridentum contendemus, quod, Diis nobis bene faventibus, proximo die Mercurii* (qui eo anno 1563. in decembris octavum incidit) *intrabimus: ubi deſideratius nobis nihil poterit eſſe hac gratiſſima ac diu expectata commoditate ſermones cum reverendiſſima dominatione veſtra miſcendi.*

(g) Reſcius in Hoſii *Vita* lib. II. cap. 7. *De reſidentia*, inquit, *epiſcoporum in ſuis eccleſiis magna contentione laboratum a nonnullis eſt, ut in S. Concilio diſputaretur, num ea eſſet juris divini: quod ita futurum putarent, ut epiſcopi tanto eſſent in paſcendo grege ſibi commiſſo vigilantiores, ac in ſuis eccleſiis perpetuo reſiderent, ſi decretum eſſet, quod jure divino ad reſidendum in ſuis eccleſiis & epiſcopatibus aſtringerentur. Verum Hoſius faciendum id potius, & re ipſa praeſtandum eſſe, non diſputandum, quo id jure faceremus, expedire reſpondebat &c.* Vide reliqua in adnot. ad epiſt. *Ex litteris* Kal. aug. 1562.

miam pietatem ; quod officium ad tuum adventum & ad manſionem in urbe mihi reſervaram . quae cum ita ſint, tamen de me , ut debeo , profitebor . ego , quaecunque in abſentem virum , animi , ingenii , honoris ornamentis ampliſſimum , ab humili fortuna tenuique facultate proficiſci poſſunt , a me tibi ſemper paratiſſima fore , polliceor ; animo vero , ſtudio & obſervantia in te contendam cum omnibus . Reliquum eſt , ut Deum precer , ut caeleſtem itineris comitem (*h*) tibi adhibeat , qui te domum ſalvum deducat , vitamque tibi tuam rationeſque tueatur , & iſtam lucem religionis , quaſi alteram aquilonis helicem (*i*) , quae hominum curſum dirigit in caelum , eccleſiae ſuae ſervet incolumem . Roma . xi. Kal. januar. M. D. LXIII. (*k*)

(*h*) Id ipſum petere a Deo clericos , in iter ingreſſuros , pia mater eccleſia praecipit , *ut Angelo ſancto comite ad eum , quo pergunt , locum pervenire feliciter valeant* .

(*i*) Eadem & *Urſa major* , & *Plauſtrum* ſive *Currus major* & *Septemtrio major* dicitur , cui *Cynoſura* reſpondet . de utraque Ovidius *Faſt.* lib. III. v. 107.

Eſſe duas Arctos , quarum Cynoſura notetur
Sinodiis , Helices Graja carina notet .

Ait autem Pogianus , Hoſium alteram quamdam Poloniae , quae maxime ſeptemtrionalis eſt regio , Helicem eſſe , quae mortalium curſum in caelum dirigeret .

(*k*) 1564. exempl. & cod. vat. Gratianus emendavit . Huic porro Pogiani epiſtolae , die 22. dec. an. 1563. datae , reſpondit Hoſius menſe denique junio inſequentis anni : cujus litteras , ex editione colonienſi an. 1584. pag. 233. deſcriptas , ſubjicio .

Stanislaus Hoſius Card. Varmienſis Julio Pogiano S. D.

Quas ad me dediſti literas XI. *cal. jan. redditae mihi fuerunt aprili menſe , qui ſimul cum eo , qui fuit conſecutus , variis negotiis ita me diſtractum tenuit , ut illis reſpondere non vacaverit . nam & in oppido meo braunſpergenſi reducendis quibuſdam ad viam , qui nonnihil aberraverant , & ante & poſt feſta paſchalia plurimum a me fuit laboratum . inde poſtea vocatus a sereniſſimo rege meo , Lomſium fui profectus : ubi perbrevi tempore commoratus , ad comitia marieburgenſia me contuli ; ex quibus ad eccleſiam meam reverſus , non ſine magna animi mei voluptate Commendonum noſtrum in ea excepi , cujus etiam nunc jucundiſſima conſuetudine fruor . nam inde eum ad hunc reſidentiae meae locum perduxi . habes igitur cauſas juſtas , opinor , quamobrem ſerius tuis ad me literis reſponderim ; quae quam gratae mihi acciderint , verbis explicare vix poſſum . ſemper enim amavi te plurimum propter multa praeclara Dei munera , quibus affatim es illius benignitate cumulatus . quo magis fui gaviſus , cum literas tuas accepiſſem , tui viciſſim amoris in me teſtes locupletes , quibus multa mihi quidem tribuuntur abs te . ſed , qui mutuam noſtram amicitiam perſpectam habent , vereor , ne tuum iſtud de me teſtimonium benevolentiae magis eſſe , quam judicii , ſint interpretaturi : quod ego quoque non aliter judico . Quod autem & ipſe ſcribis , expetiviſſe te , & ab aliis , noſtri ſtudioſis , vehementer fuiſſe requiſitam praeſentiam iſthic meam , crede mihi , quod nec ego tam fui ferreus , ut hoc ipſum non multo maximo ſtudio expete-*

peterem. Nihil ardentius cupiebam, quam ut coram ſereniſs. (corr. ſanctiſs.) Pont. gratam meam voluntatem teſtarer de tantis honoribus & beneficiis, quibus me immerentem affecit, & ampliſſimos cardinales, & in his illum praecipue, in cujus nunc te familiaritate eſſe audio, reverenter ſalutarem, ac tanto majora ſtudii & obſervantiae erga illos meae documenta praeſens darem, quanto praeclaram eorum erga me voluntatem habeo magis exploratam: deinde vero te quoque tuique ſimiles alios viros pios & doctos complecterer. ſed, quam tu cauſam in literis tuis commemoras, ea me ſola retardavit, quominus huic majori meo, quam veſtro, deſiderio ſatisfacerem. ſemper enim ego re praeſtandam eſſe potius reſidentiam (liceat enim per te hoc mihi verbo uti) judicavi, cum plurimus de ea ſermo incidiſſet, quam ut verbis ea de re diſceptaretur. itaque non me deterruit ab hoc inſtituto meo vel potrum (fort. patriae) vel dioeceſis hujus meae ſtatus perturbotiſſimus, graviſſimaque pericula, quot cervicibus noſtris impendere tunc quoque videbam, nunc vero magis etiam oculis ipſe meis cerno: quin potius, quo major exorta eſt tempeſtas, hoc minus decere me putavi (quandoquidem & me cujuſdam naviculae gubernatorem Deus eſſe voluit, quamlibet imperitum) ut in hoc tanto diſcrimine muneri meo defuiſſe viderer. ſat ſcio, rem eo jam loci perductam eſſe, nihil ut ſit in humanis praeſidiis ſpei collocandum. ſed, quanto certius id exploratum habeo, tanto majore cum fiducia miſericordiam illius imploro, qui poteſt imperare ventis & mari, & jubere, ut taceant & obmuteſcant. ſolet enim ille tunc maxime virtutem ſuam oſtendere, cum de viribus humanis maxime deſperatur. Quod ſi non aliter ſalus periclitantibus repraeſentari poſſet, quam ſi funeribus (fort. fluctibus) illis obruendus iſtis (fort. unus) objicerer, ipſe tantum de illius clementia mihi polliceor, quod hanc etiam ad rem promptum & alacrem animum eſſet mihi largiturus. daret ille, quod juberet, juberet deinde quicquid vellet. haud aliter illius auxilio fretus ad ea obeunda, quae mortalium animis maximum terrorem adferunt, futurus eſſem paratus, quam alii ſolent ad epulas acceſſuri. quod enim eſſe mihi poſſet ſuavius epulum, quam ſimilem illi calicem guſtare pro Chriſti nomine, quem prior ipſe pro nobis ideo guſtare voluit, quamlibet amarus videretur, ut ad idem praeſtandum ſuo nos exemplo invitaret? Revera nunc ad eadem illa tempora ventum eſt, de quibus a Paulo fuit ſcriptum, Qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat: *cum ad idem opus vocati videantur, ad quod illo tempore vocabantur, de quibus haec ſcripſit apoſtolus: quamvis ego nec epiſcopatum nec alios honores ullos expetivi unquam. ſed, quoniam ſic Deo viſum eſt, ut eſſem hoc loco, precor illius clementiam, ut vires mihi ſuppeditet, quo poſſim eo munere, ad quod me vocare dignatus eſt, ad ipſius nominis gloriam, & eccleſiae utilitatem perfrui (fort. perfungi).*

Caeterum in magnis curis & moleſtiis, quibus hic afficior, credibile non eſt, quantam ex Commendoni noſtri praeſentia conſolationem capiam: de quo in patriam noſtram nuntio mittendo quantopere laboraverim, ſtatim ut ad eccleſiae gubernacula pontifex hic noſter acceſſit, proculdubio tenes memoria. ſed, parum propitio nobis Deo, factum eſt, ut hoc tanto bono privaremur, cum non deeſſent iſthic, neque deſint etiam nunc, qui magis hominum quorundam cupidorum & ambitioſorum commodis, quam regnorum, ad quae mittuntur, ſaluti proſpectum cupiant. quae res, ut aliis terris nonnullis, ita patriae quoque meae plus attulit detrimenti, quam credi facile queat. itaque plus eſt incommodatum his terris per triennium illud, quo Commendonus noſter, cui decreta jam legatio fuerat magna cum pontificis voluntate, fuit ab ea rejectus, quam ut, quod neglectum eſt, ne dicam corruptum, farciri vel ſanari faci-

facile poſſit. eſt is adhuc apud me, ac ejus conſuetudine diutius frui cuperem; fuitque nobis propoſitum minime hic eſſe otioſis, ſed de dantiſcanis, deque haedis meis elbingenſibus ad officium revocandis laborare: niſi quod haec noſtra conſilia peſtis perturbavit, quae graſſari Dantiſci dicitur. quaerimus nihilominus rationes omnes, quibus, ſi minus collapſae, jam (fort. *at*) *certe labenti apud nos eccleſiae ſuccurri, & eam fulcire liceat ac ſuſtentare. Tu & ipſe Deum precaberis, ut haec noſtra conſilia ſecundet, & piis omnibus, ut idem faciant, auctor eris, praecipue vero patri Laynes, ſanctae ſocietatis Jeſu generali: quem rogabis meo nomine, ut una cum ſocietate ſua Deum ſedulo deprecetur, quo vehementer aſſiictam in his terris eccleſiam ſuam oculis miſericordiae ſuae reſpicere, &, quae graviſſima cervicibus noſtris impendere mala videntur, procul ab ea propulſare, non pro noſtris meritis, ſed pro ſua bonitate, velit, ut miſereatur noſtri, convertat nos, & avertat iram ſuam a nobis. Vide autem, quam ſit amor minime verecundus. nam, quaſi jus aliquod habeam imperandi, ſic tibi mando, ut facias. ſed, cum ex meo in te animo tuum viciſſim in me metior, in optimam id partem accipies, ac de me tibi viciſſim pollicberis, nihil eſſe, quod non tua cauſa libentiſſime ſim facturus.*

Hiſce Hoſii litteeis Pogianus reſceipſit ea epiſtola, quam die 28. jul. an. 1564. datam, infra ſuo loco peoſeremus. Nunc, antequam ad novi anni Pogiani epiſtolas veniamus, Pii IV. orationem ad caedinalium collegium die 30. hujus decembris menſis habitam, & ab eodem Pogiano ſcripeam, exhibebimus. De ea Pallavicinius libro XXIV. *Hiſt. concil. trid.* cap. 9. n. 5. haec habet: *Il pontefice nel dì penultimo dell' anno, ancora non ben riſcoſſo della malattia, raccolſe di nuovo una congregazione conciſtoriale, e vi fece un ragionamento latino, che a verbo a verbo mi piace di traſportare, con forme talora più ſimili all' originale, che propie dell'idioma, in cui lo ritraggo. „ Veramente queſto giorno, o Fratelli, reca nuova vita, richiede nuovi coſtumi &c. „.* Sed Pium ipſum latine loquentem audiamus.

Pii IV. pont. max. poſt abſolutum concilium tridentinum Oratio apud cardinalium collegium habita die 30. dec. 1563.

VEre haec dies aliam vitam affert, fratres, alios mores poſtulat (*a*). eſt enim concilii tridentini auctoritate cor- *a*
recta, quae corruptiſſima erat, morum diſciplina, praeſcriptaque praecipue eccleſiaſticis hominibus vivendi ratio, ut, qui eam perſonam ſuſceperint, facile videant, ſibi eſſe neceſſitatem impoſitam colendae ejus vitae, quam ſalutaribus decretis divinitus expreſſam intelligunt. qua in re, quemadmodum apud vos
proxime (*b*) fecimus, primum Deo gratias agimus immortales, *b*
cujus

(*a*) Teanſlatum ex Terentio in *Andria* act. 1. ſc. 2. v. 18. *Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores poſtulat.*

(*b*) In oratione, quam ſupea eetulimus, habita die hujus ejuſdem menſis decimo, fuerunt illa: *Quod etſi totum Deo tribuendum eſt, qui tantum concilium*

cujus benignitate tridentino concilio, celeberrimo & maximo, felix & optabilis exitus contigit. deinde Ferdinando imperatori laudem tribuimus chriſtianae pietatis, & in nos ſtudii ſingularis, cujus ſepta praeſidio ac pondere (c) tridentina ſynodus ſuam auctoritatem amplitudinemque liberam & incolumem conſervavit. nec vero non hujus officii teſtimonium reliquis regibus catholiciſque principibus libenter impertimus. Laudamus etiam magna animi voluptate legatos noſtros, propter vigilantiam ac prudentiam, fortemque, difficillimis & rebus & temporibus, & conſtantem animum, nullo loco deſideratum in tuenda ſedis apoſtolicae dignitate. Denique reliquorum patrum fidem, religionem ac liberae ſententiae perſeverantiam agnoſcimus ac probamus; qui laborem diligentiamque omnem ad tollendas haereſes pravaſque conſuetudines ejiciendas contulerunt. quibus quidem patribus magnam quoque noſtro nomine gratiam habemus, quod, in moribus emendandis, corrigendaque vitae diſciplina, adeo ſe praebuerunt moderatos in nos et indulgentes, ut, ſi nobis ipſis illam curam ad noſtrum arbitrium revocare, nec patrum judicio integram relinquere placuiſſet, omnino adhibituri fuerimus plus animadverſionis.

Cum igitur haec ſalutariter conſtituta ſint, certum ac fixum eſt nobis efficere, ut, ſervatis ſacri concilii decretis, illa diſciplinae ratio in mores inducatur. quod iis, ſi qui malam de nobis opinionem imbiberunt, illum eripiet errorem, qui, neſcio unde ortus, multorum animos occupavit, futurum, ut, quod ad reformationem attinet, primi nos tanquam concilii clauſtra perfringamus. itaque patrum ea in re vel moderationem, vel certa aliqua ratione adhibitam diligentiam, ſi res tulerint, corrigemus ipſi, &, tanquam cognitioni ac judicio noſtro reſervatam, ſupplebimus: tantum abeſt, ut remiſſum de ea aliquid vel detractum velimus. & quidem Moronum cardinalem, conſilii vi, animique magnitudine praeſtantem, tridenti-

narum

lium maturavit, ſuae eccleſiae neceſſarium, tamen ad ejus eliciendam benignitatem valuerunt preces piorum, valuit ſumma patrum libertas & communis pietas, valuit diligentia ac prudentia legatorum, valuit ſtudium principum, in primiſque Ferdinandi caeſaris, quem pro dignitate ſatis laudare non poſſumus, infixus animus in reip. ebaritate.... Verum, ut tantum Dei in remp. beneficium, quantum illo ajutore poſſumus, pia & grata memaria proſequamur, decernimus, ſi vobis videtur, ſupplicationes &c.

(c) Vocem hanc *pondere* eſſe non ab oſcitante atque adeo dormitante librario, ſed a Pogiano, nemo mihi perſuaſerit. hunc locum ita a Pallavicinio converſum video: *colla cuſtodia del quale cinto e munito il ſinodo tridentino*: ut omnino is in exemplari, quo uſus eſt, legiſſe videatur, *cujus ſepta praeſidio ac munita tridentina ſynodus*.

narum actionum, quibus cum laude & interfuit & praefuit, peritiſſimum, jubemus curare ac videre diligenter, ne quid, concilii decretis vel adverſarium vel alienum, in ſenatu agatur, aut privatim nobiſcum per miniſtros noſtros ulla ratione tentetur. quas item partes eſſe volumus collegae ejus Simonetae cardinalis (cujus in tridentina legatione fides & induſtria, perpetuaque ſanctae ſedis propugnatio celebratur) acute odorandi videndique, datario adhibito, ne quid ejuſmodi poſtuletur a nobis, quod, per ſummas occupationes noſtras non ſatis animadverſum, ac propterea etiam fortaſſe conceſſum, habere poſſit invidiam & offenſionem apud eos, qui vel non norunt noſtri animi ſenſus, vel omnia male interpretantur. omnino ſumma conſilii noſtri ſpectat huc, ut tridentino concilio pontificiam auctoritatem adjungamus; cujus acta atque (*d*) decreta rata & firma ſunto ſic, ut eorum jus nullius vi aut gratia violetur. quod ſi, ut rerum uſus fert & vita hominum, certa aliqua utilitas aut ratio poſtularit, ut a concilii ſententia diſcedatur, nunquam tamen illi tempori, venerabiles fratres, niſi de veſtra ſententia, conſulemus. quo loco nonnihil (*e*) commoveri cogimur, eximii in ſingulos vos amoris noſtri conſcientia, ſummique judicii, quod de univerſo ordine ſemper fecimus (*f*): cui paterno fraternoque animo noſtro quam malam gratiam referant quidam, dolenter ſane, ſed tamen, ſanandi cauſa praeproperam nefariamque cupiditatem, vobiſcum neceſſario conqueremur. non deſunt, qui, viventibus nobis, aperte ambientes, & pontificatum, quem jam diu ſpe devorarunt, tentantes omni conditione pecuniae, ne minimam quidem vitae noſtrae moram ferre poſſe videantur. nimis properas, Marcelle (*g*); non potes hujus corpuſculi

(*d*) Vocula *atque* abeſt ab exempl. Addidi. nam aliqua ejuſmodi copulans particula neceſſaria mihi viſa eſt.

(*e*) *nihil* exempl. Emendavi.

(*f*) Heic vero nihil de mendo ſuſpicandum eſt. Cicero in *Oratore* c.140. *De cujus meritis tanta ſenatus judicia fecit*. & *Pro lege Manil.* c.43. *de quo vos homine ... tanta & tam praeclara judicia fecistis?* & *Epiſtol.famil.* lib.XI. epiſt.29. *Graviſſimum vero judicium de mea fide & conſtantia feciſti*.

(*g*) Nemo neque ſuo neque familiae nomine *Marcellus*, haec cum dicta ſunt, cardinalis vivebat. itaque, in quem tanta haec objurgatio cadat, ignoro. *Pium*, inquit Oldoinius in *Additionibus* ad Ciacconium, *deliri aliquot, facta conjuratione, de medio auferre conati ſunt: qui detecti, aliquibus impunitate data, a carnifice necati ſunt. Conjurationis ducem narrant fuiſſe Benedictum Accoltum, Accolti olim cardinalis filium; qui una cum aliis quibuſdam, aere alieno oppreſſis, nec ſatis ſanae mentis, praedae ſpe, & emendationis eccleſiae obtentu, audax facinus Pium interimendi ſuſceperat, dum publice daret audientiam, ſimulatione porrigendi libellum ſupplicem. Ajebat ſiqui-*

puſculi ac paene cadaveris exitum expectare; non te diutius morabitur; jam tolletur hoc impedimentum; jam jam hac oculorum & animi moleſtia liberabere. ſed iſti, niſi totam & pontificatus & ſalutis viam ignorarent, quem honorem malis artibus & pecunia tentant, eum vitae integritate & innocentia quaererent. hoc eſt apertum ac directum iter, cardinale digniſſimum, quod omnes votis ac benevolentia proſequuntur. contra, clandeſtinum illud atque tranſverſum, inane & omnium odio maledictiſque propoſitum eſt. Quid vero eſt magis omnium ſermone jactatum, quam ab iſtis menſtruo ſtipendio tentatos eſſe nonnullorum veſtri ordinis animos, ut eorum mercenariis ſententiis ſuffragiiſque ad novi pontificis creationem abuterentur? magna argenti atque auri vi, majori ſpe ac promiſſis alios quotidie ſol-
b licitari ab iſtis, qui pecuniam ſibi quacunque (*b*) ratione conciliantes, quantamque maximam poſſunt auferentes undique, & de omni re conficientes, profuſis largitionibus ſuffragia corrumpunt?

ſiquidem, Pium non verum pontificem eſſe, eoque ſublato, alium Angelicum ſuffectum iri, qui etiam totius orbis imperator futurus eſſet, ſub quo eccleſiae concordia caſtigatis erroribus ſanciretur. At, cum ſemel iterumque oblata occaſione, animus Accolto defuiſſet, nota inde inter conjuratos diſſenſione, ab uno eorum res patefacta eſt, omneſque capti tormentis ſubjecti fuere. nec tamen ullis vel ſuppliciis vel promiſſis induci potuere, ut conſiliorum rationes & auctores aliquos proferrent: niſi quod Accoltus ab Angelo ſe ſuaſum fuiſſe dicebat; qui & inter mortis tormenta ſemper ridens conſpectus eſt. Hujus conjurationis atque animadverſionis tempus diſcimus ex cardinalis Truchſeſii epiſtola, ad Hoſium Dilinga in Poloniam data die 26. jan. an. 1565. & in *Tabul. eccl. rom.* a Cypriano pag. 388. relata: *Ex Italia*, inquit, *non belli ad nos rumores afferuntur, fuiſſe ſcilicet, qui in ſummi pontificis vitam conſpirare auſi ſint. ſed Deus omnipotens ſuum vicarium protexit, & ſceleſtos illos atque ſacrilegos in manus pontificis puniendos tradidit. immiſcent aliqui inter hos nefandos viros quendam ex collegio noſtro atque veſtri ordinis. ſed Deus tantum a nobis dedecus avertat, ego quidem, ut credam, nullis rationibus adduci poſſum.* Verum haec poſtea acciderunt, neque ad hunc annum 1563. quo habita haec eſt a Pio IV. ad cardinales oratio, pertinent. Venit aliquando mihi in mentem ſuſpicari, fuiſſe in Pii pontificis oratione non *Marcelle*, ſed *Araceli*: quam vocem deinde librarii, ſibi ignoratam, & mendoſam atque adeo monſtroſam viſam, in notam ac quodammodo affinem, homines non minus audaces quam imperiti, mutarint. Vivebat autem illa aetate, & ſenatui illi ipſi, ut credibile eſt, intererat Clemens Dolera, in Moneliano Liguriae oppido an. 1501. natus, & a Paullo IV. an. 1557. cardinalis tit. *S. Mariae in Aracaeli* creatus; quem Pogianus noſter in actis ſenatus, a Pio IV. die 20. jun. 1564. habiti, recenſendis, latinam appellandorum hominum rationem ac brevitatem ſequutus, *Araeelium* dicit. verum homini modeſtiſſimo tantos ſpiritus atque opes, praeſertim vero mentem tam pravam fuiſſe, ut, vivente etiam num pontifice, de pontificatu adipiſcendo non modo cogitaret, ſed etiam pecuniis maliſque artibus contenderet, ne ſuſpicari quidem fas eſt.

(*b*) *quanquam* exempl. Emendavi.

Digitized by Google

ſunt ? quos niſi obcaecaret & furentes ageret ambitio, proſpicerent illorum celerem ac praecipitem (*i*) deſtitutionem, quorum ſententias pretio mercari ſtudent. nihil enim eſt mercenaria voluntate fallacius, nihil mobilius. rem indignam atque ſceleſtam, fratres! ſed illud indignius ac ſceleſtius, quod adeo effrenato ac praecipiti furore rapiuntur, ut aperta vi, aperta, inquam, vi (qua (*k*) nulla ex omni memoria atrocior res audita eſt) occupare pontificatum, ac ferro, quoniam auri ſubſidium tardius eſt, in pontificiam ſedem irruere conantur. verum inauditam rei atrocitatem, in qua invitiſſima verſatur oratio noſtra, omittamus, tantumque moneamus eos, qui haec moliuntur, ut mentem mutent, pecuniaeque & armorum, ſi quam in illis ſpem poſuerunt, obliviſcantur: potiuſque ſe noſtra manſuetudine dignos praebeant, quam nos juſto dolori ſervire cogant. nam, & veteri jure pontificum maximorum, & ſanctae memoriae Pauli quarti pontificis edicto (*l*), in nefarii ſceleris affines, niſi ad ſanitatem redierint, animadvertere, ejuſmodique monſtra, expiato ordine ampliſſimo, tollere neceſſe habebimus. Quod vero pontificatus initio quibuſdam cardinalibus dedimus provincias, quibus ad biennium legationis nomine praeeſſent, eaſque illi quadriennium obtinuerunt, cogimur aliquando illo ſubſidio multas magnaſque difficultates ſublevare. nam & tenuiores cardinales, quo dignitatis gradum tueri poſſint,

(*i*) *principem* exempl. Nihil mihi, quod minus ab exemplaris lectione, ſimulque ab oratoris ſententia recederet, occurrit, quam, quod edi juſſi, *praecipitem*.

(*k*) *Si ulla ex &c.* exempl. Niſi *qua nulla ex &c.* pro illa exemplaria lectione feciſſem, manifeſto mendo pepercisse videri poſſem.

(*l*) Exſtat Paulli IV. graviſſima ac paene atrox conſtitutio *Contra ambientes papatum, aut, papa vivente eoque inconſulto, tractantes de eligendo futuro pontifice, ac eorum complices & fautores*, data 17. Kal. jan. 1558. Incipit: *Cum ſecundum Apoſtolum nemo debeat ſibi honorem aſſumere*. In ea, praeter caetera, illa ſunt: *Omnes & ſinguli tam clerici, quam utriuſque ſexus laici, qui per ſe vel alios, nobis viventibus & inconſultis, verbis vel ſcriptis aut nunciis cum aliquo de futuro pontifice eligendo hactenus tractarunt vel tentarunt, ſeu in poſterum, romano pontifice vivente & inconſulto, tractabunt vel tentabunt, etiamſi, ut praefertur, qualificati, & dignitate, honore, auctoritate & excellentia praedictis praediti exiſtant, ſint ipſo jure & facto, abſque alia deſuper ferenda ſententia, excommunicati excommunicatione majori, & maledictione aeterna damnati, & ab excommunicatione & maledictione hujuſmodi per alium, quam per nos & romanum pontificem pro tempore exiſtentem, praeterquam in mortis articulo, abſolvi non poſſint, incurreintque & incurrant reſpective crimen ſimoniacae haereſeos, & laeſae majeſtatis in primo capite, ac privationem omnis etiam epiſcopalis, archiepiſcopalis, & patriarchalis ac cujuſvis alterius majoris vel minoris dignitatis, ac cardinalatus honoris &c.*

ſint, ſunt adjuvandi, & providendum aerarii anguſtiis, quod exhauſimus continentibus quadriennii prope infinitis ſumptibus, dum gallos (*m*) praeſidio & pecunia juvamus, pro religione dimicantes; dum Avenionem (*n*) agrumque ejus ab haereticorum obſidione & vaſtatione defendimus; dum ſubvenimus helvetiis (*o*); dum in urbem provinciaſque noſtras rerum omnium copiam (*p*) introducimus; dum portus reficimus, urbem communimus, portas, moenia, arces, propugnacula exſtruimus, aedes ſacras aedificamus (*q*), aliaſque impenſas facimus in res, publico uſui ac ſplendori neceſſarias. quare, non modo aequis, ſed etiam libentibus, illis cardinalibus, ſperamus, nos illo adjumento provinciarum tot publicis conſulturos incommodis; praeſertim cum ipſi etiam affines (*r*) noſtri cardinales ſint de ſuis provinciis diſceſſuri (*ſ*). Volumus autem ipſi obire provincias, coramque provincialium hominum poſtulata cognoſcere, ut, qua laetitia videndi principem domi ſuae poſt Paulum III. pontificem max. (*t*) ad hanc diem caruerunt, ea noſtra praeſentia per-

(*m*) Panvinius in *Vita* Pii IV. *Galliam vero*, inquit, *diſſidio religionis a domeſticis hoſtibus vexatam pecuniis pontifex adjuvit*.

(*n*) Idem ibid. *Pontifex quoque tuendae Avenionis & finitimae regionis cauſſa, ubi maxima haereticorum perfidia graſſabatur, aliquot militum cohortes conſcripſit, Fabricio Sorbellonio conſobrino ei provinciae praefecto; qui Lucae Antonii Thomaſonii Interamnatis, ſtrenui & multae experientiae copiarum ducis, forti fidelique opera uſus, Avenionem in fide, Hugonotis provincia ſubmotis, continuit: Aurantium, ipſorum oppidum, haud longe ab Avenione ſitum, vi captum delevit, praeſentique periculo & calamitate provinciam liberavit*.

(*o*) Eos helvetios intellige, qui in catholica fide perſtiterant; quibuſcum etiam *foedus percuſſiſſe* Pium, idem Panvinius eſt auctor.

(*p*) De hac copia Panvinius, *Eo pontifice*, inquit, *Italiae pax, urbi & provinciis eccleſiaſticis a bello quies, rerum, quae victui humano neceſſariae ſunt, copia, publica incommoda vel pauca vel nulla fuere*.

(*q*) De publicis hiſce operibus, in quae maximam pecuniae vim Pius IV. inſumſit, vide epiſt. *Memini* die 6. nov. 1563.

(*r*) Ex cardinalibus Pii IV. affinibus quattuor Pogianus ſupra commemoravit in argumento, quod ejuſdem Pii orationi, die 10. decembr. habitae, praefixit: *Pius*, inquit, ... *quatuor affines cardinales admiſit, Tridentinum, Urbinatem, Gonzagam, Jeſualdum*. His adde Carolum Borromaeum, Marcum Siticum Altaempſium, Io. Antonium Serbellonium.

(*ſ*) Non *diſceſſuros*, ſed *deceſſuros* ſcripſit fortaſſe Pogianus, qui, *de provincia decedere* uſitatius de magiſtratibus dici, quam *diſcedere*, non ignorabat.

(*t*) Multae Paulli III. peregrinationes feruntur. Andreas Victorellius in *Additionibus* ad Ciacconium *Angelorum*, inquit, *reginam, Dei matrem, colebat impenſe. Lauretanam ejus cellam auguſtiſſimam bis intra tres annos religioſe inviſit .... Ter pacem inter Caeſarem & Gallorum regem conciliaturus Roma diſceſſit Nicaeam, cum biennio ante* (id eſt, anno 1536.) *Carolum, ex punico bello reducem, triumphali cum pompa in Urbe excepiſſet; quadriennio poſt Lucam; duobus aliis interjectis annis Buxetum*.

perfruantur. Sed, quia decretum eſt concilio tridentino (*u*), ut in ſuo epiſcopatu commorentur epiſcopi (quod nos jandiu vehementer optavimus, cum videremus, hanc initio occaſionem lupos habuiſſe ovilis invadendi, paſtorum abſentiam, ut gregem, mercenario cuſtode, crudeliter miſereque diriperent), jubemus, eos, primo quoque tempore in ſuos epiſcopatus proficiſcentes, parere concilio. quare, quos apud ſe cardinales habent, ſtatim dimittant, quo eos & noſtra vocat auctoritas, & compellit ſacroſancti concilii lex, & epiſcopalis officii cura, commiſſique gregis tempora flagitant. itaque tollimus omnes exceptiones, omnem praecidimus omnibus ſpem in urbe adhaereſcendi. quin ipſi nullum patiemur epiſcopum negotii noſtri cauſa, vel munere urbanae adminiſtrationis implicari; pro quibus protonotarios adhibere, & eorum opera ad illud officii munus uti volumus. nec tamen nolumus ipſis eſſe conſultum epiſcopis. nam, qui epiſcopatibus cardinales ita ceſſerunt, ut & fructus & adminiſtrationem eorum retinuerint, reſtituent (*x*) adminiſtrandi jus illis, quibus deberi cenſemus, & ita cum ipſis vectigalia partientur, ut aeque ſit utriſque pro dignitate proſpectum. Placet etiam nobis, quod a tridentino concilio divinitus decretum eſt (*y*), ut

(*u*) Seſſione XXIII. cap. I. De reform. *Cum praecepto divino mandatum ſit omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, oves ſuas cognoſcere, pro his ſacrificium offerre, verbique divini praedicatione, ſacramentorum adminiſtratione, ac bonorum omnium operum exemplo paſcere, pauperum aliorumque miſerabilium perſonarum curam paternam gerere, & in cetera munia paſtoralia incumbere; quae omnia nequaquam ab iis praeſtari & impleri poſſunt, qui gregi ſuo non invigilant neque aſſiſtunt, ſed mercenariorum more deſerunt: ſacroſancta ſynodus eos admonet, ut divinorum praeceptorum memores, factique forma gregis, in judicio & veritate paſcant & regant. Ne vero ea, quae de reſidentia ſancte & utiliter jam antea ſub fel. rec. Paulo III. ſancita fuerunt* (ſeſſione VI. de reform. cap. I.), *in ſenſus a ſacroſanctae ſynodi mente alienos trahantur, ac ſi vigore illius decreti quinque menſibus continuis abeſſe liceat, illis inhaerendo declarat ſacroſancta ſynodus, omnes patriarchalibus, primatialibus, metropolitanis ac cathedralibus eccleſiis quibuſcunque quocunque nomine & titulo praefectos, etiamſi ſanctae romanae eccleſiae cardinales ſint, obligari ad perſonalem in ſua eccleſia vel dioeceſi reſidentiam, ubi injuncto ſibi officio defungi teneantur &c.*

(*x*) *reſtituentur* exempl. Emendavi.

(*y*) Seſſ. XXIII. cap. 18. de reform. *Cum adoleſcentium aetas, niſi recte inſtituatur, prona ſit ad mundi voluptates ſequendas, &, niſi a teneris annis ad pietatem & religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines poſſideat, nunquam perfecte, ac ſine maximo ac ſingulari propemodum Dei omnipotentis auxilio, in diſciplina eccleſiaſtica perſeveret: ſancta ſynodus ſtatuit, ut ſingulae cathedrales, metropolitanae, atque his majores eccleſiae, pro modo facultatum, & dioeceſis amplitudine, certum puerorum ipſius civitatis & dioeceſis, vel ejus provinciae,*

z ut Romae (z) ac Bononiae ſeminaria inſtituantur eccleſiaſticae diſciplinae; ubi alantur, & iis moribus atque artibus informentur pueri, ut inde ſoboles exiſtat & copia bonorum eccleſiae mini-

ciae, ſi ibi non reperiantur, numerum in collegio, ad hoc, prope ipſas eccleſias vel alio in loco convenienti, ab epiſcopo eligendo, alere ac religioſe educare & eccleſiaſticis diſciplinis inſtituere teneantur. &c.

(z) Non hoc dicit, a concilio tridentino decretum eſſe, ut nominatim Romae & Bononiae ſeminaria inſtituantur eccleſiaſticae diſciplinae, ſed hoc, placere ſibi, ut ſiquidem divinitus decretum a concilio eſſet, ut ejuſmodi ſeminaria vulgo inſtituerentur, placere, inquam, ſibi, ea Romae Bononiaeque primo quoque tempore inſtitui. De ea inſtitutione concilii tridentini praeſides, ſtatim poſt habitam ſeſſionem XXIII. cujus decretum illud de Seminariis proxime attulimus, pontificem max. monuerant litteris ad card. Borromaeum die 26. jul. an. 1563. datis; in quibus extremo fere loco illa fuerant: *Quanto alla ſeſſione paſſata, ſi determinò, che s' haveſſe in ciaſcuna chieſa da ordinar & inſtituir un ſeminario, acciochè ne' tempi d'avvenire ſi poteſſe haver maggior copia, che non ſi ha adeſſo, di buoni preti, atti al ſervicio delle chieſe, & alla cura delle anime. queſta ſanta ſinodo voleva, che in quel decreto ſi ſpecificaſſe, che ſe ne haveſſe principalmente da far'uno in Roma per eſempio di tutti gli altri. ma, parendo a noi, che non conveniſſe fare queſta ſpecificatione, operammo, che il decreto ſi faceſſe nel modo, che ſi fece, & promettemmo, che noſtro ſignore ne farebbe uno in Roma, degno di lei & del luogo che tiene. hora, per pagare queſto debito con la ſinodo, confidati della buona & pia mente di ſua beatitudine, che come capo della chieſa vorrà eſſere il primo a fare queſto ſeminario, per accreſcere l'animo agli altri a farlo a ſua imitatione, ſcrivemo la preſente per pregar ſua ſantità, come facciamo di cuore, tanto in nome noſtro, quanto della ſinodo tutta, che le piaccia di dar'eſſa principio a queſt'opera, tenuta da tutti tanto utile & neceſſaria.* Non niſi paucos dies diſtulit pontifex de ea re agere cum cardinalibus. ſic enim in illa Seminarii romani hiſtoria ms. de qua in adnotatione *m* ad epiſtolam *Ad Centumcellas* d. 20. nov. ſupra dixi, ſcriptum video: *Alli 18. agoſto 1563. il papa diede parte a' cardinali del decreto fatto dal concilio nell'antecedente meſe ſopra l'erezione de' ſeminarii con occaſione, che in detto giorno erano andati a S. Pietro per celebrare l'eſſequie anniverſarie di papa Paolo IV. Dopo le quali eſſequie eſſendoſi li cardinali congregati per intervenire alla cerimonia d'aprir la bocca al cardinale Luigi d'Eſte, che di poco era venuto da Ferrara a Roma per pigliare il cappello cardinalitio, e non eſſendoſi potuto fare tale cerimonia in detto giorno per accidente occorſo, il papa ſi ſervì di tal congiuntura per dar parte a' cardinali, già congregati, di tal decreto, e moſtrare il ſuo deſiderio di porlo in eſſecutione. e diſſe di aſſegnar per tal'opera ſei mila ſcudi d'entrata l'anno, la qual ſomma diſſe, che havrebbe fatto sborſare dalla camera apoſtolica, fin tanto che tal denaro foſſe proviſto nel modo, che ordinò il concilio. e deputò una congregatione di quattro cardinali, oltre al cardinale di Carpi decano del ſacro collegio, che penſaſſero al luogo dell'habitatione, a' miniſtri e maeſtri &c. I cardinali furono Giacomo Savello, Marc'Antonio Amulio, Carlo Borromeo, Vitellotto Vitelli.* Verum toto hoc anno 1563. multa quidem agitata de ea re atque proviſa ſunt, ſed nihil tamen perfici potuit. Rurſus anno inſequente Pius pontifex cardinales

miniſtrorum. Concilii autem decreta principes ipſi ampleĉtimur & colimus, ut exemplo & inſtituto noſtro commoti omnes illa neceſſario ſervanda, nullamque ſibi relictam cauſam exiſtiment

nales ad perficiendam rem publice cohortatus eſt. *Die* enim *veneris* 14. *apr.* 1564. (quemadmodum in actis, ut vocant, conciſtorialibus legi) *apud S. Petrum in palatio apoſtolico in aula Conſtantini fuit conciſtorium, in quo ſanctiſſimus dominus verba fecit de ſeminariis, a tridentino concilio decretis, eorum inſtitutionem haud amplius differendam, & urbem hanc caeteris exemplo eſſe debere. & ita hortatus eſt cardinales, ſuper ea re deputatos, ut tam bonum opus facere maturarent, ſeque, quantum illi aequum judicaſſent, in eam rem tributurum.* Alium publicum cardinalium conventum eodem anno 1564. die 28. julii Pius habuit, in quo, cognita jam antea illorum, quibus eam cognitionem dediſſe illum proxime dictum eſt, ſententia ac voluntate, de Seminario ſocietatis Jeſu hominibus tradendo, ſi ita reliquis etiam patribus videretur, retulit. tradendum porro omnes, nemine diſſentiente (convenerant autem ad S. Marci, ubi ſenatus habebatur, unus & viginti) cenſuerunt. Sed tanta fuit domicilii parandi inſtruendique tarditas, tam impedita certorum redituum conſtituendorum exigendorumque ratio, ut nonniſi Kalendis februarii anni 1565. Seminarii romani aedes (non hae quidem, quas, a Paullo V. pont. max. ſibi attributas, hoc tempore prope S. Ignatii aedem ejuſdem Seminarii adoleſcentes incolunt, ſed eae, quas, SS. Apoſtolorum baſilicae proximas, de Columniorum familia millenum aureorum in ſingulos annos pretio Pius ipſe IV. conduxerat; quaeque deinde, a Sixto V. coemtae, in uſum celeberrimi patrum franciſcanorum conventualium collegii, a S. Bonaventura nuncupati, ejuſdem Sixti liberalitate ceſſerunt) ab adoleſcentibus habitari, atque a ſocietatis Jeſu hominibus, P. Joanne Baptiſta Peruſcio rectore, adminiſtrari ſint coeptae. qua perficiendae rei mora factum eſt, ut non, quemadmodum tridentinorum patrum, ipſiuſque adeo romani pontificis mens atque voluntas fuerat, romanum hoc Seminarium omnium princeps ex concilii decreto ſtatueretur. dum enim Romae conſulitur, primum Seminarium, cardinalis Amulii opera, Reate conſtitutum eſt. de qua re ſunt illa in Joannis Franciſci Lombardii litteris, ad Hoſium die 24. jul. an. 1564. Roma in Poloniam datis: *Hoc unum etiam non tacebo, quod, cum decretum fuerit in ſancta ſynodo ſeſſ. 23. c. 18. ut in civitatibus erigeretur ſeminarium, illuſtriſſimus cardinalis meus* (M. Antonius Amulius) *primus fuit inter epiſcopos, qui illud erexit, & aſcivit in illud pueros* XXVI. *juxta tenuitatem ſumptus. Reatina enim civitas vix ad mille aureos accedit. Itaque deſidero, ut dominatio veſtra illuſtriſſ. cum reſcribet domino meo, illi hac de re congratuletur. Certe laude dignus eſt, qui tam ſanctum opus magno deſiderio flagrantique voluntate inchoavit, & Dei gratia perfecit.* Verum, ſi romanum hoc Seminarium inſtitutione atque aliquot menſium aetate uni concedit, at certe omnibus dignitate, ſplendore, praeſertim vero multiplici atque mirifica excellentium virorum ſobole longe antecellit. ex eo enim, ut prope innumerabiles epiſcopos atque archiepiſcopos, & romanae eccleſiae praeſules eximios praeteream, quattuor ſummi pontifices, & amplius octoginta S.R.E. ampliſſimi cardinales prodierunt; quorum, haec ipſa cum ſcribimus, quattuordecim ſuperſtites honoris gratia nominabo, Joannem Antonium Guadagnium, Joſephum Spinellium, Thomam Philippum de Alſatia, Nicolaum Mariam

ment a concilii auctoritate diſcedendi . quam cum ipſi nobis hujus officii neceſſitatem imponimus , non tam , quid poteſtas noſtra poſtulet , meminimus , quam , quid manſuetudo requirat ac modeſtia, cogitamus . praeclarum eſt enim , legibus ſolutum princi-

Mariam Lercarium, Fridericum Marcellum Lantium , Marcellum Creſcentium , Joannem Franciſcum Stoppanium , Lucam Melchiorem Tempium , Carolum Franciſcum Durinium , Coſmam Imperialium , Marium Bolognettium , Joannem Franciſcum Albanium , Joannem Franciſcum Banchierium , Aloyſium Mariam Torrigianium . Magna profecto habenda eſt ab univerſa ſocietate Jeſu Pio IV. gratia , qui ab ea feraciſſimum hunc eccleſiae tamquam agrum coli potiſſimum voluit ; ac major etiam debetur , quod multis contradicentibus , & , ne id fieret, omni ope contendentibus, conſtantiſſime reſtitit ; quin , ſcriptis ad Maximilianum caeſarem & ad orthodoxos ſacri romani imperii electores pontificiis litteris , ejus patrocinium contra malevolos obtrectatoreſque ſuſcepit : inter quas admodum inſignis eſt epiſtola , ad archiepiſcopum moguntinum die 30. dec. an. 1564. data ; quam ego , ut lector intelligat , quanta tempeſtas illa fuerit , de qua in adnotatione *m* ad epiſtolam *Ad Centumcellas* d. 20. nov. 1563. quiddam ſignificavi potius , quam explicavi , pollicitus tamen , alio me loco (hunc autem ipſum in animo tum habebam), qua ratione & illa conquierit, & Pii IV. animus, iniquorum ſermonibus paullo a noſtris hominibus alienior , iiſdem non multo poſt reconciliatus ſit , demonſtraturum , heic , non illam quidem nunc primum editam, profero : idque eo libentius , quod prope perſuaſum habeam , a Pogiano , cardinalis Borromaei , cui ille in ſcribendis latinis litteris tum operam dabat , juſſu , pontificis maximi nomine fuiſſe conſcriptam .

,, Pius Papa quartus
,, Venerabili fratri noſtro Danie-
,, li archiepiſcopo Moguntino , ſacri
,, romani imperii principi electori .
,, Venerabilis frater noſter ſalu-
,, tem &c. Non ſine magna admira-
,, tione cognovimus , libellos quoſ-
,, dam , maledictorum , probrorum
,, & contumeliarum plenos , nuper
,, diſſeminatos per Germaniam fuiſſe ,
,, ad odium infamiamque conflandam
,, univerſo ordini ſocietatis Jeſu, & qui-
,, buſdam ex ea praecipue , qui ſunt
,, caeteris notiores . ſane id moleſte
,, tulimus . intelleximus enim , id an-
,, tiqui hoſtis inſtinctu actum fuiſſe, ut,
,, quoniam ab ejus ſocietatis colle-
,, giis ; quae ſunt in Germania & aliis
,, provinciis , magna & multiplex his
,, miſeris temporibus ad eccleſiam
,, Dei utilitas pérvenit , eorum bona
,, opera per malevolorum hominum
,, obtrectationes & calumnias impe-
,, diantur . Etſi autem rem ita ſe ha-
,, bere credidimus , tamen , ad veri-
,, tatem certius explorandam , & ad
,, obſtruendum os loquentium iniqua ,
,, delectis quibuſdam cardinalibus ,
,, gravibus viris , mandavimus , ut
,, in collegio , quod in hac alma urbe
,, eſt totius ſocietatis caput , mores ,
,, vitam & inſtituta diligenter inqui-
,, rerent . qui quidem , mandatum
,, noſtrum qua debuerunt fide & di-
,, ligentia executi , renunciarunt , ſe
,, nihil omnino comperiſſe eorum ,
,, quae huic collegio in criminum loco
,, objicerentur ; ſed cum ordinis to-
,, tius recta & pia inſtituta eſſe , tum
,, eorum , qui in hoc collegio eſſent ,
,, mores & vitam caſtiſſimam ac pro-
,, batiſſimam & plane religioſis homi-
,, nibus dignam ; ſatis autem ſibi con-
,, ſtare

principem vivere ex legibus. Sed, ut tota haec concilii ratio quamoptima via atque ordine procedat, cardinalibus legatis *(aa)* Cicadam, Vitellium ac Borromaeum adjungimus, ut omnem complectantur cogitationem confirmationis concilii decretorum, &, quomodo vulgo praeceptorum ac formularum conſuetudo capi poſſit, animadvertant: tum, ne, quibus auctoritatis noſtrae pondus acceſſerit, ea quiſquam violare audeat. Extremum illud erit in oratione noſtra, ut, quoniam haereſes, ſi quis rei initium diligenter conſideret, ex illa cauſa magna ex parte profectae ſunt, quod epiſcopalis honor iis plerunque datus eſt, quorum aut malitia aut nequitia fuit inſignis, uti poſthac ad eum dignitatis gradum provehantur viri, illo ampliſſimo munere digni. quare damus negotium trium ordinum *(bb)* principibus cardinalibus, ut *(cc)* una cum relatore diligenter cognoſcant de vita, moribus ac doctrina eorum, quibus mandandus ſit epiſco-

aa *bb*

„ ſtare, qnoſdam, iniquo odio im-
„ pulſos & invidia obcaecatos, ea
„ crimina & probra commentos eſſe,
„ propterea quod angerentur & do-
„ lerent, nec pati aeqno animo poſ-
„ ſent, ipſius potiſſimum collegii
„ qnaſdam ad res antea pia opera &
„ fideli obſequio uſos nos eſſe, &
„ curationem nuper ac regimen ſemi-
„ narii, quod nos in alma hac urbe
„ ex concilii tridentini decreto inſti-
„ tui juſſimus, omnibus venerabili-
„ bus fratribus noſtris ſanctae roma-
„ nae eccleſiae cardinalibus appro-
„ bantibus, ultro eidem delatum
„ fuiſſe. quam rem quoniam illi im-
„ pedire non potuiſſent, nec ullum
„ eorum criminum, quae illis libel-
„ lis objicerent, ſe probare poſſe ſci-
„ rent, ſuadente diabolo ad tam de-
„ mens tamque pravum & nefarium
„ conſilium deſcendiſſe. Quia igitur
„ obtrectatorum calumniae in tam gra-
„ vi injuria hoc ſaltem attulerunt
„ commodi, ut, quanto illi magis hu-
„ jus collegii & ſocietatis univerſae fa-
„ mam atque exiſtimationem laedere
„ voluerunt, tanto magis ipſius col-
„ legii & ſocietatis iunocentia, &
„ vitae & morum honeſtas patefacta
„ ſit, noſtraque & fratrum noſtro-
„ rum de ejus ſocietatis piis & lauda-
„ bilibus inſtitutis non confirmata
„ modo, ſed aucta etiam opinio; ad
„ officium noſtrum pertinere duxi-
„ mus his literis veritati & innocen-
„ tiae teſtimonium impertire. Proinde
„ fraternitatem tuam hortamur, ut
„ collegium ſocietatis ejuſdem, quod
„ in civitate tna metropolitica eſt,
„ tanto poſthac ſtudioſius tueare,
„ quanto iujuſtius & impudentius iſtos
„ obtrectatores de ea ſocietate de-
„ trahere conatos fuiſſe, reperimus:
„ ipſumque collegium omni favore &
„ benignitate, ſicut adhuc feciſti,
„ proſequi, atque, nt quampluri-
„ mum Dei honori & animarum ſa-
„ luti inſervire poſſit, adjuvare per-
„ ſeveres. Datum Romae apud S. Pe-
„ trum die 30. decembris anno 1564.
„ pontificatus noſtri anno quinto.

(aa) Joanni Morono, & Ludovico Simonetae. Reliqui duo, Hoſius & Navagerius, ad varmienſem & veronenſem epiſcopatus ſuos ſeſe recta Tridento, concilio abſoluto, contulerant.

(bb) Epiſcoporum videlicet, presbyterorum, diaconorum: in quos ordines cardinalium collegium tribuitur.

(cc) *qui* exempl. Emendavi.

epiſcopatus, & ut de iis omnino referatur, qui eam perſonam ſuſtinere poſſint, cujus & verbo & exemplo ſalutaris cibus gregi benigne praebeatur, qui ſit illorum fidei prudentiaeque commiſſus: & ut denique tales nominentur in hac paſtoralis officii difficillima ratione, qui non, ut ſaepe antea, ſacri honoris ornamenta turpare, ſed epiſcopalem ſplendorem luce animi & ingenii illuſtrare poſſe videantur.

JULII

Digitized by Google

JULII POGIANI
EPISTOLAE
ANNO M. D. LXIV. SCRIPTAE.

I.

Julius Pogianus Othoni Truchſes Card. Auguſtano.

Acta quaedam urbana nunciat. jan. 1564.

QUID actum publice ſit, quid etiam dictum a pontifi-
ce in duobus cardinalium conciliis, quae omnino ha-
buit (*a*), ex quo morbum depulit, puto te factum *a*
eſſe certiorem cum (*b*) ab aliis, tum a Gámbara *b*
cardinali, qui, ſe tibi omnia perſcripturum, mihi
pollicitus eſt. ſublatas legationes (*c*) conqueruntur, qui illas ad- *c*
miniſtrabant; praeſertim cum ſe pontifex palam dixerit ferre
non poſſe expilationes provinciarum. Qui jactat (*d*) Caroli cae- *d*
ſaris amicitiam, ſibi Picenum ereptum fremit; cui vel nimis
praepropera prenſatio, vel contumelioſa de pontifice oratio,
quae ad eum delata eſt, ita illum reddidit offenſum, ut amici

(*a*) Alterum decimo, alterum triceſimo menſis decembris die, anno 1563. Orationem, in utroque a pontifice habitam, habes ſupra inter ejuſdem menſis epiſtolas. tertium cardinalium concilium Pius habuit die 26. januarii, quo concilio tridentinae ſynodi acta confirmavit. itaque neceſſe eſt, hanc epiſtolam, cujus datae tempus in noſtro exemplari nullum adſcribitur, & poſt menſem decembrem anni 1563. & ante illum tertii concilii, a Pogiano non memorati, diem hoc anno 1564. fuiſſe ſcriptam.

(*b*) *tum* exempl. Gratianus emendavit, fortaſſe non neceſſario.

(*c*) Vide eamdem illam Pii orationem, die 30. dec. habitam.

(*d*) Quem heic Pogianus, quos infra ſignificet ac carpat, vel neſcio, vel ab aliis, me prodente, ſciri, nihil neceſſe eſt.

ejus cardinales, ſi qui ſunt, de ipſo ſint magnopere ſolliciti. Pontifex quibuſdam praeterea valde iratus eſt cardinalibus, propter manifeſtum ambitum; ut in eos ſtomachum privatim & publice erumpat. totus eſt in comprobandis tridentinis actionibus, in extrudendis epiſcopis (*e*), in amandandis cardinalibus, qui epiſcopatibus praeſunt, in corrigendis moribus, in exhaurienda (*f*) civitate, in aedificando (*g*), muniendo, exornando vaticano, extruenda urbe: ut, brevi (quod vereor) Roma exhauſta & facultatibus & incolis, quibus munitio & domiciliorum

e

f g

(*e*) Id quidem non ſcripto ac ferendis legibus, ſed verbo atque auctoritate praeſtabat per haec tempora Pius. nam de eeſidentia, quam vocant, epiſcoporum non niſi poſt aliquot menſes legem, eamque duplicem tulit, alteram die 25. nov. an. 1564. alteram die 5. maji an. 1565. Prioris initium eſt, *In ſuprema militantis eccleſiae ſpecula*; poſterioris, *Cum tam per ſacroſanctum oecumenicum concilium tridentinum*. at veeo idem Pius intra primum ſui pontificatus annum, antequam concilii inſtaurationem indiceret, quantopere ſibi epiſcoporum in ſuis dioeceſibus commoratio cordi eſſet, oſtendeeat, graviſſimo hoc edicto pridie nonas ſept. an. 1560. pomulgato: *De ſalute gregis daminici, nobis ex alto commiſſi, attentius cogitantes, ad ea libenter intendimus, per quae grex ipſe continua ſuorum cum eo reſidentia paſtorum praeſervetur a noxiis, & in devium prolabens, ad rectitudinis tramitem reducatur, &, ut paſtores ipſi reſidentiam ipſam, prout tenentur, commodius facere, ac circa ipſius gregis curam libentius ac ferventius invigilare, & illum ab erroris praecipitile praeſervare ac in fide orthodoxa ac devotiane noſtra continere valeant, opem & operam efficaces impendimus, prout, rerum & temporum qualitate penſata, conſpicimus in domino ſalubriter expedire. Hinc eſt, quod nos motu proprio, non ad alicujus nobis ſuper hoc oblatae petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, univerſos & ſingulos venerabiles fratres noſtros epiſcopos, archiepiſcopos, primates & patriarchas, ab eccleſiis & dioeceſibus ſuis abſentes, in virtute ſanctae obedientiae, ac ſub interdicti ingreſſus eccleſiae poena, eo ipſo abſque alia declaratione incurrenda, diſtricte praecipiendo monemus, ut, omnibus poſtpoſitis, quanto citius, in romana curia videlicet moram trahentes, intra unum, extra eam vero in Italia, intra duos, extra vero Italiam exiſtentes, intra quatuor menſes, a die publicationis praeſentiam, in locis infraſcriptis faciendae, computandos, ſe itineri committere, & legitimis itineribus ad eccleſias ſeu dioeceſes ſuas proficiſci, & ſeſe perſonaliter conferre, ac ibidem, ut tenentur, reſidere & paſtorale officium exercere debeant. &c.*

(*f*) Improbis civibus ex urbe pellendis.

(*g*) Hanc laudem Pio IV. Carolus cardiualis Lotharingus gratulatus per litteras, hoc reſponſum die 24. octobe. hoc eodem anno tulit: *Gaudemus, tibi cognitam & probatam eſſe conſilii noſtri rationem. nos enim cum unum illud maxime ſtudeamus, ut, quantum Deo adjutore poſſumus, ejus eccleſiam remque publicam aedificemus eo materiae & caementi genere, quod irruentibus daemonum ventis hoſtilibus poſſit obſiſtere (cujus cogitationis & curae te pro tua parte confidimus eſſe participem) ne hoc quidem contemnendum duximus, ut bene urbem auctam & ornatam publicis operibus relinqueremus, quo ſpecies & aliquis in ea decor appareat, non indignus arce & domicilio ſacroſanctae religionis.*

Digitized by Google

rum amplificatio paretur, ignorem. Qui bononienſium epiſcopatum ſpe devorarant, qui multi ſunt, vehementer dolent, quod ſe pontifex ad quatuor menſes nihil obſignaturum confirmarit. Alciatus & Galeſius epiſcopi (*b*) in publicis illis eccleſiaſticorum b beneficiorum rationibus ſunt otioſi: ſolitudo eſt ante illorum oſtium. civitas luget, uno hoc tridentino concilio concidiſſe urbanam bonorum affluentiam & exiſtimationem. & tamen, quaſi parum foeda perſona ſit inducta huic reip. capiti, hic homines paſſim per urbem incedunt perſonati (*i*); ut mihi de i ſua miſeria triumphare videantur: etſi haec illis, opinor, permiſſa facultas eſt, ut eo ſolatio dolorem leniant & publicae & privatae calamitatis. Pontifex nec pedibus valet nec cibum appetit, praeter ſalſamenta, quae ſitim augeant. Borromaeus cardinalis colit ſuam academiam (*k*), & in ficta (*l*) quadam rep. k l cum Gonzaga & aliis quibuſdam latinas orationes habet ſaepiſſime de divinis & humanis rebus, in quibus & ſcribendis & memoriae mandandis admirabiliter elaborat. mecum omnes egerunt vehementer, ut adſcriberer in eorum numerum; quod ego me ea tantum conditione facturum dixi, ſi vellent, loqui ex tempore; laborem memoriae mandandi orationes reſervare veris actionibus, in fictis cauſis & in illa commentitia exercitatione nolle ſuſcipere. quare adhuc ea moleſtia careo, & aliquot cardinalium & Sirleti in primis noſtri conſilio. Non equidem commiſiſſem, ut tibi hac levitate rerum urbanarum obſtreperem, niſi me, ut id facerem, tua non ſolum humanitas adduceret, ſed etiam cogeret auctoritas. Vale. Roma.

(*b*) Hi erant eccleſiaſticis beneficiis tribuendis praepoſiti.

(*i*) Tum enim bacchanales dies agebantur, quibus ea licentia cum perſona incedendi permiſſa eſt. eos dies quadragenarium ſollemne jejunium excipit; cujus initium eo anno 1564. factum eſt decimoſexto februarii die.

(*k*) De hac Borromaei cardinalis *Academia*, deque iis, qui eam frequentabant, diximus in adnotationibus 20. & 22. ad Gratiani nuncupatoriam harum Pogiani litterarum epiſtolam.

(*l*) Atqui ex hac in fictis cauſis exercitatione plurimum ad veras actiones adjumenti ac facultatis conſequuntum ſe, Borromaeus ipſe ad Franciſcum Gonzagam cardinalem, unum ſcilicet ex academicis, Bononia die 15. ſept. an. 1565. ſcripſit in haec verba: *Quotidie hic quatuor aut ſex orationes latinae ad me praeſentem habentur, quibus latine item utcumque reſpondere contendo: licet diſpar ſit dicentium ac reſpondentis conditio, cum imparato mibi ſit ad meditatam orationem aliquid e veſtigio reponendum. attamen nunc ex ludicra illa Academiae contentione quantum profecerim, patet, cum ſuſcepta per ludum exercitatio ad ſeria hic debeat transferri.*

II.

Julius Pogianus Hannibali Minali.

29. jan. 1564. *Singulare ſtudium ſuum erga eum profitetur, & ad diligentem operam juri civili dandam cohortatur.*

EA virtus eſt, ea in me humanitas parentis tui (*a*) optimi & clariſſimi viri, ut & ipſum colere debeam, & ejus cauſa te, illo patre digniſſimum, proſequi omni ſtudio atque officio meo. ſed, quoniam & locorum intervallum, & ſtudiorum diſſimilitudo, quibus disjuncti ſumus, faciunt, ut propenſum hunc in te animum praeclara aliqua re aut opera minus probare poſſim, voluntatem certe & cupiditatem ejus rei meam tibi per literas ſignificandam (*b*) putavi. gratulandum vero etiam tibi eſſe duxi de fama, quae Romae non ſolum de tua probitate morumque ſuavitate percrebruit, ſed etiam de eo, quod in ſtudio juris civilis magna cum ingenii atque induſtriae laude verſaris. perge igitur, ut facis, tenere inſtitutum vitae ac ſtudiorum tuorum, teque iſtis itineribus ad omnem amplitudinem perventurum, confide. neque enim aliunde facilior aditus eſt ad opes aut ad honores, quam ex legum ſcientia. iſti facultati ſummos dignitatis gradus mandari videmus & gubernationem orbis terrarum. quare tu iſtis virtutis & ſcientiae gradibus facile, quo volueris, aſcendes; multo vero etiam facilius ſplendore fretus & gratia parentis tui, praeſtantis viri; cui ſumma fides ac prudentia, & antea in magnis rebus ſpectata & cognita, & nunc in maximo quaeſturae urbanae munere (*c*) perſpecta & probata omnibus, & Pii pont. max. benevolentiam conci-

(*a*) Exſtat Pii IV. *Conſtitutio*, pridie nonas octobr. an. 1564. data, de *applicatione notariatuum cauſarum civilium camerae apoſtolicae, per theſaurarium generalem perſonis idoneis conferendorum*. in qua conſtitutione nominatur *Donatus Matthaeus Minalis modernus theſaurarius generalis, totius ſtatus eccleſiaſtici & camerae commiſſarius generalis ad omnia, & ſingula notariatuum officia*. Non eſt dubitandum, quin hic Donatus Matthaeus parens Hannibalis, ad quem miſſa eſt haec epiſtola, fuerit, quem infra quaeſturae urbanae munere hoc ipſo tempore fungentem Pogianus dicit.

(*b*) *ſignificandum* exempl. Ferri id quidem potuit, nec tamen tuli.

(*c*) Quamdiu hoc quaeſturae urbanae munus Donatus hic Matthaeus Minalis geſſerit, neſcio. hoc ſcio, quamdam Pii V. *conſtitutionem*, die 17. jan. an. 1566. datam, exſtare, quae ſic inſcripta eſt: *Dilecto filio Bartholomaeo Buſſotto, civi florentino, theſaurario noſtro generali*. Vidi etiam typis romanis editam *Sententiam* quamdam *in cauſa civili redditionis computorum contra*

conciliavit, & ampliſſimi cujuſque ſtudia adjunxit. itaque ego non ſolum praeſenti commendatione ingenii ac morum tuorum valde gaudeo, ſed etiam ſpe maximae acceſſionis amplitudinis atque fortunae; tibique, tum patris tui tum tua cauſa, ſingulare ac perpetuum ſtudium & officium meum polliceor ac defero. Vale. Roma. IIII. Kal. febr. M. D. LXIV.

tra D. Donatum Mattbaeum Minalem, olim theſaurarium apoſtolicum generalem, latam die 24. *nov. an.* 1567. cui ſententiae duo camerae, ut ajunt, apoſtolicae clerici hiſce verbis ſubſcripſerunt: *Ego Hie. Maceratenſis, camerae apoſtolicae clericus & commiſſarius, in plena camera manu propria ſubſcripſi. Ego C. epiſcopus de Graſſis, camerae apoſtolicae clericus & commiſſarius manu propria ſubſcripſi ex decreto camerae.*

III.

Julius Pogianus Hannibali Minali.

Singularem latine ſcribendi laudem tribuit, & eum Romae quamprimum videre exoptat. 5. mart. 1564.

EX tuis literis magna cum voluptate agnovi erratum meum. nam, cum antea ſic ſcripſiſſem ad te, tanquam ad eum adoleſcentem, cujus, praeter vitae morumque laudem, legum praeterea ſtudium eſſet illuſtrius, ſpectaram te ex communi juris ſtudioſorum ratione & inſtituto; qui, paucis exceptis, ſe ab omni non ſolum doctrinae, ſed etiam orationis elegantia removerunt. itaque dolebam, mihi eſſe impedimento diverſum (a) iter ſtudioſorum noſtrorum, quo minus tibi, quod vehementer cupiebam, benevolentiam & operam meam navare poſſem. nunc intelligo, excludi me hoc munere officii, non tam disjunctione ſtudiorum, quam cognitione tua & uſu latini ſermonis. id enim mihi ſpecimen dediſti in tua epiſtola, ut tantam ejus laudis facultatem vix ab eo poſtulem, qui ſe ad jus civile contulerit, ab iſta certe aetate non expectem. quare fit, ut in hac latinae linguae ratione hortatu aut adjumento meo non egeas. tantum igitur tibi iterum, ac multo quidem magis quam antea, gratulabor, quod ad legum prudentiam adjungas eloquentiae ſtudium; cujus acceſſione cum caeterae artes atque doctrinae, tum vero maxime ipſa rerum humanarum gubernatrix juris ſcientia, clariſſima quadam ac jucundiſſima luce commendari & illuſtra-

(a) Recole ſuperiorem epiſtolam; in qua non longe ab initio fuerunt illa: *Sed, quoniam & locorum intervallum & ſtudiorum diſſimilitudo, quibus disjuncti ſumus, faciunt &c.*

luſtrari videtur. quis enim eſt, qui polite, &, ubi opus ſit, ornate ſcribentem vel dicentem juriſconſultum non admiretur? contra vero quam jucunditatem habere poteſt vel ſumma iſtius doctrinae facultas in infantia orationis? quare nihil mihi longius eſt, quam ut te aliquando duplici iſto animi décore & ornamento cumulatum Romae videre & colere poſſim. quod, praeſtanti tuo ingenio ac ſtudio fretus, brevi fore confido. qui, quoniam tantum mihi tribuis, ut te literis meis, quas ſignificandi tibi animi mei, tuique laudandi cauſa ad te dederam, ad virtutem atque doctrinam inflammatum ſcribas, faciam, ut intelligas, me viciſſim elegantiſſima tua epiſtola ſic incenſum eſſe tui ſtudio, ut, etiamſi eas laudes, quas tua mihi affingit humanitas, concedam multis, tamen amore in te iis modo concedam, quibus natura neceſſe eſt, praeterea nemini. Vale. Roma. Kal. martii. M.D.LXIV.

I V.

Julius Pogianus Alphonſo Caraffae Cardinali.

27.mar. 1564. *Suam erga illum obſervantiam ac benevolentiam declarat. De Leonardi Maleſpinae conſuetudine gratulatur. Adoleſcentem familiarem ſuum commendat.*

a QUI prohibuerunt (*a*), quo minus irem ad te (quod mihi & optatiſſimum fuit, & facere certum erat, cum primum illa opera ſolutus ſum, quam Othoni dabam, auguſtano cardinali), ii quotidie vident, me tecum eſſe voluntate, ſi minus corpore potuerim. quibus quanquam intelligo non ignotam eſſe praeclaram animi vim & ingenii tui, quod eorum honorificis de te ſermonibus ſaepe interſum, tamen ipſe etiam frequenti commemoratione tuae humanitatis facio, ut iidem illi exiſtiment, vidiſſe me aliquid in te eximium, quamobrem iſtam conditionem omnibus, quae mihi ab aliis oſtendebantur, promiſſis praemiorum anteferrem. quare, quoniam & tibi & omnibus ſpectatum ſatis eſſe ſpero meum in te animum, cum iſtud apud
b te munus, quod mihi obire non licuit, a Leonardo Maleſpina (*b*) poſtea

(*a*) Qui prohibuerint, quo minus ad operam Alphonſo Caraffae cardinali, neapolitanorum archiepiſcopo, dandam Pogianus proficiſceretur, prodidit ipſe in epiſtola *Quantum meum ſtudium*, ad eumdem Caraffam die 23. oct. an. 1563. datam: quam vide.

(*b*) *Maleſpina* exempl. Emendavi. emendationis autem cauſam attuli ad epiſt. *Si quiſquam* d. 22. nov. 1560. Caeterum

poſtea ſuſceptum ſit, equidem vehementer ea re, & tua cauſa & meo nomine, laetatus ſum. eſt enim is vir in primis & doctus & bonus, & amicus meus, & tui ſtudioſiſſimus, qui te delectare, & in omni genere ſtudiorum tibi ſatisfacere poſſit (*c*). tan- c
tum igitur tibi, ut debeo, ejus operae opportunitate & utilitate gratulabor. Quod vero mihi perſpecta eſt humanitas tua & in me voluntas, petam a te id, quod a me quaedam officii mei ratio videtur poſtulare. uſus ſum aliquot menſes caſſinatis juvenis domeſtica opera & fideli & ſatis diligenti. is, ob neſcio quam rixam, in quam caſu incidit, patria ſua caret, metu potius quodam incerto, quam ut illinc exilio ſit ejectus. cupit domum redire; praeſertim cum ejus deſiderium parentes ferre non poſſint. hanc facultatem per unum iſtic (*d*) Philippi regis vi- d
carium

terum Leonardus Maleſpina, florentinus, ex inclyto S. Salvatoris canonicorum ordine, vir fuit, qualis a Pogiano deſcribitur, *in primis & doctus & bonus*. cujus utriuſque laudis admiranda ſemper fuit, nec umquam interrupta, in ejuſdem ordinis hominibus propagatio. quos inter, praecipua quadam admiratione Jo. Aloyſium Mingarellium, Jo. Chryſoſtomum Trombellium, potiſſimum vero Ant. Andream Gallium S.R.E. cardinalem ampliſſimum, ſummumque poenitentiarium, doctiſſimus & optimus quiſque hac noſtra aetate proſequitur. ſed, ut ad Maleſpinam redeamus, praeter caetera hominis merita, eximie is de Cicerone deque ejus ſtudioſis meritus eſt egregio opere, quod, Venetiis apud Joannem Baptiſtam Somaſcum papienſem an. 1563. editum, ſic inſcribitur: *Leonardi Malaeſpinae in epiſtolas M. Tullii Ciceronis ad Atticum, Brutum, & Q. fratrem emendationes ac ſuſpiciones*. Atque hujus quidem operis editionem Alphonſo Caraffae cardinali, ipſi illi, ad quem Pogiani haec epiſtola data eſt, plurimum debere, ipſe in ſua ad lectorem praefatione auctor profitetur his verbis: *Qua in re (fatendum eſt enim) plurimum apud me valuit eximia ſpe ſummaeque virtutis adoleſcens Alphonſus cardinalis Caraffa; quem ego cum ad reliqua ſtudia praeclariſſima tum ad dicendi gloriam ita incitatum vidi, ita magnos progreſſus jam feciſſe, ut aliis diſciplinis avitum nomen aequaturus eſſe videatur, dicendi laude etiam ſuperaturus. & ſane apud me eo etiam pluris eſſe illius auctoritas debuit, quod tota natio familiaque noſtra in ejus fide jamdiu clientelaque ſit; ut ſuo etiam jure quodammodo, ut patronus, imperare potuerit. Si ergo auctores mihi fuerunt, ut haec emitteremus*.

(*c*) Hoc ipſum ſibi Alphonſus auguratus pollicituſque fuerat quibuſdam ad Guilhelmum Sirletum litteris, Kalendis januariis hujus ejuſdem anni 1564. Neapoli Romam datis, quae autographae in codice vaticano 6189. pag. 201. adſervantur, in quibus, *El padre Don Leonardo Malaſpina*, inquit, *è in Napoli, & ſpero haver con eſſo dulciſſima vita, & converſatione, & eſſercitio nelle bone lettere. Il teſtimonio di V.S. è ſtato caggione a farmi in ciò riſolvere; & ſpero, come ho detto, di far con eſſo alcun frutto nella lingua, in cui ſon riſoluto di dar opra. & la ringratio infinitamente delli amorevoli ricordi, che ſopra ciò mi dà; li quali conoſcho fideliſſimi & amantiſſimi, & mi sforzarò di ponerli in eſſecutione, sì nelli ſtudii, come anche circa la vita; la quale ſpero, che ſarà tale, che non offenderà nè darà occaſione di diſprezzo ad alcuno*.

(*d*) Neapoli.

e carium (*e*) conſequi poteſt. quare te oro & obſecro, ut mea cauſa bono huic juveni reditum ab ipſo regis vicario velis impetrare. res habet deprecationem, in qua caſus ineſt, non culpa; f vales ipſe gratia; eſt praeterea anniverſarii luſtri tempus (*f*), clementiae & miſericordiae accommodatum. ego amplitudini tuae, cui me totum dedidi, plurimum hoc nomine etiam debebo; cujus benignitate fretus, in ſcribendo non ero longior aut diligentior. erit enim iſtic, qui rem tenet, & qui, quid facto opus ſit, admonebit. tantum precabor Deum, mihi ut hic aliquando te praeſentem videre & colere liceat (*g*): ubi te in ore
g & in amore omnium eſſe, ſcito. Vale. Roma. VI. Kal. apri-
h lis. M. D. LXIV. (*b*)

(*e*) Paraſanium de Ribéra, alcalaënſem ducem, neapolitani regni proregem. Vide epiſt. *Cum ab optimis* d. 18. oct. 1560.

(*f*) Quadragenarii jejunii ſollemnes dies ſignificat, quorum initium anno 1564. die decimoſexto februarii factum eſt.

(*g*) Non licuit. nam Romam Alphonſus non amplius reverſus eſt, anno inſequente 1565. die 29. aug. e vivis ereptus.

(*b*) 1563. exempl. Emendavi. menſe enim martio ejus anni cardinali Truchſeſio operam Pogianus dabat, qua ſe in hiſce litteris ſolutum dicit: quas ad inſequentem hunc 1564. pertinere, locus ille de Leonardo Maleſpina, recens in Caraffae familiam adſcito, ſatis declarat.

V.

a Julius Pogianus Hannibali Minali. (*a*)

31. mar. 1564. *Ciceronis imitandi praeclaram rationem tradit.*

ETSI ſunt ejus generis tuae literae, ut in politiori humanitate, in qua ex gravioribus legum ſtudiis conquieſcis, conſilio aut praeceptione mea tibi minime opus eſſe, intelligam, tamen,

(*a*) Haec eſt in exemplari noſtro epiſtolae hujus inſcriptio: *Exemplum literarum ad amicum, quibus ratio imitandi Ciceronem praeclare traditur*: nulla facta Hannibalis Minalis mentione. exſtat haec eadem epiſtola in lipſienſi Mureti operum anni 1690. editione pag. 626. hoc titulo: *Julii Pogiani, viri diſertiſſimi, epiſtola de Ciceronis imitandi modo ad nobiliſſimum adoleſcentem Nicolaum Fitzherbertum anglum*. quo eodem titulo inſcripta in patavina ejuſdem Mureti epiſtolarum editione anni 1740. pag. 261. reperitur. eamdem Andreas Schottus Antuerpiae ediderat an. 1610. libro II. *Tullianarum quaeſtionum* pag. 161. ſic inſcriptam: *Julii Pogiani de Ciceronis imitandi ratione conſilium*. Sed ad Hannibalem Minalem miſſam, non modo codex vaticanus 3432. pag. 43. docet, ſed etiam Pogianus ipſe in quibuſdam litteris ſuis, ad eumdem Minalem die 20. jun. hujus anni datis, immo in hac ipſa epiſtola ſatis aperte ſignificat: id quod paullo inferius non aliter eſſe, oſtendemus. eadem autem, quae hac epiſtola continentur, praecepta, atque

tamen, quia mei in te amoris eſſe video non tam ſpectare quid ego poſſim, quam quid tu velis, attendere, rationem tibi & conſuetudinem hujus rei meam exponam. ego, quandiu mihi arbitratu meo ſtudere licuit, unum aliquot menſes ex latinis ſcriptoribus Ciceronem legi. nam, in omni ratione optimum quenque & illum unum imitandum eſſe, cognoram. quare, cum illum ipſum Ciceronem latinae linguae & eloquentiae principem eſſe conſtaret, rejeci caeteros latinitatis auctores. quo in ſtudio primum dabam operam, ut ſtatuta eſſent tempora & ſtudendi & ſcribendi mea. didiceram enim a ſummis viris, qui ſe id re expertos eſſe dicerent, plus adjumenti eſſe in certo nec multo, quam in vario & diuturno tempore; quod habet eadem illa hora ſtudiorum non ſolum admonitionis & recordationis vim, ſed etiam quoddam momentum ordinis; qui cum in omni re multum, tum in diſcendo plurimum poteſt. ſed hoc fortaſſe patet latius: illud ad id unum pertinet, quod inſtitueram. duo igitur in Cicerone legendo mihi proponebam, quid, & quomodo diceret. in quo videbam, interdum pauca multis explicari, interdum plura comprehendi breviter & abſolute; ſaepius eandem variari rem, ut, cum idem diceretur, tamen, commutatis verbis atque ſententiis, aliud dici videretur. mirabar vero partium & quaſi membrorum pulcherrimam compoſitionem, quae ſic alia ex aliis nexa & apta ſunt, nihil ut lectu poſſit eſſe jucundius. quid dicam de artificio vinciendae orationis, deque copia & quaſi ſilva elegantium vinculorum? quibus, cum multi vel quaſi compedibus quibuſdam ſcriptiones ſuas colligent, vel ita diſſolvant ac diſſipent, ut capti membris corporis, ac ne corporis quidem, ſpeciem habeant, ſic Cicero res nectit & verba, ut ſola ejus oratio libere moveri magnificeque ingredi videatur. cogitabam vero etiam de ſingulis verbis, de conjunctione verborum, de eorum numero atque forma. qua in cogitatione mihi veniebat in mentem mirari, quaenam eſſet cauſa paucitatis eorum, qui divinas ciceronianae orationis virtutes imitarentur. hujus autem erroris & inſcitiae multorum duplicem aliquando culpam animadverti. ſunt enim, qui a Cicerone abhorrentes ſe ad alios neſcio quos ſcribendi magiſtros contulerunt; qui, quod judicium habeant cum appareat, facile negliguntur. alii ſunt, quorum eſt levius peccatum, immovero non illi quidem cupiditate peccant, qui Ciceronis ſimillimi velint

eſſe,

que iiſdem fere verbis tradita, habes in litteris, ad Alphonſum Caraffam ineunte julio an. 1562. a Pogiano datis, quarum initium eſt *Clauſula*.

b eſſe, ſi poſſint (*b*), ſed conſilio & imitandi modo falluntur. nam
Marci Tullii verba mordicus tenent, nec ullam fere ſyllabam
audent ab eo diſcedere, &, dum verentur, ne parum cicero-
niani videantur, illius etiam ſenſa totidem verbis transferunt in
ſuas literas. ſcilicet illi (quod miſerrimum eſt) nunquam ſunt
in ſcribendo ſui, ſed inepte ac putide ſemper alieni. quid igi-
tur eos in errorem induxit? puerilis illa ſuſpicio, quod ſermo-
nem Ciceronis in id modo convenire ſunt arbitrati, ad quod
ille ſemel accommodavit. in qua ſi ipſe Tullius ſententia fuiſſet,
non jam eum copiae atque ubertatis magiſtrum, ſed inopiae
& jejunitatis auctorem haberemus. quae cum viderem, putavi
mihi elaborandum, ſi modo id aſſequi poſſem, me ut ab illa
balbutientium turba ſejungerem, conjungeremque cum iis, qui
plane & latine loquuntur. quid quaeris? audere coepi. nam,
ut quiſque mihi occurrebat Ciceronis locus, illam loquendi for-
mulam ad alia transferebam & ejuſdem & alterius generis ſenſa;
c quaſique unis ab illo ſumptis veſtimentis (*c*) ſtudebam veſtire
& ornare res innumerabiles. exempli cauſa, id, quod haec di-
d ctans legebam (*d*) forte, *Publii Rutilii adoleſcentiam ad opinio-
nem & innocentiae & juris ſcientiae Publii Scaevolae commendavit*
e *domus*, quis prohibet eo traducere? *Hannibalis Minalis* (*e*) *adole-
ſcentiam ad opinionem & eloquentiae & philoſophiae Flaminii No-*
f *bilis* (*f*) *conſuetudo commendavit*. vides genus. Sed, quoniam
intel-

(*b*) *poſſunt* exempl. Emendavi.

(*c*) Similiter Paullus Manutius ante annos amplius decem ad Stephanum Saulium de eadem re ſcribens lib. I. epiſt. 4. loquutus fuerat: *Exquiſitas*, inquit, *ſententias, de Cicerone excerptas aut de Terentio, tacitus in animo verſabam. eas ornabam verbis quam poteram lectiſſimis, ut, quaſi veſtitu orationis mutato, cum eaedem eſſent, aliae tamen viderentur. Erat non diſſimilis in verborum figuris commentatio. ſi quas notaveram illuſtriores, ad alias ſententias ita traducebam, ut interdum eandem locutionem in res prope innumerabiles accommodans, quaſi ex una cera plures imagines, nec tamen ejuſdem generis, efficerem.*

(*d*) Libro II. *de offic.* cap. 47.

(*e*) Inducta haec hoc loco Hannibalis Minalis commemoratio annon ad eum ipſum ſcriptam eſſe hanc epiſtolam, declarat? voluit autem Pogianus eâdem, quemadmodum eſt in proverbio, fidelia duos parietes dealbare, unaque opera & Minali adoleſcenti, ad quem ſcribebat, laudem eloquentiae philoſophiaeque tribuere, & Nobilio, ejus in utraque facultate doctori, cui oſtendendas a diſcipulo haſce litteras non dubitabat, gratificari atque blandiri.

(*f*) Flaminius Nobilis, ſive Nobilius, patria lucenſis, fuit inſignis illa aetate philoſophus, theologus ac rhetor. ſcripſit, praeter caetera, tres de *Felicitate* libros, quos Pio IV. pont. max. dedicavit; duos de *Praedeſtinatione*, Philippo Vaſtavillanio inſcriptos, Romaeque apud heredes Antonii Bladii anno 1581. editos; denique S. Joannis Chryſoſtomi orationes tres, e graeco ſermone in latinum converſas, quas, Alexandro Perettio cardinali nuncupatas, Romae an. 1589. vulgavit.
de

intelligebam, quaedam eſſe ſententiarum lumina, quibus ſcripta illuſtrarentur, ſumebam illa vel ab ipſo Cicerone vel a quovis, ſed ita, ut in eádem exercitatione alia quadam ratione uterer ab illa ſuperiore. ut enim illic tanquam ex eadem cera multas fingebam imagines, ſic hic quaſi eundem hominem alio habitu veſtiebam. qua re fiebat, ut, quae ab aliis parta eſſent, a me inventa viderentur. ſunt autem haec ornamenta & lumina ſententiarum, ut *Ne quid nimis*, *Late patet invidia*, & hujuſmodi ſexcenta; quae ſi ita efferas, *Tenendus eſt omnium rerum modus*, & *Nihil non occupat invidia*, quis tua eſſe neget? huc pertinet illud Ciceronis, *imitandos eſſe (g) bonos fures*, *qui earum rerum*, *quas ceperunt*, *ſigna commutant*. ut enim illi pallium ſi cui furantur, ne id is agnoſcat, ex pallio ſagum faciunt, ſic, qui aliorum ſententias commutatis verbis enunciant, quae communia ſunt propria facere videntur. Neque vero non etiam conabar interdum quodammodo cum ipſo Cicerone certare acumine contrariorum, ut ſi ille *in laetitia doleo*, ego contra *in dolore laetor*; ſi idem dicat *tardius (h) faceres*, *id eſt*, *ut ego interpretor*, *diligentius*; item ipſe *celerius*, *id eſt negligentius*, in contrarium converſa ſententia. quod inſtitutum mihi ſi meo g h

de eo exſtat hoc Friderici Borromaei cardinalis teſtimonium in opere *De fugienda oſtentatione* (quod quidem opus in Ambroſiana bibliotheca manuſcriptum adſervatur) libro I. cap. 1. *Quoniam de editione bibliorum incidit mentio, nobis faciendum etiam videtur, ut praecipuam ejus operis laudem Flaminio Nobili aſſignemus. patria lucenſis hic fuerat, & ex nobilitate illa in piſanam academiam adſcitus publice ibi docuit eam philoſophiae partem, quae in naturae obſcuritate verſatur. edidit dialectica quaedam, & de felicitate librum unum* (immo libros tres), *duoſque de generatione libros Ariſtotelis commentariis illuſtravit, & de honore quaedam alia ſubtiliter eſt commentatus: ac denique Romae editioni bibliorum & emendationi decreti ſtudium operamque inſumpſit.*

(g) In adnotatione quadam ad epiſtolam illam, de qua paullo ante diximus, a Pogiano ad Alphonſum Caraſſam cardinalem ineunte jul. an. 1562. datam, monuimus, nullum uſquam tale praeceptum apud Ciceronem exſtare, ac dumtaxat totum hoc de furibus, rerum, quas ceperunt, ſigna commutantibus, ſimilitudinis loco apud eum libro V. *de finibus* cap. 74. a M. Piſone afferri; cujus haec ſunt verba: *Stoici reſtant. hi quidem non unam aliquam aut alteram a nobis* (peripateticis) *ſententiam, ſed totam ad ſe noſtram philoſophiam tranſtulerunt. atque, ut reliqui fures earum rerum, quas ceperunt, ſigna commutant, ſic illi, ut ſententiis noſtris pro ſuis uterentur, nomina, tamquam rerum notas, mutaverunt.*

(h) Ciceronis verba ad M. Terentium Varronem lib. IX. epiſt. 8. ſunt illa: *Exſpectabam omnino jamdiu, meque ſuſtinebam, ut ad te prius ipſe quid ſcriberem, quam aliquid accepiſſem, ut poſſem te remunerari quam ſimillimo munere. ſed, cum tu* tardius faceres, id eſt, ut ego interpretor, diligentius, *teneri non potui, quin conjunctionem ſtudiorum amoriſque noſtri, quo poſſem litterarum genere, declararem.*

Digitized by Google

arbitratu diutius tenere licuiſſet, in hac laude fortaſſe aliquis eſſem. ſed ab ea me conſuetudine avocavit neceſſaria quaedam bar-
i baries (i); de qua nunc quidem nihil attinet plura ſcribere. tibi certe, quid de tota hac ratione ſentirem, ſignificandum putavi: qui, etſi ſcio quanta occupatione diſtinearis, tamen non dubito, quin, pro excellenti tuo ingenio, proque eo quantum profeciſti in hac latine ſcribendi ratione, cum iſtum graviorum ſtudiorum curſum confeceris, ſi huc redieris, teque in hac laude exercueris, brevi etiam in principibus futurus ſis hujus facultatis. quanquam aliquid interea aſſequére, ſi, cum vacuus quo-
k tidie (k) fueris a legum ſtudiis, animi cauſa ſtilum prehenderis, & in hac exercitatione, quam dixi, ſubſecivas operas poſueris. Sed, quod mihi paene exciderat, multa ex Cicerone tibi memoriae mandanda ſunt, & paranda tanquam magna ſupellex; tibi ut ſuppetat, in variandis & mutandis ſenſibus, multus & elegans veſtitus orationis. Et, quoniam, ut in victu & veſtitu
l prius neceſſaria quam voluptaria (l) quaerimus, ſic in oratione propriorum primum verborum, deinde tranſlatorum copia comparanda eſt, haud ſcio, an illae ad Atticum epiſtolae, in quibus nulla eſt elaborata concinnitas, nullum exquiſitae voluptatis aucupium, plurimum proficiant ad latine & emendate
m loquendum. quod (m) ſi nonnunquam etiam gemmarum vis, non tam arte diſpoſita aut diſtincta auro, quam pura atque nativa delectat, ita latini ſermonis ubertas ſine fuco ac peregrinis quodammodo deliciis orationis in illis maxime probatur epiſtolis. etſi haec admonitio accommodata eſt iis, qui nunc primum in eam rationem ingrediuntur; tibi, qui tantum in hac ſcribendi exercitatione proceſſiſti, praeſertim majoribus rebus oc-
n cupato, fortaſſe minus eſt (n) neceſſaria. quare, cum grandiori etiam

(i) Interpretem ſui Pogianus agit in epiſtola *Debebam*, die 30. jun. 1560. ad Paullum Manutium data: *Nec vero*, inquit, *ſentio quid me, non omnino languentem otio, aut, quando etiam ita vis, non tardum ingenio, magnopere in ſtudio unquam adjuverit loci hujus opportunitas. contra potius, quantum mihi Roma obfuerit, intelligo. nam, cuicunque hic operam dederim, ea adhuc officii conditione dedi, ut ejus, apud quem eſſem, non meo arbitrio & ſtudere & ſcribere cogerer. Quaeris, quae ſit haec in urbe ratio ſcriptionis & lectionis meae? Horrida, inculta, & plane diſſimilis ejus artis, in qua ipſe ſingulari honore verſaris.*

(k) Pro *quotidie* mallem *aliquando*, aut *paullulum*, aut *paullisper* Pogianus ſcripſiſſet.

(l) *voluptuarias* exempl. Praetuli, quod magis eſt ex Ciceronis aliorumque illius aetatis ſcriptorum conſuetudine.

(m) Pro *Quod ſi*, editum ab Andrea Schotto *quemadmodum* video; idque eſt fortaſſe rectius.

(n) Omitt. exempl. Addidit Gratianus.

etiam ſcribendi genere delectari videaris, nos quoque ſive ingenio ſive judicio tuo, certe tempori obſequemur. cum igitur tibi, ut nunc eſt, facultas non ſit pervolutandi multos Ciceronis libros, ex illis optimos leges (etſi nulli non optimi), ſed tamen orationes leges & ediſces, quae multum & te delectabunt; & ſcriptionem tuam adjuvabunt. ignoſces vero mihi, ſi haec neque ſubtilius ſcripſi, ut res poſtulare videbatur, neque illuſtravi exemplis (*o*): eram enim & ipſe valde occupatus. quare *o*
alias reponam (*p*), & accuratius aliquid ad te mittam, quod *p*
proximis feriis aeſtivis in Trebiano (*q*) tuo vacuus legere poſ- *q*
ſis. interea vale, & mihi conſerva amorem tuum. Roma. pridie Kal. aprilis. M. D. LXIV.

(*o*) In epiſtola *Vereor*, ad eumdem Minalem die 20. jun. hujus anni data, inferiuſque exhibenda, manifeſtum eſt, quodam loco has ipſas litteras ſignificari, ac propterea non niſi ad Minalem has eaſdem ſcriptas eſſe. locus autem hic eſt: *Quod ſcribis, rationem iſtam neſcio quam ſtudendi latineque ſcribendi, ſignificatam antea tibi ab aliis, a me explicatam eſſe, facit naturae tuae bonitas & abundantia quaedam humanitatis, pluris ut mea aeſtimes, quam quanti ſint. Tantum enim adumbratum ſignum inſtituti olim mei tibi tum dandum putavi, eo conſilio, ut poſtea per utriuſque otium rem abſolverem, generibuſque & exemplis declararem.*

(*p*) Utrum id Pogianus fecerit, neſcio. nullae certe ejuſmodi ad nos litterae pervenerunt.

(*q*) RuſticumMinalis praedium apud Trebiam ſignificat. eſt autem Trebia Umbriae in colle oppidum, Fulginium inter & Spoletum, ſex paſſuum millibus ab illo, novem ab hoc diſtans, praeſtantium virorum, ſed praecipue Ludovici de Valentibus ex Comitibus Rivi Sicci, in romana curia ampliſſimis muneribus functi, & S. Officii, haec cum ſcribimus, Aſſeſſoris, ortu nobilitatum.

VI.

Julius Pogianus Othoni Truchſes Card. Auguſtano.

Acta quaedam urbana nunciat. Joſephum Blanchinium affinem ſuum commendat. f. extr. apr. 1564.

ET per literas ſeparatim, & per legatum ſuum (*a*) commen- *a*
davit pontifici max. (*b*) rex romanorum (*c*), praeter te, *b c*
deſignatum archiepiſcopum colonienſem, comitem Baptiſtam Thienenſem, Franciſcum Canobium, & Alphonſum Soldonerium; Borromaeo vero duos, te & colonienſem. & quidem ex omnibus

(*a*) Comitem Helfeſtenium, ſive Elfeſtainium. Vide epiſt. *Bene di* d. 28. nov. 1562.

(*b*) Voces *pontifici max.* neque in exempl. neque in codice vat. compárent. addidi, tamquam neceſſarias.

(*c*) Maximilianus, Ferdinandi I. imper. filius.

bus literis vehementiores mihi viſae ſunt, quae ſcriptae de te, proximae, quae de colonienſi. commemorantur in illis & tua ſingularis religio, & maxima in ſanctam ſedem merita, & obſervantia in pontificem max. vetuſque in eum amor, & fides eximia ac pietas erga familiam auſtriacam, & recens iſtud offi-
d cium & ſtudium tuum deducendi in Hiſpaniam regios pueros (*d*). quod quanti faceret, quantumque tibi tribueret praeſtantiſſimus rex, & utriſque literis & per comitem legatum facile declara-
e vit. reſponſum eſt a pontifice unis literis, & a (*e*) Borromaeo item unis, ad omnes illas commendatitias ſatis benigne, & quidem nominatim de te, intellecturum regem, eſſe in eum & pontificis praecipuam charitatem & Borromaei egregiam voluntatem & obſervantiam. quanquam uterque ſcripſit, regem melius omnia cogniturum a comite Helfeſtenio, cum quo pluribus de re coram egiſſent. utinam res verbis conſentiat, eaque tui ratio habeatur, quam tua virtus ac pietas poſtulat! Ad varmien-
f ſem cardinalem ſcriptum eſt pontificis nomine (*f*), item ad epiſcopum Commendonum, velle ejus ſanctitatem, nuncium agere omnia de varmienſis auctoritate atque ſententia. Scribi-
g tur Ticinio (*g*), Commendonum ita ſe gerere in illo tractando munere legationis, omnibus ut cumulate ſatisfaciat; de quo cum Ticinius ipſe literas pontifici legiſſet, incredibilem ex ea re voluptatem cepit, multuſque fuit in Commendoni lau-
h dibus: & tamen *Virtus laudatur & alget* (*h*). Cytardo Patri

(*d*) Vide ep. *Quod Tridentum* d.2.aug. 1563. & ep. *Quod ad te* d.22. dec.1563.

(*e*) Voculam *a*, quae ab exempl. & cod. vat. aberat, addendam putavi.

(*f*) Cardinalis Borromaeus litteris ad Hoſium die 15. jan. 1564. datis, *De epiſcopo*, inquit, *Commendono, poſt adventum ejus Poſſonium, nihil habemus, cui tamen ſperamus omnia proſpera eveniſſe; idque jam ex ejus literis cognoſcemus. Interea cum his literis alteras ad ipſum dedi juſſu ſanctiſſimi domini noſtri, ut, cum dominatio veſtra illuſtriſſima in Poloniam venerit, nihil publice agat, niſi de ejus conſilio atque ſententia, a qua ipſum epiſcopum omnino pendere vult ſanctitas ſua: quippe quae non dubitat, illuſtriſs. dominationi veſtrae nihil antiquius eſſe religione, & quiete ac ſalute Poloniae.* Rurſuſque idem Borromaeus aliis ad eumdem Hoſium litteris, die 15. apr. datis, *Nuntii*, inquit, *actiones, quae multorum literis & ſermone commendantur, regi regioque conſilio gratas eſſe non miror, & valde laetor. Ad eum ſcripſi de rebus, quae in praeſenti nobis occurrunt, dixique, ut omnia cum D.V. illuſtriſs. communicaret.*

(*g*) Is erat Poloniae regis, Hoſii, aliorumque polonorum Romae procurator: de quo vide epiſt. *Quod ad te* d.5. jul. 1560. & epiſt. *Tuae humanitatis* d. 11. ſept. 1561. & epiſt. *Quae molum* d.15. nov. ejuſd. anni.

(*h*) Juvenalis ſat.I. v.75.

Aude aliquid brevibus Gyaris &
carcere dignum,
Si vis eſſe aliquis. Probitas laudatur, & alget.

Signi-

tri (*i*) miſſi ſunt aliquando pontificis nomine centum aurei num- *i*
mi, cauſa (*k*) ejus nepotis (*l*); de quo memini quantopere *k l*
olim tu laboraris (*m*), ut illi aliquo modo conſuleretur. da-
tae praeterea ſunt literae nomine pontificis ad archiepiſcopum
colonienſem, & epiſcopum leodienſem, ut, quae primo quo-
que tempore in eorum dioeceſi beneficia vacaverint, conferant
in Gerardi illius Elerbanii, conſulis aquiſgranenſium (*n*), filios, *n*
qui haereticam peſtem in illis locis maxime vindicavit. ſed ar-
bitror, alio ſubſidio illis opus eſſe, quam literarum; de quibus
memini quam multas ea de re tu etiam literas dederis ad epi-
ſcopos. De confirmatione concilii (*o*), & nova legatione ca- *o*
licis

Significat autem Pogianus, Commendoni meritorum rationem non haberi. At habita anno inſequente eſt, eo a Pio IV. in cardinalium collegium cooptato.

(*i*) De R.P. Matthia Cithardo ord. praed. vide epiſt. *Vere tu* d. 28. ſept. 1560.

(*k*) Neque vocabulum *cauſa* apte ac loco poſitum eſt, & *nepotem* latine non dici eum, qui fratris eſt filius, ſatis conſtat. Vide epiſt. *Satis equidem* d. 25. jan. 1562. & epiſt. *Maxime* d. 21. febr. 1562.

(*l*) Significat Henricum Hartzmannum, canonicum trajectenſem, Matthiae Cithardi fratris filium. Vide epiſt. *Dedit pontifex* d. 16. jun. 1562.

(*m*) Vide epiſt. *Satis* d. 28. jan. 1562. & epiſt. *Maxime* d. 21. febr. 1562.

(*n*) De aquiſgranenſium catholicae religionis ſtudio vide epiſt. *Vere* d. 20. ſept. 1560.

(*o*) Concilium tridentinum a Pio IV. decreto, quam Bullam vocant, die 26. jan. 1564. dato, confirmatum eſt illis verbis: *Cum autem ipſa ſancta ſynodus, pro ſua erga ſedem apoſtolicam reverentia, antiquorum etiam conciliorum veſtigiis inhaerens, decretorum ſuorum omnium, quae noſtro & praedeceſſorum noſtrorum tempore ſacta ſunt, confirmationem a nobis petierit, decreta de ea re in publica ſeſſione facto, nos ex legatorum litteris prius, deinde, poſt reditum eorum, ex iis, quae ſynodi nomine diligenter retulerunt, poſtulatione ipſius ſynodi cognita, habita ſuper hac re cum venerabilibus fratribus noſtris ſanctae romanae eccleſiae cardinalibus deliberatione matura, ſanctique ſpiritus inprimis auxilio invocato, cum ea decreta omnia catholica & populo chriſtiano utilia ac ſalutaria eſſe cognoviſſemus, ad Dei omnipotentis laudem, de eorumdem fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, in conſiſtorio noſtro ſecreto illa omnia & ſingula auctoritate apoſtolica hodie confirmavimus, & ab omnibus Chriſti fidelibus ſuſcipienda ac ſervanda eſſe decrevimus: ſicut harum quoque litterarum tenore ad clariorem omnium notitiam, confirmamus, & ſuſcipi obſervarique decernimus.* At vero decreti hujus promulgationem aliquamdiu dilatam fuiſſe, ex Martini Cromeri ad Hoſium litteris, die 18. mart. 1564. Vienna datis, intelligimus; in quibus tamen commentitiam, ut opinor, ejus dilationis cauſam Cromerus attulit. ait enim: *Bulla confirmationis adhuc premitur. non convenit inter fabricatores ejus.* ſed ne die quidem inſequentis aprilis decimoſeptimo promulgatam adhuc vel Romae fuiſſe, ex Franciſci Turriani epiſtola, eo ipſo die ad Hoſium indidem data, & in *Tabularium eccl. rom.* pag. 333. relata, diſcimus; in qua videlicet Hoſium Turrianus rogat, ut ad pontificem max. ſcribat, eumque admoneat, ne unum ex concilii tridentini decretis

(illud

p q licis cauſa (*p*), deque actis proximi conſiſtorii (*q*), &, ſi quid r praeterea, puto te (*r*) ab aliis factum eſſe certiorem. Hortatur me propenſa tua in me voluntas, ut a te petam, quod mihi domi meae ad exiſtimationem hominum propemodum eſt neceſſarium. habeo affinem juriſperitum, verſatum aliquot annos Mediolani in cauſis civilibus, & capitalibus. cuperet ille aſſequi magiſtratum, quem appellant mediolanenſes *procuratorem fiſcalem*. multi minore & conditione & doctrina & uſu illud officium ſunt conſecuti. omnino hic Joſephus Blanchinius

(illud nempe ſeſſionis XXIV. cap.I. de Matrimoniis clandeſtinis) pontificia auctoritate confirmet. quod profecto non rogaſſet, ſi univerſa concilii decreta jam confirmata eſſe, vulgo innotuiſſet. Quum autem Pogianus in ſuis hiſce ad Truchſeſium litteris, nulla temporis, quo datae ſint, nota inſignitis, confirmatum jam concilium diſerte ſignificet, neceſſe eſt, eas non ante diem aprilis decimumſeptimum fuiſſe ſcriptas, quae quidem temporis notatio fecit, ut in hunc locum illas conjiceremus, tamquam ad aprilis poſteriores dies, ſive etiam ad menſem majum pertinentes.

(*p*) De hac legatione, calicis euchariſtici Germaniae populis concedendi cauſa, cogitatum quidem atque etiam actum aliquid tum Romae, verumtamen nihil perfectum, exiſtimo. & fortaſſe is ad eam legationem hominum ſermonibus vocabatur, de quo Cromerus in iiſdem illis ad Hoſium litteris illa ſcribebat: *De Morano huc* (Viennam) *allegando muſſitatur*. Caeterum, non legationem de calice, ſed litteras dumtaxat fuiſſe a Pio IV. in Germaniam miſſas, Pallavicinii etiam illa libro XXIV. c.12. n.8. *Hiſt. concil. trid.* videntur ſignificare: *Il pontefice a' quattordici di luglio nel conciſtoro fè conſapevoli i cardinali, che l'imperador Ferdinando, di cui con dolore inſieme notificò la più diſperabil ſalute corporale, havea chieſto inſtantiſſimamente l'uſo del calice per la Germania, e ne' ſuoi ſtati ereditarij; e queſto col parere de' veſcovi, degli elettori eccleſiaſtici, e de' principi cattolici; dinunziando, che, negandoſi ciò, in breve tutta l'Alemagna laſcerebbe d'eſſer non ſolo cattolica, ma criſtiana. haverne egli volute le ſegrete ſentenze di molti cardinali, e prelati; indi per loro conſiglio, quantunque abborriſſe cotali novità, eſſerſi da lui dato potere ad alcuni veſcovi di Germania, che permetteſſero quel rito, non però aſſolutamente, ma per que' luoghi, dove trovaſſer vere le coſe eſpoſte, e con certe condizioni da ſe preſcritte; queſta grazia eſſerſi ricevuta in Vienna con giubilo immenſo; e ſcrivere il nunzio Delfino, che già i due terzi degli eretici s'erano convertiti*. Porro Delphinius non novus legatus, ſed vetus & ordinarius apud Ferdinandum pontificius nuncius tum erat. Litterarum autem, quibus facultas illa ſumendi calicis dabatur, exemplum ſupra ad epiſt. *Mihi quidem* d.31.oct.1562. attulimus: quas litteras die 16.apr. an.1564.datas qui animadverterit, minus de tempore, quo Pogiani haec ad Truchſeſium data fuerit, dubitabit.

(*q*) Haud ſcio, an *proximum* vocet ſenatum illum, qui die 14. apr. de Seminarii romani inſtitutione ad S. Petri fuerat: de quo in adnotatione z ad Pii IV. orationem *Vere haec dies*, die 30. dec. 1565. habitam, egimus.

(*r*) Voculam *te*, quae nulla in noſtro exempl. aut in cod. vat. comparet, addidi, librariorum negligentia certe praetermiſſam.

nius (*ſ*), affinis meus, cumulate poteſt illi muneri ſatisfacere. quare te oro & obſecro, ut a catholico rege (*t*) velis impetrare huic affini meo hunc magiſtratum procuratoris fiſcalis in illud tempus, cum primum is (*u*) vacaverit. res non eſt maximi ponderis, & quae, cum multis, quorum erat multo minor gratia & auctoritas, conceſſa ſit, amplitudini tuae negari non debere videatur. ego, ſi id aſſequitur, videbor apud meos promeritus eſſe, ut a te diligerer. de me nihil omnino curae eſt: meorum hujus generis cupiditatem & poſtulationem non poſſum negligere ſine multorum reprehenſione, & ſine illa opinione, me non fuiſſe tibi (*x*) jucundum. quamobrem te oro, ut, ſi res impetratur, regias literas, quibus id concedatur procuratoris fiſcalis officium, auferas vel meo vel ipſius Joſephi nomine; ita tamen, ut in manus meas literae perveniant. Ego precabor Deum, mihi ut facultatem concedat revocandi interruptum officium inſerviendi amplitudini tuae, primum Romae; quod ſi hic non poteſt, ubi licuerit (*y*): mihi enim pluris eſt bonitas & religio tua, quam quorundam promiſſa praemiorum, aut multae, quae mihi feruntur, conditiones; quibus omnibus, ni-

(*ſ*) Joſephus hic Blanchinius, Pogiani affinis, fuit, quemadmodum conjectura mea fert, Joannis Baptiſtae frater: de quo Joanne Baptiſta ſunt Pogiani illa in litteris, ad card. Borromaeum die 21.dec.1566. Roma Mediolanum datis, quas in adnot. 27. ad Gratiani nuncupatoriam epiſtolam attulimus: *Mentre V.S. illuſtriſs. fu occupata in queſta amminiſtratione publica, mai gli volſi raccomandar meſſer Gio.Battiſta Bianchini, poichè ſapevo, che, ſe bene era ſervitore affettionatiſſimo di V.S. illuſtriſs. quanto qualſivoglia altro, nondimeno, per non eſſer egli all'hora volto alla vita clericale, forſe non ſarebbe ſtato tanto ſecondo il guſto ſuo. ma hora, che è, come mi dice, totalmente inclinato ad eſſer prete, ſono coſtretto per più cauſe di raccommandarlo, quanto poſſo, a V.S. illuſtriſs.confidandomi,che abbracciando ella queſto gentil'huomo &c.* Vides, Joannem Baptiſtam Blanchinium a Pogiano *nobilem hominem* appellari; Joſephum autem Blanchinium, Jo.Baptiſtae fratrem, Pogiani affinem, Mediolani in cauſis civilibus & capitalibus fuiſſe verſatum, & *procuratoris fiſcalis* magiſtratum petiiſſe: qua ex affinitate, admodum honeſtam Pogiani noſtri familiae conditionem exſtitiſſe, licet conjicere.

(*t*) Philippo II.in cujus ditione Mediolanum tum erat.

(*u*) Scilicet magiſtratus.

(*x*) Cui nempe operam meam domi tuae triennium ferme praebuerim.

(*y*) Atqui Truchſeſio ipſi Pogianus volenti eum ſecum in Hiſpaniam abducere, haud ita multis ante menſibus reſtiterat. Vide epiſt. *Quantum meum* d.23. oct.1563. in qua illa ſunt: *Cum ipſo etiam Borromaeo, ex Auguſtani poſtea verbis pro debito quodammodo exigente operam meam, ita locutus ſum, ut dicerem, me tandiu fuiſſe in Auguſtani poteſtate, quandiu ille manſiſſet in urbe; ut, qui me ſecum in Hiſpaniam, quod vehementer cupiebat, ducere non potuiſſet, multo minus poſſet alteri tradere.*

z ſi vis (z) interceſſerit, multam brevi ſalutem dicam. interea preces faciam, ut te Deus eccleſiae ſuae & mihi ſervet incolumem. Roma.

(z) Quae vis intelligenda ſit, explicavit ipſe Pogianus in eadem illa epiſtola *Quantum meum*. ait enim: *Dum profectionem* (Neapolim ad card. Alphonſum Caraffam) *paro, ecce tibi juſſum pontificis maximi, ut Borromaei cardinalis conditionem accipiam . . . Interceſſit igitur vis, quae meum fregit conſilium.*

V I I.

Julius Pogianus Hannibali Minali.

20. jan. 1564. *De miſſis muneribus gratias agit, & latine atque eleganter ſcribendi laudem illi tribuit.*

VEreor, ornatiſſime juvenis, ne mihi majus officii onus imponas, quam quantum poſſim ſuſtinere. non enim ſatis habuiſti conciliare tibi ſtudium & amorem meum ſingularem tribus adhuc epiſtolis, pleniſſimis humanitatis & elegantium verborum ac ſententiarum, niſi me etiam praeclaro tuo munere devincires. quare fit, ut ego, qui tibi in illa ſcribendi viciſſitudine fortaſſe poſſem reſpondere, in hac liberalitate (quod turpe eſt) cogar cedere. non enim paria ſunt verba rebus; niſi is, cui debeas, animum & orationem pro facto putarit. quae me ſpes de te non nihil conſolatur. nam non patiere (quae tua eſt benignitas) jacére me turpiter; ſed illo etiam liberalitatis cumulo ſublevabis, ut, cum tibi pro tui muneris elegantia & agam & habeam gratias, quantas poſſum maximas, actionem debitionemque gratiarum, quia remunerare te ſimili munere ineptum ſit, pro re accipias. me autem eo in te animo eſſe ſemperque fore, ut iis, quibus natura neceſſe eſt, concedam, ſecundum eos ſumam mihi primas partes amandi & colendi tui, teſtis mihi graviſſimus eſt, idemque tibi pro me ſpondebit vir optimus & clariſſimus pater tuus (*a*). Quod ſcribis, rationem iſtam neſcio quam ſtudendi latineque ſcribendi, ſignificatam tibi antea ab aliis, a me explicatam eſſe (*b*), facit naturae tuae bonitas, & abundantia quaedam humanitatis, pluris ut mea aeſtimes, quam quanti ſint. tantum enim adumbratum ſignum inſtituti olim mei tibi tum dandum putavi, eo conſilio,

(*a*) Donatus Matthaeus Minalis, quaeſtor urbanus. Vide epiſt. *Ea virtus* d. 29. jan. 1564.

(*b*) Significatur luculenta illa ad eumdem hunc Hannibalem epiſtola *Etſi ſunt* d. 31. mart. 1564.

lio, ut poſtea per utriuſque otium rem abſolverem, generibuſque & exemplis declararem (c). verum intelligo, vinci omnem diligentiam meam ingenii tui magnitudine. praeſtabis enim brevi tu, quod ego mente & cogitatione perquiro. purus eſt ſermo literarum tuarum, & ſententiis, pro re & tempore, nunc gravis, nunc acutus; magnam jam ut praecipiam laetitiam geminae tuae laudis tum eloquentiae tum juris prudentiae ſingularis. Si ſerius, quam tua poſcit humanitas ac liberalitas, hanc gratiarum actionem ſum perſecutus, ignoſce febri decem dierum meae; a qua cum primum levari coepi, non ſum paſſus, a te officium meum deſiderari. Fratrem tuum, lectiſſimum adoleſcentem, & tibi iſtic jucundiſſimum fuiſſe, & ſalvum Romam rediiſſe, tibi gratulor. Vale. Roma. XII. (d) Kal. julii. M.D.LXIV. c d

(c) *Ignoſces vero*, inquit in eadem illa epiſtola Pogianus, *mihi, ſi haec neque ſubtilius ſcripſi, ut res poſtulare videbatur, neque illuſtravi exemplis. eram enim & ipſe valde occupatus. quare alias reponam, & accuratius aliquid ad te mittam.*

(d) XIII. cod. vat. Eo autem ipſo die, quo data haec epiſtola in noſtro exemplari conſpicitur, ſenatum Pius pontifex ad aedem S. Marci habuit: cujus ſenatus acta, a Pogiano collecta latiniſque litteris mandata, Gratianus ſervavit, noſque hoc loco exhibemus.

Senatus, a Pio IV. pont. max. die 20. jun. an. 1564. habiti, Acta, ab Julio Pogiano conſcripta.

DUodecimo Kalendas julii, quo die primus ad divi Marci ſenatus fuit, pontifex maximus, antequam patres actiones ſenatorias aggrederentur, ad hunc modum habuit orationem.

„ Cum initio pontificatus noſtri, venerabiles fratres, quod ita temporum ratio poſtulabat, magnam partem curarum cogitationumque noſtrarum eo contuliſſemus, ut contra chriſtiani nominis hoſtes armaremus reges principeſque noſtros, & ſimul litora ac maria noſtra, piratarum infeſta latrociniis, tuta ac tranquilla redderemus, regem catholicum, tanquam alterum Pompejum, deligendum putavimus, qui pacatam rem maritimam praeſtare poſſe videretur. quamobrem ei quadringenta millia (a) ducatorum in ſingulos annos ad quinquennium ex eccleſiaſticis vectigalibus Hiſpaniarum conceſſimus, quo ſexaginta a

Fff 2 naves

(a) Pii haec cum iis, quae Panvinius in ejuſdem Pii *Vita* prodidit, lector conferat, &, ſi poteſt, conciliet; nam nos quidem nobis non videmur poſſe: *Philippo*, inquit, *Hiſpaniarum regi ex reditibus omnium Hiſpaniae ſacerdotiorum ſeptingenta millia aureorum conceſſit, quibus ſeptuaginta triremes contra turcas parari, inſtrui, contineri poſſent, ſeptem millibus aureorum in ſingulas diſtributis.*

naves longas aedificare, & ad illum uſum atque illud tempus tueri & in curſu habere poſſet. quo nomine etiam regi Luſitaniae quinquaginta millia ducatorum permiſimus ex eccleſiarum ejus regni fructibus. ex hac benignitate, illorum regum virtute, alterum conſecuti ſumus, ut africanis ipſorum regum oppidis ac deinceps toti hiſpaniarum orae maritimae magnum ſit allatum adjumentum. nam & Oranum, quod, ſumma obſidione preſſum ſuperiore anno, prope deſperatum erat, & proxime alterum in oſtio oceani Luſitaniae regis munitiſſimum oppidum, quod item in maximo deditionis periculo verſabatur, eádem claſſe, liberalitate noſtra parata & inſtructa, defenſum eſt. quod quantum poſtea momentum illis regionibus ad bene ſperandum attulerit, omnes intelligunt. alterum vero, quod & ipſi vehementius optabamus, & rem noſtram maxime attingit, nondum aſſecuti ſumus, ut Italiae litoribus, ſupero & infero mari, ſecuritas tranquillitaſque pareretur. quae nos cura & cogitatio diu ſollicitos habuit, praeſertim ob eam cauſam, quod videremus, regem catholicum non optimam medendi iis malis rationem iniviſſe. neque enim, uno aut altero curſu aut appulſu noſtrae claſſis, maritimae regiones a barbarorum incurſione atque impetu in perpetuum liberari poſſunt. ſunt piratae ſemper in ſpeculis; qui, ut primum noſtra claſſis a praeſidio receſſit, nudas ab armis atque arcibus regiones adoriuntur. quare ſemper continenda eſt claſſis in curſu, & continenter terra marique pugnandum contra piratas atque praedones; neque ullo modo quieſcendum, niſi Lepti, Tripoli, Algerio ſublatis, niſi funditus everſis illorum ſedibus ac domiciliis. non enim, ut ille inquit, prius lupi defuturi ſunt, quam, luporum receptaculum, nemora ac ſylvae caeſae fuerint. itaque
b tuae partes ſunt Pacecche (*nam (b) ad eum tum pontifex convertit orationem, quod & patronus Hiſpaniarum, & unus Romae eſſet cardinalis hiſpanus*) monendi regem per literas, & inflammandi ad hanc curam, ſe & majorum ſuorum gloria digniſſimam. nam, ſi impunitam diutius & inultam illorum ſinit audaciam, quo brevi piratarum injuriae progredi poſſint, jam nunc horremus. uſque enim adeo illis adhuc ludibrio fuerunt opes hiſpanicae, ut proximo anno, pervagatis vexatiſque Hiſpaniae litoribus, e gaditano freto egrederentur, naveſque, mercibus onuſtas, in Luſitaniam ex India redeuntes, tota inſpectante Hiſpania, captas abducerent. quae cum in illud ſit res adducta diſcrimen, providendum eſt regi veſtro, ne malum ſerpat

(b) Non mea, ſed Pogiani, interpoſita haec verba ſunt.

Digitized by Google

pat longius. niſi enim hanc cogitationem ſuſceperit, ut maritimae Africae dominetur, cogitabunt africani praedones (quod Deus omen avertat) quomodo ipſi maritimam occupent Hiſpaniam. ſperamus autem, regem catholicum chriſtiana religione, animi magnitudine, opibuſque praeſtantem, praeſertim cum tanta ejus agatur & dignitas & utilitas, ſuo functurum officio. quod ſi nunc per anni tempus, ſumma jam aeſtate (*c*), rem c aggredi non(*d*) poteſt, at poteſt parare & inſtruere navale bel- d lum in proximum annum, ſic, ut rem omnino conficiat.

Nos vero interea de chriſtiani populi ſalute laborantes, undecunque poſſumus, huic adjumenta tempori comparare ſtudeamus. &, quoniam quanta ſit reipublicae venetae voluntas & facultas appáret communi ſecuritati & incolumitati hoc loco conſulendi (quod & antea ſaepe & ſuperiori anno maxime ſumus experti, cum venetae claſſis dux ille fortiſſimus navaliſque rei peritiſſimus Canaletus (*e*), cujus praeclare mortui poſteros e noſtra liberalitate proſecuti ſumus, paene prius, quam Venetiis ſolviſſe illum audiſſemus, ad triginta praedonum naves, Piceni Aemiliaeque oram acerbiſſime divexantes, caeſis piratis, partim cepit, partim demerſit), videndum nobis eſt, ut illius reipublicae animum & opes, promptas ac paratas ad communium temporum caſus, noſtra etiam benignitate alamus & augeamus. quod

(*c*) Miror, aeſtatem dici *ſummam*, quae duodecimo junii menſis die, quo haec habita oratio eſt, non niſi *prima* aut *iniens* dicenda fuit.

(*d*) *non poteſt, parare vellet & inſtruere &c.* exempl. Locum, certe mendoſum, emendavi ex ingenio.

(*e*) Canaletus hic homo eſt mihi plane ignotus, fortaſſe etiam aliis. omnino corrigendus eſt hic locus & illuſtrandus ex Franciſci Verdizzottii libeo XVIII. *de venetorum rebus geſtis* ad an. 1563. Ait autem: *Mentre continuavano li prencipi criſtiani, e 'l Turco ancora, a laſciare nella ſua quiete la republica, ardirono molte ſuſte corſare quì dentro al golſo d' inſeſtarla. mandò ella ſubito ad Antonio Canale, che n' era il capitano alla cuſtodia, dieci altre galee. ſcoperte egli le nemiche un giorno, inſeguille per trenta miglia. cacciatele alla fine ſu i liti d' Ancona, ne preſe i legni; finì tutti gli uomini tra tagliati a pezzi, e fatti ſchiavi, e liberò dalle catene cento criſtiani. Più avanti verſo il levante, pure moleſtando i corſali la navigazione, ſi lanciò colà da Corfù Criſtoforo Canale, provveditore dell' armata, per eſterminarli. Preſe anch' egli nell' acque di Ceffalonia tre galee, cariche di rapite prede. Vicino al Saſeno incontratene altre cinque, quattro parimente ne ſottomiſe, e l' altra velociſſima gli s' involò con la fuga. fu però a lui queſta vittoria di ſomma perdita. combattendo & animando i ſuoi, venne mortalmente traſitto da colpo di freccia, che il tolſe di vita. e la republica reſtribuendo il merito alla diſcendenza, aſſignò a' figliuoli maſchi quattrocento ſcudi d' oro all' anno: altri quattromila concedette per dote a due femmine, & a Girolamo, che trovoſſi col padre nel conflitto, decretò il capitaneato d' una galea.* Utrum autem Chriſtophorum, an Antonium Pii oratio ſignificet, lector dijudicet. mihi non liquet.

quod vero certiores facti ſunt veneti, majorem nunc habere
f turcarum regem navium numerum, quam antea ſolitum (*f*), conſtituiſſe etiam Peloponneſi maritimam partem quinquagiuta navibus longis inſtruere, ut circum illam oram perpetuo commorentur, non poſſuut de ſuis rebus non eſſe ſolliciti. quare
g majores etiam aedificare & ornare claſſes coguntur, ut (*g*), etiamſi foedus cum Solimano ferierint, non tamen omnino turcicae fidei ac religioni confidant. quamobrem a nobis, Philippi regis exemplo, in maximi beneficii loco proxime petierunt, ut ex fructibus eccleſiaſticis venetae ditionis centum & viginti millia ducatorum in ſingulos annos ad quinquennium eis concederemus. quibus cum tum non eſſemus obſecuti, quod aliam Italiae beneficiorum eccleſiaſticorum, aliam Hiſpaniae rationem judicaremus, ob eamque cauſam mediolanenſium ducis, & neapolitani regis decimas nunquam imperaſſemus, neque etiam venetos patres, Tridenti tunc, concilii cauſa, magnis ſumptibus commorantes, graviori incommodo afficiendos putaremus, aliquid hoc tempore, ſi vobis videtur, illorum poſtulationi concedeudum duximus. quod quidem eſt veterum pontificum conſuetudini rationique conſentaneum, qui, vel leviſſima ſuſpicione venetis injecta turcici motus bellicique apparatus, benigne illis decimas largiri conſueverunt. itaque duas in ſingulos annos ad triennium venetis decimas concedere cogitamus. de quo ſententias veſtras exquirimus, &, ut nobis aſſentiamini, vos cohortamur: quod libentiſſimo animo ſperamus eſſe facturos, cum eorum in rempublicam chriſtianam merita
b & multa & maxima (*b*) conſtare, & quanto communibus tempori-

(*f*) Subeſt aliquid fortaſſe mendi huic loco, & aliis praeterea hujus orationis aliquot. quod lector, nobis etiam tacentibus, animadvertet.

(*g*) Videtur, deſiderari *qui*, ſcribendumque *ut qui*, ſive *utpote qui*.

(*b*) Quibus meritis permotus Pius, illas ipſas aedes, in quibus hanc orationem habuit, venetae relpublicae oratoribus incolendas attribuit. De qua re Pallavicinius lib. XXIV. *Hiſt. conc. trid.* c. XI. n. I. illa memoriae prodidit: *Non prima fu terminato il concilio, che 'l papa miſe ogni induſtria, perch' egli foſſe ricevuto da tutti i ſignori cattolici. Somma prontezza eſercitarono gl'italiani: e ſpecialmente la republica di Venezia il fè promulgare fra le ſolennità della meſſa nella ducal baſilica di S. Marco; e ne impoſe a' rettori delle ſue terre l' oſſervazione. Onde Pio in argomento di grato affetto verſo il zelo moſtrato dalla ſignoria per tutto il proceſſo di quella ſanta opera, aſſegnò agli ambaſciadori viniziani in Roma il magnifico palazzo, edificato già per uſo degli ſteſſi pontefici da Paolo ſecondo, figliuolo di quella patria, preſſo la chieſa del ſanto lor protettore. e ciò fè con un breve di proprio ſuo movimento; ornando quivi di chiare lodi la pietà di que' ſenatori, e l' egregia loro oſſervanza verſo la ſede apoſtolica.* Sed dona-

poribus ſubſidio eſſe poſſint, intelligatis. interea, quid hiſpanica claſſis profectura ſit, cognoſcemus. niſi enim triennio confectum aliquid fuerit, nos quidem, quid in ſpe reliquum eſſe poſſit, non videmus „.

Tum patres rogati ſunt ſententias; qui pontificis max. de venetis conſilium ad unum omnes comprobaverunt. Deinde pontifex Paceccho cardinali facultatem dedit dicendae ſententiae, quem eo ſenatu, ut mos majorum poſtulabat, anuulo, & ſani titulo non ornavit, quod nondum liqueret, cui is templo tituli nomine praeficiendus eſſet. dilatum igitur id eſt in alium ſenatum.

Poſtea ventum eſt ad relationes. ac Moronus primum cardinalis retulit de mednicenſi (*i*) epiſcopatu Poloniae provinciae; *i*
cui praepoſitus eſt Staniſlaus Narcuſſius (*k*) polonus, a rege ſuo *k*
nominatus, genere nobilis, philoſophiciſque rebus eruditus, &
qui pontificii juris inſignibus ſuo arbitratu poſſit ornari, catholicae vero religionis propugnator acerrimus. conceſſum ei eſt,
ob tenuitatem epiſcopatns, ut archidiaconatum (*l*) perpetuo *l*
retineret, parochiale autem beneficium ad ſex menſes, ſed ita, ut, priuſquam epiſcopatus poſſeſſionem adiret, ex tridentini concilii auctoritate fidem profiteretur. quod illi permiſſum eſt propter loci longinquitatem; & is eo officio non erat antea functus, quod ante dimiſſum concilium fuerat deſignatus epiſcopus.

Actum etiam eſt de ſeparando aurienſi epiſcopatu in Hiſpania a carthaginienſi; rege id catholico, eodemque patrono, poſtulante. quae res dilata eſt in proximum ſenatum, praeſertim adverſante huic poſtulationi collegio capituli carthaginienſis.

Tum datus epiſcopatus ratisbonenſium, referente cardinale Aracelio, remiſſaque epiſcopo dimidia ejus pecuniae pars, quae cardinalium collegio debebatur. permiſſum eidem, unum ut, quoad viveret, beneficium, quaedam ad ſex menſes retineret.

Piſa-

donatas a ſe reipublicae venetae illas aedes, Pium in hoc ipſo ſenatu publice profeſſum eſſe, addita tamen quadam conditione, mox audiemus.

(*i*) Tum hominum tum locorum quaedam nomina valde corrupta in hac reliqua oratione offendi, quorum tamen reſtituendorum rationem reperire non potui: veluti hoc de *mendicenſi* epiſcopatu; qui ubi terrarum aut ſit aut fuerit, ignoro. Fortaſſe legendum *mielnicenſi*. eſt autem *Mielnick* Poloniae majoris urbs ad Bugum fluvium in bielcenſi palatinatu. aut legendum potius eſt *mednicienſi*. Mednicia autem Samogitiae urbs eſt.

(*k*) In exemplari legi etiam poteſt *Harcuſius*.

(*l*) *archidiaconum* exempl. Emendavi.

Digitized by Google

Piſanus cardinalis, Amulio cardinale referente, ceſſit titulo divi Marci Cornelio cardinali, ita, ut ſibi, dum viveret, illis aedibus uti liceret. quo loco pontifex aedes eas, quae a veneto pontifice extructae eſſent, nec ab ullo habitatore cardinale illa fuiſſet abſoluta aedificatio, donaſſe ſe dixit venetae rei-
m publicae (*m*), quae ſe perfecturam domum recepiſſet. eam autem

(*m*) Singulare ſuum erga rempublicam venetam ſtudium non modo in hac re, verum etiam in illo ipſo Amulio, qui proxime nominatus eſt, cardinale creando, Pius oſtenderat. cujus rei binas card. Aloyſii Cornelii (ejus ipſius, cui, cardinale Amulio referente, Piſanus cardinalis modo dictus eſt titulo S. Marci ceſſiſſe) litteras, die 26. febr. an. 1561. datas, teſtes ex autographo proferam.

Al Duce di Venezia.

Poichè è piaciuto alla ſantità di noſtro ſignore moſtrar anco in queſta nuova promotione di cardinali quella benigna volontà, che tiene verſo queſto ſereniſſimo dominio, ho penſato di non fare, ſe non coſa grata alla ſerenità voſtra, s' io le racconterò brevemente quanto è ſucceſſo in queſta occaſione. Havendo queſti giorni ſua beatitudine procurato per ſodisfare al deſiderio di voſtra ſerenità, com' ella haverà inteſo, di liberare monſignor d' Aquileia (Giovanni Grimani) *di alcune oppoſitioni fattegli, in ſomma non potè acquetare i reverendiſſimi ſignori cardinali inquiſitori. per la qual coſa ſua beatitudine, piena di diſpiacere, a' prieghi del reſto del ſacro collegio, il quale non poneva innanzi altro, che il merito di queſta republica, & quanto ſua ſantità era obligata a compiacerle, ſi riſolſe con l' aſſenſo del medeſimo collegio, che ſubito che monſignore patriarca haveſſe ſodisfatto a' ſopradetti reverendiſſimi ſignori, moſtrando la innocenza ſua ſopra queſte imputationi, ſenza altra nuova promotione s' intendeſſe per cardinale. il che a tutti fù ſommamente grato. ma dapoi diſſe, che non volendo in una promotione tanta numeroſa mancar di honorare queſta republica, & per ſodisfar anco all' animo ſuo, & provedere al beneficio della ſanta ſede, eleggeva il clariſſimo Mula* (ambaſciatore attuale della republica alla ſantità ſua) *per cardinale, lodando in ſua ſignoria reverendiſſ. tutte quelle qualità, che prima l' havevano moſſo a volerlo far veſcova di Verona. ma con tutto che monſignor illuſtriſſ. Borromeo, havendolo mandato a chiamare la mattina in palazzo, gli faceſſe molta inſtanza, perchè haveſſe a mutar habito, veſtendoſi da prete, nondimeno non volſe mai per conto alcuno farlo. Il che eſſendo riferito a noſtro ſignore, quando già era ſerrato il conſiſtorio, la ſantità ſua m' impoſe, ch' io andaſſi a lui con queſta ambaſciata „ Che ſua beatitudine eſſendo in quel luogo poteva come capo della ſanta chieſa univerſale commandare per ſervitio di Dio & a lui & ad ogni altro, che viveſſe ſecondo la legge chriſtiana: & perciò in virtù di ſanta obedienza gli commandava, che haveſſe a pigliare nuovo habito, & in tutto quetarſi al ſuo volere; aſſicurandola, che la ſerenità voſtra non ſolo non riceverebbe per diſpiacere queſta nuova, ma la metterebbe a conto d' una buona & ottima volontà ſua verſo queſta eccellentiſſima republico; & di ciò ſi pigliava ſopra di ſe tutto il carico„. Appreſſo dichiarò cardinale il reverendiſſ. Navagiero, dicendo, ch' eſſendo ſtato poſto nel numero de' quattro nominati da voſtra ſerenità alla medeſima chieſa di Verona, & non havendo potuto con effetto comprobare il giudicio fatto da lei in quella occaſione, lo comprobava hora con la dignità del cardinalato, ſperando, che per la pratica delle coſe*

di

tem donationem ſe facere profeſſus eſt hac conditione, uti Piſano jus eſſet habitare in illis aedibus, caeteriſque deinceps cardinalibus, qui divi Marci titulo praefuturi eſſent.

di ſtato, per la letteratura, & per la virtù di quel ſignore, queſta ſanta ſede haveſſe a trarne boniſſimo ſervitio. & così fu ſpedita la creatione: della quale rendendo io come cittadino & ſervitore di voſtra ſerenità quelle gratie, che mi parvero convenienti all' honorata dimoſtratione di ſua beatitudine, mi fu da lei riſpoſto, che mai non ſi vedrà ſatia di far piacere alla ſerenità voſtra; aggiungendo in queſto propoſito, che non ſolamente le faceva queſti due ſenatori cardinali, ma ſperava in breve, che doveſſe eſſere il medeſimo anco del terzo, da lei tanto deſiderato: & credeva, che il reverendiſſimo legato, & monſignore reverendiſſ. di Gambara foſſero poco meno che vinetiani: di maniera che queſta ſereniſſ. republica poteva contare cinque cardinali per ſuoi in queſta promotione. Queſto poco di officio mi è parſo di fare, continuando nella devotione, che debbo alla ſerenità voſtra, come farò in tutte l' altre coſe, nelle quali conoſcerò di poter far parte di quello, che ſono tenuto con eſſo lei: alla quale bacio le mani, & le prego da noſtro ſignore Dio ogni felicità. Di Roma. a' XXVI. di febraro del LXI.

Al Signor Franceſco & Signor Marc' Antonio Cornari.

Havendo noſtro ſignore fatto hoggi così ſegnalata & ſtraordinaria dimoſtratione verſo la ſereniſſima republica noſtra per la promotione al cardinalato del reverendiſſimo Mula, & del reverendiſſimo Navagiero, non poſſo nè debbo contenermi di rallegrarmene con voi, come fo di tutto cuore, prima per riſpetto & honore della patria noſtra, poi per l' amore & oſſervanza, che portate a queſti due reverendiſſimi ſignori, tanto amici di caſa noſtra. per la qual coſa è ben dovere, ch' io vi dia conto di tutto queſto fatto, ſapendo di quanta allegrezza & conſolatione vi farà. & prima quanto al reverendiſſimo Mula, havete a ſapere, che in tutti queſti dì, che ſi è andato ragionando di far cardinali, niuna perſona, nè io, nè altri, nè eſſo medeſimo ha mai ſaputo niente, che foſſe animo di ſua ſantità di farlo cardinale. & pure queſta mattina, quando eravamo in conſiſtorio, egli ſenza alcun penſiero di queſto ſe ne andava, ſecondo il ſolito ſuo, fuori di caſa a meſſa. quando il cardinale Borromeo mandò da parte di ſua ſantità a chiamarlo. & egli credendo di eſſer ricercato per le coſe di monſignore patriarca di Aquileia, andò a palazzo, & giunto che fu nella camera del cardinale, ſua ſignoria illuſtriſſ. fattagliſi con allegra viſta incontro, fece prova di levargli da doſſo la veſte con le ſue mani, dicendo, che gli conveniva mutar habito, perchè così piaceva a ſua ſantità. al che facendo egli reſiſtenza. & dicendo, che non intendeva altramente di farlo, il cardinale mandò in conſiſtorio a far intendere tutto queſto a ſua ſantità: la quale ſubitamente chiamò me, & m' impoſe, ch' io andaſſi, & inſieme col cardinale Borromeo gli comandaſſi per ſua parte in virtù di ſanta obedienza, che doveſſe humiliarſi & obedire, & veſtirſi ſenza altra reſiſtenza da protonotario; aſſicurandolo. ch' ella haveva così deliberato, perchè era certa di farne coſa grata al ſereniſſimo dominio, & ſopra di sè prendeva tutto il carico di ſodisfare per lui. onde gli fu forza acconſentire. & così fu da noi medeſimi ſpogliato & publicato poi cardinale. Del reverendiſſimo Navagiero, noſtro ſignore vedendo di non haver per convenienti riſpetti potuto dargli il veſcovato di Verona a ſodisfattione della ſereniſſima ſignoria, & che non haveva accettato i mille ſcudi di penſione, & conſiderando il merito & le degne qualità di queſto ſignore inſieme con la neceſſi-

Actum eſt a Borromaeo cardinale de praeficiendo piſanorum epiſcopatui Angelo Nicolino, clerico florentino. ſed res de more in ſequentem ſenatum rejecta eſt.

Relatum eſt ab eodem de epiſcopatu terracinenſium, cujus annua vectigalia eſſent ad trecentos aureos, deſcripta autem in libris fiſci pontificii ad florenos CCXLV. Is, quem adornari volebat, erat Franciſcus Beltraminus (*n*), homo hetruſcus, pontificis cubicularius, praeter caetera naturae ornamenta, civilis & pontificii juris inſignis ſcientia, moribus optimis praeditus. omnia eſt conſecutus ſummo ſtudio patrum; quem pontifex, cum duabus actionibus de creando epiſcopo rem confici juberet tridentinum concilium, niſi tamen ſecus pontifici max. videretur, uno ſenatu & una actione, ſingulari munere, terracinenſium fecit epiſcopum; eique illa modo pecunia remiſſa eſt, quae cardinalibus pontificiarum literarum nomine deberetur.

Maxi-

ceſſità di queſto ſacro collegio, per moſtrare tanto più chiaramente la buona mente ſua verſo quei ſignori, lo eleggeva per cardinale. A queſto s' aggiunge, che non potendo io in tanta allegrezza godere interamente per lo diſpiacere grande, che ſentiva per le difficoltà, che impedivano la creatione di monſignor patriarca, noſtro ſignore, per moſtrare in quanto grado tiene la noſtra ſereniſſima republica, & quanto deſidera darle ogni ſodisfattione, volſe, che il ſacro collegio, il quale haveva ſupplicato per lui, deſſe il ſuo conſenſo, che ogni volta che il patriarca haveſſe giuſtificato alcune oppoſitioni fottegli, s' intendeſſe fatto cardinale in queſta ſteſſa creatione, come ſe inſieme con gli altri foſſe ſtato publicato. & così, quanto anco a queſta parte, poſſo dire di eſſere reſtato in tutto conſolato, per l'amore, che porto a queſto ſignore, & per il deſiderio, che ho d' ogni ſua grandezza. & il medeſimo ſo, che interverrà anco a voi, oltre il detto riſpetto, per l' honore & la gloria della patria noſtra: la quale in un giorno ha, poſſiamo dire, tre nuovi cardinali havuti, con tanta dimoſtratione dell'amore, che ſua ſantità le porta: per la conſervatione & felicità della quale ben tutti habbiamo da pregar Dio. & con queſto fine mi vi raccommando. Di Roma. a' XXVI. di febraro del LXI.

Sed de Amulio minime gratum accidiſſe reipublicae venetae, ſuorum inſtitutorum, quibus ſtetit, ſtabitque, retinentiſſimae, Pii beneficium, Pallavicinius libro XV. *Hiſt. concil. trid.* c.6. n.7. ſcriptum reliquit: *L' Amulio*, inquit, *per molte ore fu ripugnante, sì che il pontefice per comandamento obligollo in conſcienza. Allora egli diſſe, ch' eſſendo miniſtro d' una republica ubbidientiſſima alla ſede apoſtolica, non voleva diſubbidire: e preſe le veſti cardinalizie. Ma il ſenato ne dimoſtrò amaro ſenſo &c.*

(*n*) Franciſcum hunc Beltraminum epiſcopum terracinenſium renunciatum ait Ughellius die 21. junii an. 1564. additque, eum ipſum diem Mercurii fuiſſe. Sane eo anno idem fuit Mercurii dies, qui menſis junii viceſimuſprimus. aut igitur falſa Ughellius tradidit, aut Pogianus erravit, qui a Pio IV. habitum hunc ſenatum duodecimo Kalendas julii, hoc eſt viceſimo junii die, initio ſuae narrationis commemorat. Fortaſſe vera Ughellius prodidit, nec tamen Pogianus erravit, ſed Pogiani librarius, qui pro XI. ſcripſit XII.

Maximus, archiepiſcopus melfitanorum (*o*), pontifici max. ceſſit archiepiſcopatu, Conſano cardinale relatore, ſervato tamen Criſpi cardinalis jure, quod nomine regreſſus obtinebat. neque id abnuit pontifex, ſi tamen vellet Criſpus vel ipſe in epiſcopatu commorari, vel alteri cedere, qui commorationis officio fungeretur.

Retulit altera actione Hippolytus card. ferrarienſis de pariſienſium archiepiſcopatu, quo cedebat Euſtachius archiepiſcopus, quia tantum munus, per aetatem & propter morborum incommoda, adminiſtrare non poſſet; in cujus locum nominabat Galliae rex Gulielmum Violam, ſubdiaconum pariſienſem, hominem quadragenarium, legitimis natum nuptiis, moribus probatiſſimis; & in primis catholicum (quod jurati de illo graves teſtes ſcripſerant), juriſque civilis & pontificii magiſtrum, qui fidei profeſſionem edidiſſet. fructus archiepiſcopatus eſſe dixit M. M. M. & D. aur. Petiit, ut Euſtachio, qui ceſſiſſet archiepiſcopatu, reſervare liceret, penſionis nomine, ex illis vectigalibus quatuor millia librarum (ut galli vocant) turonenſium; quae ſumma major dimidia fructuum parte non eſſet.

Actum, eodem auctore, de monaſterio, quod appellant *de eleemoſyna*, ciſtercienſis ordinis, quo cedebat Luiſius Paduanus epiſcopus deſignatus. id monaſterium ſua nominatione rex illi Euſtachio, qui archiepiſcopatum reliquiſſet, viro doctrinae & probitatis laude in tridentino conventu ſpectato & cognito, commendari cupiebat. monaſterii vectigal annuum dixit eſſe centum florenorum. conceſſum, commendae, ut appellant, nomine, quia gallicana res eſt, ne ad haereticos recideret. relicta etiam homini ſunt beneficia, quod commutatio eſſet illa ceſſio, duo monaſteria, & prioratus tantum ad annum, quod eſſet conventualis.

Idem ferrarienſis retulit de vaſatenſi epiſcopatu, qui vacaret ex eo tempore, quo is, qui illo ceſſerat epiſcopatu, Joannes Balguerius, caturcenſium epiſcopus a Pio pontifice factus eſſet. ad illius igitur vacui epiſcopatus adminiſtrationem nominatus a rege eſt Franciſcus Balguerius, abbas Exren. cluniacenſis ordinis, homo ſexagenarius, quem literae publicae & pri-

(*o*) Ad epiſtolam *Camillus* d. 20. oct. 1562. monuimus, alios *Melphitanos* ſive *Melphitenſes*, alios *Amalphitanos* ſive *Amalphitenſes* eſſe; atque illis quidem epiſcopum, his archiepiſcopum praefuiſſe atque praeeſſe; denique Maximum hunc de Maximis non *Melphitanorum* epiſcopatum, ſed *Amalphitanorum* archiepiſcopatum per triennium obtinuiſſe, eoque hoc ipſo anno ſeſe abdicaſſe. Itaque pro *Melphitanorum* reponendum eſt *Amalphitanorum*.

vatae, epiſcoporum, magiſtratuum, conventuum, ſtudiorum teſtimonia, juſta matre natum, nobilem, decretorum & ſacrarum literarum peritum comprobarent. Vectigalia epiſcopatus aeſtimantur M. M. M. M. librarum turonenſium. poſtulatum eſt, ut huic adornando liceret retinere monaſterium, cujus fructus aeſtimarentur florenis octingentis, & prioratum conventualem, dimidiam etiam fructuum partem alterius prioratus. allatum eſt, graves epiſcopatui ab haereticis importatas calamitates, dictumque, premi eum virum annua penſione duorum millium librarum, quae Carolo Strotio florentino eſſet attributa. commemoratum etiam, ab ipſo Franciſco tum monaſterium, tum prioratum magnifice refectum. conceſſum ei eſt perpetuum jus retinendi monaſterii, propter illas rerum anguſtias, temporumque difficultates, prioratus vero ad annum.

Egit Gonzaga cardinalis, ut proximo ſenatu referret de ceſſione jerapetienſis epiſcopatus.

Reliqui fuerunt quatuor Luſitaniae epiſcopatus, referente Aſcanio Sfortia, cardinale camerario. primus mirandenſis, quo Julianus de Alva juſtiſſimis de cauſis cedere cogeretur: in cujus locum peteret rex, uti ſuccedere liceret Antonio Pinheiro, presbytero ulisbonenſi, theologiae magiſtro, caeteriſque ornamentis, quae in epiſcopali gerendo munere requiruntur, abundanti. fructus aeſtimari dixit VIII. millibus ducatorum. pro eo, qui cederet epiſcopatu, poſtulatum eſt, ut ei, penſionis annuae nomine, M. ducati, ut vocant, de camera, concederentur, uſurpatio item in poſterum nominis mirandenſium epiſcopi.

Alter fuit elborenſium archiepiſcopatus, quem, à luſitano cardinale depoſitum veriſſimis de cauſis, Luſitaniae rex pontifici max. ſupplicaret, uti conferret in Joannem de Mello, Luſitaniae ſummum inquiſitorem, rebus omnibus, quas archiepiſcopalis officii munus poſceret, ornatiſſimo. petitum eſt, ut jus eſſet cardinali, penſionis nomine, ex illis vectigalibus ſingulis annis XX. millia ducatorum, quos cruciatos vocant, obtinere, & mille quingentos tritici modios; quae ſumma non ſuperaret dimidiam fructuum partem: item, eodem nomine, duo millia & quingentos ducatos, rectoris, doctorum ac diſcipulorum cauſa jeſuitarum ſocietatis, quod (p) illi extinctum iri vellent penſionem,

(p) Inter hanc vocem *ſocietatis* & ſequentes *quod illi &c.* media erant in noſtro exemplari haec verba: *qui eis ſolverentur, cum primum ipſorum conſenſu ſublata & inducta penſio eſſet, illis pontificia auctoritate conceſſa, neque prius ſolvi deſinerent, quam ipſi jeſuitae frui coepiſſent vectigalibus parochialis beneficii, quod cujuſdam vita circumſcriptum eſſet, & bonorum, quae,* ab

ſionem, eorum collegio pontificia auctoritate conceſſam; ſed iis conditionibus, nihil ut prius jeſuitis ſociis ſolveretur, quam fructus parochialis beneficii, quod collegium obtineret, & cujuſdam vita circumſcriberetur, conſiſterent, & collegii rector ac ſocii quorundam bonorum, quae, ab archiepiſcopatu avulſa, illis eſſent attributa, poſſeſſionem creviſſent. Praedium autem petebatur cum bonis, quae illud quacunque ratione attingerent, & adminiſtratio domus ſodalium cucullatorum, quam cardinalis prope ipſam urbem aedificaret; item penſio duorum millium & quingentorum ducatorum, tuendi cauſa officii ſanctae inquiſitionis in elborenſi civitate: quae pecuniae erogatio relinquatur arbitrio cardinalis, ſummi in Luſitania inquiſitoris, vel (*q*) ſi ſibi eam velit conciliare pecuniam, quod maximos ipſe ſumptus fecerit in illud officii munus; quae tamen pecunia, cardinale mortuo, ab iis, qui deinceps in illis locis ſummi inquiſitores fuerint, in uſum inquiſitionis erogetur. annuum vectigal archiepiſcopatus quadraginta ſex millibus ducatorum aeſtimatur, quod in rationibus fiſci pontificii xx. millibus florenorum deſcriptum eſt. q

Sylvenſis erat tertius epiſcopatus, vacuus translatione elborenſis archiepiſcopatus ad eum, qui Sylvenſi praeerat, cui (*r*) r
petiit (*ſ*) ut praeficeretur Hieronymus Oſorius (*t*), presbyter ſ t
doctri-

ab archiepiſcopatu avulſa, eis attributa eſſent, omnino poſſeſſionem creviſſent. Quae verba loco ſunt a me mota, quod ea a Pogiano primum quidem ſcripta, ſed deinde repudiata atque expuncta, pro iiſque illa ipſa *quod illi &c.* quae ſequuntur, ab eo ſubdita exiſtimarim. ſed ne ſic quidem omne hujus loci mendum ſublatum puto.

(*q*) Poſitum *vel ſi* pro *etiamſi* videtur. exemplum mihi veterum nunc nullum ſuccurrit, niſi Martialis illud libro 3. epigr. 5. ad librum ſuum:

Eſt illi conjux, quae te gremioque ſinuque
Excipiet, vel ſi pulverulentus eas.

(*r*) Scilicet ſylvenſi epiſcopatui.

(*ſ*) Scil. Luſitaniae rex Sebaſtianus.

(*t*) Hieronymi Oſorii, hominis luſitani, pietatem, doctrinam, eruditionem abunde edita ejus ſcripta teſtantur: quorum nonnulla ipſemet in litteris, ad Hoſium die 20. apr. an. 1570. Villanova Portimanenſi Romam datis, commemorat: *In pontificio*, inquit, *munere* (erat autem tum algarbienſium epiſcopus) *perſungendo non valde negligenter me gero. partim crebris concionibus homines ad ſtudium pietatis alliciendo, partim fluxos mores ſevere coërcendo, id Chriſti benignitate conſequutus ſum, ut converſio multorum inſignis fieret. quod tempus ex his occupationibus eripere poſſum, ad ſcribendum confero. multa habeo domi compreſſa, quae confido nonnullam utilitatem bonis allatura. ultimum opus, a nobis abſolutum, quinque libris Veriſſimae ſapientiae rationem complectitur; quae, ut noſter Paulus ait, in Chriſti cruce tota conſiſtit. quomodo autem hoc opus cum aliis in lucem prodeat, explicare non queo; & interdum metuo, ne, ſi morte, quae nunquam, ut ſunt res humanae, procul abeſt, oppreſſus fuero, laborum meorum fructus intereant.*

Digitized by Google

doctrina, eloquentia, ac vitae innocentia clarus, ea conditione, penſionem ut retinere poſſet Oſorius. fructus epiſcopatus ſunt ad ſeptem millia ducatorum; deſcribuntur M. M. M. M. florenorum.

Quar-

reant. aliquid tamen excogitabo; ne videar mihi tantum, ut ajunt, atque Muſis cecinisse. Oſorii hoc opus, obi io lucem editum poſtea eſt, quanti fecerit Hoſius, docet Staniſlaus Reſcius in ejuſdem Hoſii *Vita* lib. III. c.17. his verbis: *Oſorii vero, laudatiſſimi Albargiorum* (corr. *Algarbiorum*) *epiſcopi, paraphraſim in Eſaiam ſic adamaverat, ut eam plus triginta vicibus perdiligenter legerit ... & alium ejuſdem Oſorii libellum, quem de Vera ſapientia inſcripſit, pridie ejus, quo ex hac luce migravit, diei magna cum voluptate legi ſibi juſſit*. Iterum Oſorius io litteris, ad eumdem Hoſium die 30. jan. 1571. Sylvio datis, *Lucubrationes autem*, inquit, *in quibus, cum eſt otium, quod ſane exiguum eſt, operam & ſtudium conſumo, me valde ſollicitum habent. librarii enim aut non ſunt apud nos, aut, ſi aliqui ſunt, ita imperiti ſunt, ut illis quidquam committere non audeam. quo minus autem foras mittam, multa ſunt impedimento. nam & caſus ancipites, & hominum perfidiam, & artificum, me abſente, negligentiam perhorreſco*. Aliquid ſe tamen edidiſſe, ſed ejuſmodi editionis, propter mendas, quae irrepſerant, ſe valde poenitere, eumdem Hoſium docet litteris, inſequenti anno 1572. die 21. maji Villanova Portimanenſi datis: *Mea quidem*, inquit, *ſponte fuit editus liber De regia diſciplina & inſtitutione, in quem multum operae & ſtudii contuleram. hujus tamen meae facultatis me valde poenituit. nam, cum ego abeſſem, librarii partim imperitia (rudimenta nanque nunc ponunt) totum corpus mendis innumerabilibus inquinarunt. ſunt praeterea multa, notis minime cohaerentibus, perturbata & inverſa: in quibuſdam locis verba deſunt, in aliis ineptiſſime abundant; ita ut non mediocrem moleſtiam ceperim. quamvis tamen id mihi male proceſſerit, impediri tamen non potui, maxime cum me Antonius Pintus admoneret, quin tibi librum mitterem*. Has Oſorii litterarum particulas ex iotegris ejus litteris deſcripſi, quae inter Hoſii editas permiſtae reperiuntur. Admonitus autem ac doctus hujus ſenatus actis, ex quibus ſylvenſem epiſcopatum non oiſi hoc anno 1564. Oſorio delatum iotelligimus, quamdam ejus ad Hoſium epiſtolam perperam collocatam, & mendoſe anno 1560. noo ſine magna rerum atque hiſtoriae perturbatioue, notatam deprehendi. ea eſt ſexageſimaoctava, ſic inſcripta: *Hieronymus Oſorius epiſcopus ſylvenſis Staniſlao Hoſio cardinali oecumenicae ſynodi legato apoſtolico*. adſcriptio autem haec eſt: *Lagis. 26. menſis julii anno* 1560. Sed profecto anoo 1560. neque ſylvenſem epiſcopatum Oſorius, neque cardinalatum, aut apoſtolicam illam legationem Hoſius conſequutus fuerat. Omnino in annum 1568. rejicienda eſt illa epiſtola: quo anno exploratum eſt fuiſſe ab Hoſio ad Oſorium ſcriptam octogeſimamnonam, quae eſt hujuſmodi: *Quas ad me dediſti literas 20. novembris anni 1566. ubi per totum annum latuerint, ſatis mirari non poſſum. nec enim redditae mihi ſunt, niſi poſt annum jam tranſactum. quo minus mirari debes, ſi tardius illis reſpondeo. Quod autem aliarum quoque literarum, quas ad me dederis, meminiſti, nullas accepiſſe me, recordor, poſtea quam Tridento diſceſſi .... Vehementer autem tibi gratulor, quod, quam gentem tu moderandam ſuſcepiſti, non eſt a ſtudio verae religionis averſa, neque peſtife-*

ris

Quarto loco retulit camerarius de archiepiſcopatu ulisbo-nenſi, vacuo morte Ferdinandi archiepiſcopi, qui extra roma-nam curiam e vita migravit. petebat vehementer rex (*u*), ut illi prae-

ris diſciplinis infecta, nec ab eccleſiae conventu diſtracta. quam vellem, ut meae quoque dioeceſeos idem eſſet ſtatus! cum primis eſſe me felicem judicarem. verum, proh dolor! quos mihi moderandos Deus commiſit, ii ſe moderatoris egere non putant; ipſi ſibi ſunt paſtores & epiſcopi, ipſi ſibi ſunt concilia, ipſi ſunt etiam ſibi ſummi pontifices; ligant, ſolvunt arbitratu ſuo. homines fuiſſe dicunt priſcos ſanctos patres, errare potuiſſe, quin & erraſſe. quaſi vero non homines etiam fuerint Lutherus & Calvinus, & ſi qua ſunt alia haereticorum portenta ... Effeci tamen, Deo gratiam ſuam ſuppeditante, proxime ſuperioribus menſibus, ut reciperetur Dei verbum in regia quadam civitate (ſcilicet, elbingenſi), *quae primaria eſt dioeceſis hujus meae* (ſcil. varmienſis): *quo miſi quoſdam e ſocietate Jeſu, qui jam quintum ibi menſem commorantur non ſine fructu ... Quos miſeros illuc e ſocietate Jeſu magnas perſecutiones paſſi ſunt; lapidibus etiam aliquando petiti. ſed vicere tandem patientia ſua, magiſque tuto jam eſſe loco videntur ... In Polonia vero deteriore loco res eſſe videntur. arriana ſecta, quin & anabaptiſta majores in dies vires ſumit ... Datum Heilſpergae* 2. (vel pro 2. ſcribendum eſt heic 14. vel in Oſorii mox afferendis litteris, pro 14. reſcribendum eſt 2.) *aprilis* 1568. Non tam ex hac adſcriptione, quam ex hiſtoriae fide manifeſtus eſt hujus Hoſii epiſtolae datae annus. Nunc mihi Oſorii epiſtolam illam ſexageſimamoctavam conſidera, cumque hac Hoſii confer; &, ſi non eſſe reſponſionem ad hanc manifeſto deprehenderis, ſcriptam non anno 1568. quemadmodum ego contendo, ſed 1560. ut ejus adſcriptio vulgata prae ſe fert, putato: *Literas*, inquit Oſorius, *quas ad me 14. die menſis aprilis dediſti, quinto die julii menſis accepi; quibus incredibili gaudio cumulari potuiſſem, niſi mihi multa nunciarent, quae magis erant lacrimis atque luctu, quam laetitiae ſignis accipienda. Dicis, te mirari, ubi literae meae annum latuerint, antequam in manus tuas pervenirent. ego vero gratiam illis habeo, quod anno vertente e latibulis tandem emerſerint: illud indigne patior, reliquas, quas ſcripſeram, tenebris, ut video, ſempiternis latuiſſe ... In ea vero, quod mihi de provincia gratularis, equidem fateor, in ſummis Dei beneficiis eſſe referendum, quod vulgo Lutheri nomen ad ſceleris tantum deteſtationem frequenter in his oris uſurpatur. cum enim ſceleſtiſſimum hominem appellare volunt, Lutherum nominant. vis autem ipſius lutheranae peſtis ignoratur. itaque, etſi mihi certamen cum adulteris, cum hominibus audacibus & facinoroſis, qui mihi graves moleſtias exhibent, inſtitutum eſt, tamen cum recordor, neminem comparere, quem Lutherus aut Calvinus infecerit, ſummas Chriſto gratias mihi pro tam immortali beneficio ſemper agendas ſtatuo ... Cum ſemel prolapſa mentiendi libido praecipitat, nunquam in uno loco reſiſtit. quocirca minime admiror, ſepultas Arrii reliquias in vitam revocari, & anabaptiſtarum impiam ſectam ab hominibus audaciſſimis inſtaurari; qui tandem eo progrediuntur, ut Deum tollere de mundo conentur ... Quod homines ſocietatis Jeſu illuc pervenerint, & quod tibi operam ſtrenue navent, mirifice laetor. ſunt enim ſummis virtutibus exculti, & acriter in ſtudium probitatis incitati, & multum ad peſtiferas opiniones evellendas idonei ... Loeis. 26. menſis julii anno* 1560. Corrigendum 1568. jam nemo non intelligit. (*u*) Sebaſtianus.

x praeponeretur Henricus cardinalis luſitanus (x), eo pacto, ſibi ut poſceret, penſionum nomine, ex fructibus archiepiſcopalibus quingentos cruciatos ducatos in ſingulos annos, viris attribuendos, qui & regi grati eſſent, & a romano pontifice nominarentur. petebat etiam, ſibi ut liceret reſervare titulum, monaſteria, prioratus, regreſſus, patrocinia, penſionum facultates & fructuum eccleſiaſticorum, indultorum, & adminiſtrationum, & omnino omnium, quae prius obtineret. fructus epiſcopatus y aeſtimantur xxv. millibus (y) florenorum. haec omnia uno ſenatu, luſitanorum regis gratia, & prima actione confecta & conceſſa ſunt.

VIII.

(x) Is, qui huic ipſi Sebaſtiano regi, anno 1578. in expeditione africana interemto, in regno ſucceſſit, primuſque in cardinalium collegium regiam dignitatem invexit. de qua re exſtant hae Hoſii ad eumdem litterae, die 23. oct. ejuſdem anni Roma datae. *Cum de miſerabili clade, quam proximis ſuperioribus menſibus accepit Luſitania, deque caede nobiliſſimi pientiſſimique regis Sebaſtiani fuiſſet huc allatum, in omnium animis majorem perturbationem cernere licuit, quam ut facile credi queat. Offuſa mentibus omnium atra quaedam caligo videbatur. Poſteaquam vero fuit auditum, quam ſe rex ille fortiter geſſerit, qui, cum certum vitae ſuae diſcrimen impendere videret, cum laude progredi, quam, quod nonnulli ſuadebant, cum ignominia regredi maluit, nec prius, quam rege, cum quo praelium inierat, interfecto, &, hoſtibus duplicata clade confectis, innumerabilibus eorum copiis oppreſſis, pro Chriſti fide ſtrenue pugnans occubuit: reſpirare non nihil coepimus... Caeterum, poſteaquam regni gubernacula tibi fuiſſe tradita, renunciatum eſt, e tenebris, quibus circumfuſi fueramus, prorſus emergere viſi ſumus: cum nova quaedam lux mentium noſtrarum oculis affulſiſſet, qua mirifice ſumus omnes recreati. nec enim orbis chriſtiani pars ulla eſſe videtur, in qua pietas & religio tua ſingularis, ſimul prudentia, rerumque experientia, quam etiam aetas attulit, minime vulgaris, multorum ore non praedicetur. prae caeteris autem exultabat gaudio collegium hoc noſtrum cardinalium; quod cum vix ullo ſaeculo, quam hoc noſtro, fuerit illuſtrius, tot in illud filiis, patribus, nepotibus, pronepotibus maximorum principum, regum, & imperatorum cooptatis, te rege renunciato, tanta facta eſt ad ſplendorem illius & dignitatem acceſſio, vix ut ullus majori locus relictus eſſe videatur. unum enim hoc ad ſummum honorem deerat, ut in collegio noſtro regem quoque cardinalem haberemus. &c.*

(y) *millia* exempl. Emendavi. ſed alia nonnulla, emendationis nihilo minus indigentia, quae in ſuperioribus occurrerunt, non ſum auſus emendare. de duobus tantum lectores extremo hoc loco admonebo. alterum eſt, quod pag.418. *piſanorum epiſcopatus*, alterum, quod pag.419. *pariſienſium archiepiſcopatus* quater, *archiepiſcopus* autem ſemel appellatur. atqui ſatis conſtat, eâ, qua illa acta ac ſcripta ſunt, aetate, piſanis archiepiſcopos, pariſienſibus non niſi epiſcopos praefuiſſe: quum primum archiepiſcopum piſanis Urbanus II. jam inde ab anno 1092. dediſſet, pariſienſibus autem Gregorius XV. anno denique 1622. dederit.

Digitized by Google

VIII.

Julius Pogianus Stanislao Hoſio Card. Varmienſi. (a) a

Reſpondet Hoſii litteris, de Commendono, de Borromaeo, deque Joanne Hoſio multa commemorans. 28. jul. 1564.

O Jucundiſſimas tuas (b) literas! quae mihi & moleſtiam b
abſterſerunt, qua afficiebar ex ancipiti dubitatione, utrum
non (c) accepiſſes literas meas, an, illis redditis, non tantum c
valuiſſet apud te excuſatio diuturni ſilentii mei, ut exiſtimares, exiguam praetermiſſi officii ſignificationem eſſe dignam novo munere literarum; & cumulum praeterea voluptatis attulerunt. me enim prior illa pars epiſtolae vehementer delectavit;
qua tibi non injucundas fuiſſe ſcribis meas literas, ſpectatum (d) d
etiam ſtudium atque obſervantiam in te meam (e). qua in re e
etſi

(a) Inter Hoſii epiſtolas, Coloniae an. 1584. editas, haec quoque Pogiani reperitur, ordine ducenteſima triceſima tertia: cujus variantes lectiones deinceps afferemus. epiſtola autem Hoſii, ad quam haec eſt Pogiani reſponſio, octogeſimaſeptima eſt in eadem editione; eamque nos ſupra ad epiſt. *Quod ad te* d. 22. dec. 1563. exhibuimus. Porro hanc non Pogiano, ſed card. Auguſtano codex barberinianus errore non dubitando tribuit.

(b) *Amplitudinis tuae* Editio colon.

(c) Si quis voculam *non* redundare hoc loco putat, fallitur. neque enim Pogiani dubitatio in eo verſatur, utrum Hoſio redditae ſint eae litterae, an non ſint redditae; ſed in eo, utrum redditae non ſint, an iis ille reſpondere noluerit. diſcrimen, quod inter utrumque intercedit, videre non poteſt, niſi qui ad res etiam grammaticas acre ingenium & dialecticorum acumen attulerit. verum, ut tardis etiam atque hebetibus perſpicuum hoc ſit, inducendus eſt ipſe Pogianus ſecum ipſe de eadem re dubitans: *Cur mihi*, inquit, *Hoſius tamdiu non reſcripſit? an quod meas litteras non acceperit? an quod iis reſpondere noluerit?* Vides, non dubitare eum de unius ejuſdemque rei veritate aut falſitate, quale illud eſſet *acceperit ne Hoſius litteras, an non acceperit*, ſed inter duo diverſa ancipitem haerere, nec, in utro ſit veritas, poſſe ſtatuere: *Fortaſſe*, inquit, *litteras non accepit: fortaſſe etiam, iis acceptis, reſpondere noluit*. Hoc ſcilicet eſt *dubitare, utrum non acceperit, an reſpondere noluerit*. Quid alii ſentiant, neſcio. mihi quidem verborum diligens ac perfecta ratio, quam Grammaticam dicimus, in eadem, qua reliquae vel maximae ac difficillimae artes, ſubtilitate atque obſcuritate verſari, ſemper viſa eſt. quibus aliter videtur, ii aut experti non ſunt, quanta ſit haec res, aut ne illis quidem rebus atque doctrinis, quas potiores putant, poterunt ſatisfacere. Teſtandum hoc mihi ſemel fuit, ne quis forte arbitretur, Pogianum aut caeteros ejus ſimiles, ingeniis ſuis diffiſos, ac rerum difficultate deterritos, ad verba ſe atque ad harum potiſſimum litterarum ſtudia contuliſſe.

(d) Subaudi *fuiſſe*.

(e) Hoſii verba, illa fuerant: *Habes igitur cauſas juſtas, opinor, quamobrem ſerius tuis ad me literis reſponderim. quae quam gratae mihi acciderint,*

Digitized by Google

etſi nemini concedo, tamen vel ſingularem amorem, a prae-
f ſtantiſſima tua (*f*) virtute commotum, metior ea judicii regula, qua ſuſceptus eſt, ut minime falli poſſe videatur. verum
g haec ſunt certiſſima tuae erga me ſigna (*g*) benevolentiae, in
b quibus non minimum (*b*) illud fuit, quod cauſas, quamobrem ſerius ad me reſcripſeris, ſubtiliter commemoras. hoc vero maximum, quod ne me quidem ignarum eſſe voluiſti conſue-
i tudinis & convictus tui cum epiſcopo Commendono (*i*); quem ego

rint, verbis explicare vix poſſum. ſemper enim amavi te plurimum propter multa praeclara Dei munera, quibus affatim es illius benignitate cumulatus. quo magis ſui gaviſus, cum literas tuas accepiſſem, tui vicissim amoris in me teſtes locupletes.

(*f*) *virtute tua commotum &c.* Edit. col.

(*g*) *benevolentiae ſigna. In &c.* Ead.

(*b*) *nimium* Ead.

(*i*) *Comendono* Ead. & ſic infra. De Commendoni autem Varmiam adventu ita ad Pogianum Hoſius ſcripſerat: *Ad eccleſiam meam reverſus, non ſine magna animi mei voluptate Commendonum noſtrum in ea excepi: cujus etiam nunc jucundiſſima conſuetudine fruor. nam inde eum ad hunc reſidentiae meae locum perduxi*. Sed de hoc Commendoni Varmiam adventu, deque ejus apud Hoſium, aut certe in varmienſi Hoſii dioeceſi, commoratione libentibus animis audituros lectores noſtros arbitror, quae Gratianus, aſſiduus itinerum Commendoni ſocius, in ſuo *Itinerario* apud nos ms. memoriae prodidit: *A lì 20.* inquit, *di maggio 1564. che fu la vigilia di Pentecoſte, ſi partiſſimo di Marienburg, & a una lega trovaſſimo una villa con un bel lago: & havendo paſſato un grandiſſimo prato, arrivaſſimo a hora di diſenare a Elbinga, diſcoſta da Marienburg leghe quattro. queſta terra è aſſai munita, & ha acqua capace di aſſai gran barche, che vi vengono da Dantiſco. queſt'acqua eſce d'un lago grande, poco ſopra Elbinga, detto Drauſno, & ſi sbocca di quà nel mar baltico ... Gionto che fu monſignor* (Commendone nuntio pontificio) *in queſta terra, ſubito mandò il ſenato a preſentargli alcune ſtagnate di vino: & poi vennero i conſuli in perſona a viſitar ſua ſignoria reverendiſſima; co' quali hebbe un ragionamento molto grave & efficace intorno a le coſe de la religione, & innovation di dogmi. Doppo diſenare partiſſimo di quì, & andaſſimo a Varmia, ov' è la cathedra di quella dioceſe. vicino a la terra ci vennero incontro alcuni canonici & altri gentilhuomini in nome di monſignor illuſtriſſimo cardinale* (Oſio): *il quale aſpettando nel ſuo cortile, ricevè con allegrezza incredibile monſignor reverendiſſimo. Varmia, detta da' thedeſchi Fravvenburg, è poſta a canto di un ſino del mar baltico, che vi pare uno ſtretto ſolo, eſſendovi da ponente ſerrato da un'iſola aſſai longa. queſta terra ſi può chiamare villa più toſto che città, non havendo neſſuna ſorte di muraglia. è in temporale de' canonici: ma le appellationi sì di queſto, come d'altri luoghi di canonici, vanno al veſcovo. La chieſa è grande & bella aſſai, munita di foſſate in modo di fortezza. il veſcovo non vi ha altro, che una caſa ſola, ſenza intrata alcuna. ma vi ha una lega lontano Brunsberg, città principale di queſta dioceſe, aſſai bella & ricca per la commodità del mare, vicino come a un miglio italiano, poſta al Paſſaria fiume, che vi entra nel mare. Queſti canonici ſono ricchi; ma tutti ſono obligati a ſacramento di confeſſare a niſſuno la certezza de l'intrate loro. ſono ſedici prebende, fra quali ſono degnità quattro, prevoſtura, decanato, vicariato,*

ego virum, quia illius ordinis, qui pluris eſſet ingenio, virtute, prudentia, pietate, adhuc cognovi neminem, ſemper fe-

riuto, che loro chiamano cuſtodiouato, & arcidiaconato. una prebenda, che ſi chiama di S. Andrea, vaca ſempre, & vien convertita ne li biſogni de la chieſa. La dioceſe fu già diviſa in tre parti, de le quali due toccarono al veſcovo; ne le quali ſono queſte città, Brunſperg, & Varmuthu a la Paſſaria ſiume, Heilſpergu, & Gutſtat al fiume Ala (Seburgum), Wurteburg, Riſlu, Biſtein, & Biſperg, le quali due però non hanno privilegia di città, benchè quella ſia cinta di muro. Ne la terza parte ſono Alleſtein, ove reſiede il luogotenente del capitolo, & Melſuco, poſta fra Varmuthu & Erunſperg a la Paſſaria: con molte altre ville. l'elettion del veſcovo ſuol'eſſer libera, & per queſto, eſſendo i canonici tutti del paeſe, & per il più dantiſcani, & obligati per ſtatuto di ricevere alcun polacco nel collegio loro, fu queſta veſcovado molti anni in mano de' dantiſcani. ma hora, havendo il rè violato queſto ſtatuto con nominar loro veſcovo monſignor Oſio, aſſunto poi da Pio IV. al collegio de' cardinali, ſono ſorzati di ricever hora sì polacchi, come prutheni. Queſti canonici ſono tutti huomini di conto più per virtù, che per nobiltà. la chieſa è meglio tenuta, che neſſuna di queſto regno. La collation de' canonicati è del papa, veſcovo, & capitolo, toccando quattro meſi de l'uuno per una. Ali 22. dopo diſenare andaſſimo inſieme con monſignor illuſtriſſimo cardinale a Brunſperg una lega. il caſtello di queſta terra è mal tenuto & quaſi ruinato, & ſoleva già eſſer grande aſſai; ma una parte è occupata da le caſe de' cittadini. Queſta terra quanto a le perſone private era per la longa abſentia del cardinale cominciata ad infettarſi non poco de la fecce de' vicini heretici, nè potendoci provedere con tutta la diligentia, che uſaſſe il capitolo, furono poi queſto anno medeſimo ridotti quelli, che vi erano, a la prima devotione de la fede catholica, con ſomma & incredibile fatica di eſſo cardinale, con inſtruirli & predicar loro ogni dì. pochi però eleſſero eſſilio, continuando ne la pertinacia loro. per conſervation dunque di queſta terra & di tutta la dioceſe, il cardinale vi ha inſtituito un collegio de la compagnia di Jesù, havendo con gran ſpeſe ſue fatto venire da Roma & altre parti di Germania huomini pii & dotti di queſta compagnia, acciò inſtruiſcano la iuventù con le lettioni ne la ſchola, & i vecchi con le prediche ne le chieſe. A li 26. partiſſimo di quì, & accompagnati dal cardinale andaſſimo logiare a Varmuthu, terricciuola aſſai bella, poſta, come ho detto, a la Paſſaria, leghe cinque. il cardinale vi ha un caſtello piccolo, ma aſſai commodo. A li 27. andaſſimo a diſenare in una villa, & logiare a Heilſperg, luogo ordinario a la reſidentia del veſcovo. A li 6. di giugno partiſſimo di Heilſperg dopo diſenare, & andaſſimo a dormire a Seburg, terricciuola del cardinale con un bello & allegro caſtello, conceſſo dal cardinale al ſuo vicario temporale in vita. ſono da Heilſperg leghe cinque. A li 7. andaſſimo diſenare a Alleſtein, terra de li canonici di Varmia, i quali vi tengono un governatore, canonico ancor eſſo, ch'è come principe abſoluto, mentre che dura il ſuo magiſtrato, & non ſi muta a tempi certi, ma al beneplacito del capitolo. Vi era a l'hora governatore il ſignor Jacomo Zimmerman dantiſcano, perſona grave, coſtumato, dotto, & di gratiſſimo aſpetto. vi hanno un caſtello buono, & per un mediocre aſſalto aſſai forte. A li 8. che fu l'ottava del Corpus Domini, monſignor reverendiſſimo portò in proceſſione il Corpus Domini, con gran devotione di quel popolo. dopo la meſſa cominciò a creſimar fin dopo mezzo giorno, & dopo diſenare fin' a

Digitized by Google

ci plurimi: pro quo, niſi me Dei providentia deterreret, con-
k quererer (*k*) audacius, & iniquitatem temporum, perverſitatem judiciorum liberius accuſarem. ſed difficile eſt loqui de ea re, unde rationem divinam excludere non poſſis. quare ſuſtinebo me. illud certe, quod & Commendono jucundum, qui te ſo-
l litus ſit omnibus anteferre (*l*), & tibi gratum eſſe ſcio, qui tantum

fin' a ſera; & così il dì ſeguente creſimò molte centinaja di perſone. A li 9. andaſſimo dormire a Dietrichſwolt due leghe, villa de' medeſimi canonici. A li 10. andaſſimo a Lubania, terra con un buon caſtello del veſcovo di Culma, che vi fa per il più reſidentia. è poſta ſul fiume N. La medeſima ſera, che arrivaſſimo, monſignor creſimò, & il dì ſeguente, che fu domenica, tutto il giorno. A li 12. partiſſimo, & paſſando la terricciuola detta ancor eſſa Alleſtein, ma de la juriſdittione del duca di Pruſſia (vi è ancora un caſtello), poi paſſaſſimo alcuni boſchi & ville; & tornaſſimo la ſera ad Alleſtein, quello dico de li canonici. ove monſignor reverendiſſimo continuò il dì ſeguente il creſimo con gran concorſo del populo. A li 14. andaſſimo a Gutſtat; ove ci aſpettava il cardinale. vi arrivaſſimo a diſenare. Il dì ſeguente andaſſimo a Reſſel, terricciuola aſſai bella con un caſtello bello & commodo. In queſto paeſe è una ſuperſtitione tale, che a tempo di peſte ſi cerca il primo corpo, morto di quel male; &, aperto il ſepolcro, dicono di trovarlo ſentato, mangiando i panni, che ha d'intorno. conducono adunque il boja, che gli dia ſu le tempie; onde n'eſce ſangue: & credono, che così ſi ammazzi la peſte. & queſto popolo di Reſſel queſto anno ſi è ridotto a far pruova di tale ſuperſtitione. ma, quando non ſi truova la prima perſona, ch' è morta di peſte in quella terra, dicono, che non giova. A li 16. andaſſimo diſenare a Biſtein, terricciuola ſenza caſtello, cinta di muro. non è però tenuto fra il numero de le città. tornaſſimo la ſera a Heilſperg. Itinerarii hujus reliquum in manibus meis non eſt: at ſunt Commendoni ad card. Borromaeum de ſua legatione litterae. ex iis, quae undecimo julii die Heilſperga datae ſunt, quo demum is tempore ab Hoſio a varmienſique dioeceſi diſceſſerit, intelligimus. ait enim: *Io partirò di quì fra due giorni. &, come arrivi in corte, darò ſubito conto di quanto occorrerà a V.S. illuſtriſſima.* Fuit igitur apud Hoſium dies tres & quinquaginta Commendonus, quem Varmiam die 20. maji veniſſe de Gratiano audivimus.

(*k*) Propterea quod ejus meritorum ratio non habetur, nec adhuc homini ea, quae tantae virtuti debentur, praemia (cardinalatum autem intellige) tributa ſunt. ſed, quum humana omnia divina providentia adminiſtrentur, prohiberi ſe dicit, quominus de ea re conqueratur. Ea tamen praemia conſequutus eſt Commendonus anno inſequente 1565. a Pio IV. die 12. mart. cardinalis creatus.

(*l*) Hoſio quantum Commendonus tribueret, oſtendit ipſe in binis ad card. Borromaeum litteris, Heilſperga datis. die 30. maji, *Di queſto ſignore*, inquit, *ſe bene io sò eſſer ſuperflua dar a V.S. illuſtriſſima novo teſtimonio, eſſendo la bontà & dottrina ſua in procurar il ſervitio di Dio, & in dimoſtrar la ſua oſſervantia verſo noſtro ſignore & coteſta ſanta ſede, notiſſima a noſtro ſignore & a tutto il mondo, nondimeno non taccerò di dire, ch' egli nel governo di queſta ſua dioceſe non laſcia a dietro coſa alcuna. A li dì paſſati riduſſe, com' io ſcriſſi a V.S. illuſtriſs. la terra ſua di Brunſperg a l'ubedientia & a la religione catholica; & hora non ſi ſente in alcuna parte de lo ſtato ſuo alcun*

tum ei tribuis, praeterire non poſſum, gaudere me incredibi-
liter, eſſe illum apud te, praeſertim tali iſtius regni tempore.
nam, ſi eo loci res eſt, medicinam ut poſſit accipere, aut ge-
mina (*m*) iſta virtute ac prudentia ſingulari ſanabuntur, quae *m*
multorum vel inſcitia vel malitia violata ſunt, aut aliud agen-
dum, & precibus ac votis modo remedium deſperatis rebus
quaerendum erit. ſed Dei (*n*) fretus benignitate confido, fore, *n*
ut curatione (*o*) iſtius noſtri, &, qui rem exulcerarunt, appa- *o*
reant, &, qui tenent, quid cuique committendum ſit, intel-
ligant. vos interea fruimini bono congreſſus, ſermonis, & con-
ſuetudinis veſtrae, quam, in ſumma rerum, hominum, tempo-
rum difficultate, inſtar vitae eſſe, non dubito. Cauſae autem,
quas affers, tui reditus in patriam, occupationes item epiſco-
pales, & rationes adminiſtrandi munus iſtud, re (*p*) maximum, *p*
tempore difficillimum, ſic expreſſae ſunt tuis ad me literis, ut
animus iſte tuus, infixus in charitate eorum, quos tuae fidei
pruden-

cun movimento; anzi tutti ſi ſono communicati ſecondo il rito catholico parte a poſqua, & parte poi. Die autem 15. junii, *Non ceſſa mai*, inquit, *queſto ſignore di penſar, come ſi poſſano ajutar le coſe de la religione. compone libri, ſcrive lettere, predica, ammoniſce con molta libertà il rè & gli altri ſignori. hora apparecchia un luogo per il jeſuiti: nutriſce molti gioveni ne la dottrina catholica. brevemente, non riſparmia nè ſpeſa nè fatica. ſopra tutto, col buon eſſemplo de l' integrità & innocentia ſua mantiene miracoloſamente queſta ſua provincia ſana in mezzo di peſtilentiſſime hereſie.*

(*m*) Scilicet, tua & Commendoni.

(*n*) *confido, fore Dei fretus benignitate, ut &c.* exempl. Emendavi. emendationis autem cauſam attuli ad epiſt. *Nihil mihi* d. 24. apr. 1563.

(*o*) *curationem iſtius morbi & qui rem exulcerarunt aperiant, & qui tenent &c.* Edit. col. Mendoſe multis locis. exemplaris noſtri lectio vera atque a Pogiano eſt. hoc dicit: „Confido forè, ut, curante iſto noſtro (id eſt, Commendono), & tantorum malorum auctores manifeſti ſint, & poſthac nunciorum a pontifice rom. in provincias mittendorum major delectus habeatur, quam adhuc habitus eſt „. Ita enim in ſuis ad Pogianum litteris Hoſius ſcripſerat: *Caeterum, in magnis curis & moleſtiis, quibus hic afficior, credibile non eſt, quantam ex Commendoni noſtri praeſentia conſolationem capiam, de quo in patriam noſtram nuntio mittendo quantopere laboraverim, ſtatim ut ad eccleſiae gubernacula pontifex hic noſter acceſſit, procul dubio tenes memoria. ſed, parum propitio nobis Deo, factum eſt, ut hoc tanto bono privaremur; cum non deeſſent iſthic, neque deſint etiam nunc, qui magis hominum quorundam cupidorum & ambitioſorum commodis, quam regnorum, ad quae nituntur, ſaluti proſpectum cupiant. quae res, ut aliis terris nonnullis, ita patriae quoque meae plus attulit detrimenti, quam credi facile queat. itaque plus eſt incommodatum his terris per triennium illud, quo Commendonus noſter, cui decreta jam legatio fuerat magna cum pontificis voluntate, fuit ab ea rejectus, quam ut, quod neglectum eſt, ne dicam corruptum, ſarciri vel ſanari facile poſſit.*

(*p*) *ut maximum, ita hoc tempore &c.* Edit. col.

prudentiaeque commiſit Deus, ſpirare videatur in epiſtola. quam
deinde epiſtolam cum Borromaeo cardinali, ejus juſſu, cui is
q faſciculus primum (*q*) eſt redditus, legendam dediſſem, „Ego,
inquit, niſi eximium ſtudium chriſtianae religionis ac pietatis
ſummi hujus viri ex ejus & ſcriptis & actionibus haberem cognitum, vel unis his literis facile adducerer, ut illi hujus laudis tribuerem principatum„. Commovit videlicet hominem pro-
r ſ feſſio illa (*r*) devotionis capitis tui (*ſ*) pro ſalute eorum, quibus praees, excitavit magna ſpes, qua teneri te ſcribis, tibi, ſi res poſtularet, animum & ſtudium oppetendae mortis allaturum Deum: quod te periculum libentiſſime etiam aditurum affirmas, ut eo calice, quam poſſes, gratiam referres ei, qui ſalutem orbi terrarum ſuo calice propinavit. quae ſic a te ſcripta ſunt, ut appareat, te non aegrius eo deſcenſurum, quam illa
t expedieris. nec vero non extat (*t*), eundem te, cui ne cupienti
quidem, certe non petenti, delati ſunt honores, illo officio,
u x quod a Paulo *opus* appellatur (*u*), fungi (*x*) ſic, ut magis ipſe
labo-

(*q*) Eadem editio omittit hoc *primum*.

(*r*) Profeſſio illa, qua Hoſius ſuum caput pro ſuorum ſalute devoverat, illis illius ad Pogianum litterarum verbis continebatur: *Quod ſi non aliter ſalus periclitantibus repraeſentari poſſet, quam ſi funeribus* (fort. *fluctibus*) *illis obruendus iſtis* (fort. *unus*) *abjicerer, ipſe tantum de illius* (Dei) *clementia mihi polliceor, quod hanc etiam ad rem promptum & alacrem animum eſſet mihi largiturus. Daret ille, quod juberet, juberet deinde quicquid vellet. haud aliter illius auxilio fretus ad ea obeunda, quae mortalium animis maximum terrorem adferunt, futurus eſſem paratus, quam alii ſolent, ad epulas acceſſuri. quod enim eſſe mihi poſſet ſuavius epulum, quam ſimilem illi calicem guſtare pro Chriſti nomine, quem prior ipſe pro nobis Deo guſtare voluit, quamlibet amarus videretur, ut ad idem praeſtandum ſuo nos exemplo invitaret?*

(*ſ*) *ſui* Edit. col. Sane mendoſe.

(*t*) Id eſt, *apparet, manifeſtum ac perſpicuum eſt*. Reſpondet autem hic locus illi Hoſii litterarum particulae: *Revera nunc ad illa tempora ventum eſt, de quibus a Paulo fuit ſcriptum „Qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat„: cum ad idem opus vocati videantur, ad quod illo tempore vocabantur, de quibus hoc ſcripſit apoſtolus. Quamvis ego nec epiſcopatum, nec alios honores ullos expetivi unquam: ſed, quoniam ſic Deo viſum eſt, ut eſſem hoc loca, precor illius clementiam, ut vires mihi ſuppeditet, quo poſſim eo munere, ad quod me vocare dignatus eſt, ad ipſius nominis gloriam, & eccleſiae utilitatem perfrui* (fort. *perfungi*).

(*u*) Epiſtola I. ad Timotheum, cap. 3. v. 1. *Fidelis ſermo: ſi quis epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat*. Verborum autem *bonum opus* illa veriſſima ſententia eſt, quam illis ſanctorum patrum plerique tribuunt, quamque Hoſius in ſuis illis litteris ſignificavit, epiſcopi munus valde arduum eſſe & adminiſtratu difficile. *Si quis*, inquit Hieronymus in epiſtola 83. ad Oceanum *epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat: opus, non dignitatem*.

labores, recte ut munus (*y*) adminiſtres tuum, quam plerique faciant (*z*), ut dignitatis gradus conſequantur. ſed de te, pro re quidem, parum, apud te certe (*aa*) ſatis, ne dicam nimis multa, qui virtutum actione, non etiam commemoratione delectaris. Mandata tua perſecutus ſum; quae mihi cum das tuo jure (*bb*), quam (*cc*) ego agnoſco amorem in me tuum, cum ea (*dd*) temperas & quaſi condis illo artificio humanitatis, ut excuſes libertatem jubendi tuam, tam (*ee*), in admiratione mirifici pudoris tui, illum deſidero amorem, cujus ſumma mihi ſemper erit (*ff*) illa ſignificatio, ſi omnia libere imperaris. Lainius, jeſuitarum ſocietatis magiſter (*gg*), tametſi eas (*hh*) preces, quas quotidie pro Germania fieri jubet, ad iſtos etiam homines pertinere arbitratur, tamen proprie & nominatim mandavit

y *z* *aa* *bb* *cc* *dd* *ee* *ff* *gg* *hh*

tatem, laborem, non delicias &c. Franciſcus Turrianus in epiſtola ad Hoſium data die 17. ſept. an. 1572. quae inter Hoſii editas centeſima ſeptuageſima ſeptima eſt, Iſidorum quoque peluſiotam in eamdem ſententiam advocat. ait enim: *Verum Grodecius... ad excellentius certamen, licet periculoſius, ſervabatur, nempe ad bonum opus epiſcopatus; de quo vere illud poëtae dici poteſt „Hoc opus, hic labor eſt„. hoc enim ſignificat hoc loco Pauli* ἔργον. *id eſt, opus* τὸ δύσκολον, καὶ δυσδάσκατόρθωτον (corr. δυσκατόρθωτον) πρᾶγμα, *id eſt, difficile & arduum: ut illud apud Salomonem „Virum fidelem reperire, opus„. Obſervavit hoc Iſidorus Peluſiota: ne de aliena laude decerpam. Eſt igitur epiſcopatus bonum opus, id eſt arduum negocium, quod ſine magna difficultate, & aſſidua ſollicitudine, & ſumma vigilia* (fort. *vigilantia*) *ſuſtineri laudate non poteſt*. Eam rem Iſidorus is tractat libro IV. epiſt. 229.

(*x*) *Sic fungi, ne &c.* Edit. col.

(*y*) *adminiſtres munus tuum &c.* Ead.

(*z*) *faciunt* Ead.

(*aa*) Vox *certe* in eádem deſideratur.

(*bb*) Referuntur haec ad Hoſii litterarum illa, fere extrema: *Vide autem, quam ſit amor minime verecundus. nam, quaſi jus aliquod habeam imperandi, ſic tibi mando ut facias.*

(*cc*) Quam ſit colonienſis illa litterarum reliquorumque Hoſii operum editio corrupta, vel hic unus locus declarat, qui in ea ſic legitur: *Quem ego agnoſco amorem in me tuum? cum temperas & quaſi condis illi artificio &c.* Sed ne noſtrum quidem exemplar, neque vaticanus aut barberinianus codices omni heic mendo vacant; ut deinceps oſtendemus.

(*dd*) Voculam *ea*, neque in editis neque in mſs. codicibus comparentem, addidi ex ingenio, tamquam neceſſariam, ad *mandata tua* referendam.

(*ee*) Heic quoque omnes codices peccare exiſtimavi, qui non *tam*, ſed *quam* prae ſe ferunt. ego *tam* omnino neceſſarium duxi atque repoſui, hac admodum commoda planaque ſententia: „ Quam agnoſco amorem tuum in modeſtia ac tamquam pudore, quo in mandatis mihi dandis uſus es, tam velim, eumdem in me amorem poſthac a te, non illa modeſtia tua ac pudore, ſed libertate potius mihi quidvis mandandi atque imperandi, declarari „.

(*ff*) Omiſſa eſt in Edit. col. vox *erit*.

(*gg*) Praepoſitum generalem vulgo dicimus. Succeſſerat autem Ignatio Loyolae, qui fuit ſocietatis Jeſu conditor ac primus magiſter, Jacobus hic Laynius anno 1556.

(*hh*) *preces eas, quas &c.* Edit. col.

Digitized by Google

ii davit de eo, quod ſcribis (*ii*) . oratio igitur utrunque collegium

(*ii*) Hoſius ita ſcripſerat: *Tu & ipſe Deum precaberis, ut haec noſtra conſilia ſecundet, & piis omnibus, ut idem faciant, auctor eris; praecipue vero patri Laynes, ſanctae ſocietatis Jeſu generali: quem rogabis meo nomine, ut una cum ſocietate ſua Deum ſedulo deprecetur, quo vehementer afflictam in his terris eccleſiam ſuam oculis miſericordiae ſuae reſpicere, &, quae graviſſima cervicibus noſtris impendere mala videntur, procul ab ea propulſare, non noſtris meritis, ſed pro ſua bonitate velit*. Verum per haec tempora Laynius de juvanda in illis terris Dei eccleſia non modo piis ſuorum precibus, ſed etiam opera atque induſtria, cogitabat. exſtat in *Tabul. eccl. rom.* ejus ad Hoſium epiſtola, die 24. ſuperioris menſis junii Roma Heilſpergam data, in qua, *Quod attinet*, inquit, *ad aliquos de noſtra ſocietate in Pruſſiam tranſmittendos, antequam quid certi reſpondeam, expectabo litteras, quas ſe ſcripturam pollicetur dominatio veſtra illuſtriſſima, re cum apoſtolico nuntio collata. hoc interim certo ſciat, animum noſtrum eſſe non minus promptum ad res Pruſſiae, quam Auſtriae pro modulo noſtro juvandas; etiamſi in eodem diſcrimine iſthic verſaremur, quod in Auſtria nos non reformidaturos ſcripſi: ubi talem ducem; qui exemplo ſuo nobis praeire ſit paratus, nondum invenimus*. Agebatur autem tum de collegio ſocietatis Jeſu Brunſpergae inſtituendo. Verum, ne quis illo Gratiani loco, in ſuo *Itinerario*, decipiatur, quem locum ſupra attulimus, quique eſt hujuſmodi: *A li* 22. (di maggio 1564.) . . . *andaſſimo* ... *a Brunſperg* ... *Per conſervatione dunque di queſta terra, & di tutta la dioceſe* (varmienſe) *il cardinale* (Oſio) *vi ha inſtituito un collegio de la compagnia di Jeſù &c*: ſciat lector, nequaquam, tum cum Brunſpergae Gratianus cum Commendono apud Hoſium verſabatur, illa adhuc accidiſſe, quae de jeſuitarum collegio commemorat: ac ſic exiſtimet, eum, poſtquam inde diſceſſerat, jeſuitaeque eo veniſſent, in commentarium illum ſuum ea, quae aliquot ante menſibus facta fuerant, retuliſſe. certe, menſe hujus ejuſdem anni 1564. ſeptembri, de evocandis tantummodo mittendiſque eo ſociis adhuc agebatur. ſunt in eodem *Tabulario* card. Truchſeſii ad Hoſium litterae, die 4. ejuſdem menſis Dilinga datae; in quibus, *Propoſitum*, inquit, *quod habet reverendiſſima & illuſtriſſima D. V. novum collegium in oppido ſuo braunſpergenſi inſtituendi, omnes pii ac docti vehementer & laudare, &, quantum in ipſis eſt, re ipſa comprobare debent; noſque patrem Caniſium ad reverendiſſimam & illuſtriſs. D. V. proficiſci, atque apud eandem per unum pluresve menſes commorari permitteremus, ſi aliis & quampluribus negotiis is non diſtraheretur* . . . *Alter vero pater Henricus Dionyſius, ſuperiore tempore in civitate colonienſi divini verbi praedicator, apud nos nunc eſt, atque in oppido noſtro Dilinga univerſalis ſtudii rector. Hic vero valetudinis eſt admodum infirmae, neque vires habet ad tam longinquum iter perficiendum. ſcripſimus autem ad reverendum patrem generalem Lainez; eumque rogavimus, ut ex ſocietate patrem aliquem ad reverendiſſimam & illuſtriſs. D. V. mittere velit, qui eidem in conſtituendo hoc novo collegio non minorem operam, quam nominati patres, navare queat: quem ſperamus reverendiſſimae & illuſtriſs. D. V. tam ſancti atque pii inſtituti intuitu, omnia ſtudioſe ac diligenter praeſtiturum*. Sunt item Caniſii ad eumdem Hoſium litterae, die 20. ejuſdem menſis ſeptembris Auguſta datae, in quibus, *Doleo*, inquit, *ſane praeter noſtram & reverendi patris noſtri praepoſiti expectationem id accidiſſe, ut doctor Henricus Dionyſius in Pruſſiam venire*

gium (*kk*) jeſuitarum pro ſalute Poloniae (*ll*). quae ratio precationis eo die eſt inſtituta, quo mandatum tuum expoſui Lainio. poſtridie ejus diei pranſus ſum, ipſius magiſtri invitatu, in gymnaſio, quod vocant Germanorum (*mm*); ubi mirificam *kk ll* *mm*

*nire non poſſit (quemadmodum amplitudo tua deſideravit)... qui a phthiſi modo parum abeſſe videtur.... Mittetur autem loco doctoris Henrici vir bonus & in concionando peritus... Cum eodem alii, novae ſcholae futuri magiſtri, proficiſcentur... Optavi ego ſane vel ante illos vel cum illis ipſis ad illuſtriſſ. Dominum meum cardinalem varmienſem iter ingredi: & hoc votum meum cardinali noſtro illuſtriſſimo (*Truchſeſio*) pateſeci. Sed obſtant ſane multa, quo minus me velint abeſſe hoc tempore viri ſapientes, & credo, idem Deo opt. max. viſum eſſe, cujus eccleſiae inſervire ſtudemus. Illius fiat in nobis voluntas perpetuo, cui uni debemus omnia.* Sunt denique ipſius Laynii litterae, die 10. nov. ejuſdem anni ad eumdem Hoſium Roma datae; in quibus, *De noſtris*, inquit, *tam Roma, quam ex Germania miſſis ad braunſpergenſe collegium inchoandum, hoc tantum habeo, quod dicam, fere omnes eos iſthuc perveniſſe, nos exiſtimare.* Ac ſane vere exiſtimabant. nam ante decem omnino dies, quam illae Laynii litterae ſcriptae ſunt, miſſi Roma ex Germaniaque ſocii ad Hoſium pervenerant. de quo adventu adventuſque tempore ſunt illa in Hoſii *Vita*, a Stanislao Reſcio, protonotario & referendario apoſtolico, conſcripta, & Romae an. 1587. edita, lib.II. cap.26. *Vocaverat* (Hoſius) *ad ſe, ut jam diximus, ex Italia & Germania patres ſocietatis Jeſu; quorum opera in recte inſtituenda juventute, & in verbi Dei praedicatione uteretur. Tranſierant illi per multas peſte infectas civitates, & in aliquas etiam diverterant; idque etiam ante arcem heilſpergenſem, ut res erat, confeſſi ſunt. Hos cum Hoſius adveniſſe cognoviſſet, incredibili laetitia gaudioque cumulatus, Recordatus eſt, inquit, mei dominus, nec me voto meo fruſtratus eſt: ſit nomen domini benedictum. Sed, cum vocaretur a domeſticis in dubium, utrum in arcem ſtatim eſſent admittendi, an alio prius ablegandi, dum ſtatui certo poſſet, utrum in locis infectis aliqua illis contagio adhaeſiſſet, ne & familiam univerſam inficerent, & Hoſio quoque periculum vitae crearetur: In veſpertinis, inquit, precibus (erat enim vigilia omnium ſanctorum) rogabimus dominum, ut nobis conſilii ſpiritum largiatur. Abſolutis autem veſperis, multum fidens immenſae Dei miſericordiae, cum ſe familiamque ſuam & ſubjectos ſibi populos divinae bonitati commendaſſet, patres illos venerandos in arcem admiſit, ac velut angelos Dei non minori gratulatione, quam olim Paſchaſius epiſcopus beatum Hermelandum, cum ſociis ad erigendum monaſterium adventantem, accepit, omnibuſque humanitatis officiis proſecutus eſt: nec eſt ulla peſtilentiae contagio conſecuta.*

(*kk*) Significat *profeſſorum*, quos vocant, domum, & collegium, quod κατ' ἐξοχὴν *romanum* appellant.

(*ll*) *Poloniae tuae* Edit. col.

(*mm*) Id gymnaſium, ſive collegium, ipſemet Ignatius Loyola anno 1552., Julio III. ſummo pontifice, inſtituerat. Alebantur in eo quattuor & viginti germanicae nationis adoleſcentes, & bonis moribus ac litteris, in rei catholicae apud germanos ſubſidium, ab jeſuitis ſodalibus informabantur, pontificis maximi, cardinalium, aliorumque piorum hominum facultatibus ſuſtentati. aedes incolebant, quae Vitelliae familiae erant, in vico flaminio ſitas, & S. Marcelli aedi proximas ac continentes: donec eos Gregorius XIII. pont. max. an. 1573. ad

ſobolem chriſtianae juventutis, & plane ſeminarium vidi floreſcentis eccleſiae (*nn*). in illis cognovi Joannem, fratris tui filium

S. Apollinaris tranſtulit, ſedemque iis propriam ac ſtabilem, & reditus certos, multo pluribus, quam antea, alendis pares, attribuit. *Florebat id collegium* (inquit Sacchinius in *Laynia* lib. VIII. ſect. 39. ad hunc ipſum annum 1564.), *tametſi pauci erant alumni germani, ut cum maxime frequentia ac nobilitate & diſciplina adoleſcentium aliorum. ducenti quindecim numero erant ex variis nationibus, plerique cardinalibus, aliiſque viris principibus neceſſitudine arctiſſima juncti. duo praeterea turcae, unuſque armenius ingenio praeſtanti; quibus e patria ultro, ut chriſtiana ſacra ſuſciperent, profugis Pius* (IV.) *pontifex neceſſaria vitae & educationis adjumenta ſuppeditabat. efferatiores initio caeterorum conſuetudo & exempla, tum clemens inſtitutio brevi manſueſecit. Ut omnia uſu dieque perficiuntur, multa hoc anno ad rationem domeſticae diſciplinae adjecta, contuberniis accuratius pro aetatum varietate diſcretis, patris Joſephi Corteſoni inventa. Eo cuncta regebantur ordine, ut nemo putaret melius conſuli poſſe ſuorum aetatibus, quam ſi honeſtiſſimo illo in convictu collocaviſſent, & fortunatos ſe crederent, quibus inter tam multos petitores aditus patuiſſet.*

(*nn*) Similem hujus laudem germanorum huic collegio, ſane merenti, tribuit Gratianus in epiſtola quadam, quae cum aliis ejus plurimis manuſcripta apud me adſervatur, ad Nicolaum Thomizkium polonum, nobiliſſimum adoleſcentem, ſcripta, & die 23. nov. an. 1566. Roma Patavium data: *Vidimus*, inquit, *germanicum contubernium, inſpeximuſque totum. admiratus ſum cum multitudinem adoleſcentium, tum mirificum ordinem & rationem, qua & vivunt & reguntur omnes. Sunt etiam juvenes adulti permulti, qui eadem diſciplina continentur, atque una omnes regula ad literas, ad probos mores, ad pietatem diriguntur; ad quod ipſum eſt inſtitutum contubernium. conſentaneas inſtituto leges habent, diſtributa tempora diei noctiſque, ſic, ut, quae divinis officiis, quae ſtudiis, quae cibo, quae ſomno, quae exercitationibus corporis animique relaxationibus dandae ſint horae, quiſque teneat. ingenui cantus muſicae & fidium permiſſi: ludi latrunculorum & pilae conceduntur. atque haec omnia, ut dixi, ſtatutis temporibus. nemini datur famulus: ipſi ſibi invicem miniſtrant: lectum ſibi quiſque ſternit. qua in re imperitiam Julii Savorniani, quem nuper his aggregaveramus, riſimus, qui ſuum lectulum vix contexerat ſtragulo, incompoſitumque reliquerat: caeterorum mira elegantia. &c.* Atque his ferme laſtitutis, quibus in germanorum collegio vivi tum conſueviſſe, Gratianus commemorat, etiam nunc in eodem vivitur; niſi quod unis germanis atque hungaris adoleſcentibus, ex Gregorii XIII. praeſcripto, novae nunc aedes patent. Illa autem cum Gratianus ſcribebat, duo Pii V. pont. max. ſororis nepotes Hieronymus & Michael in eodem germanorum contubernio vivebant; tertius, Michaël item nomine, omnium natu maximus, poſtea ab eodem Pio cardinalis creatus, ibidem haud ita multo ante vixerat. id quod ex Joannis Polanci litteris ad Hoſium, die 9. mart. ejuſdem anni 1566. Roma datis, & in *Tabul. eccl. rom.* pag. 409. recenſitis, didici; in quibus, *Cum his diebus*, inquit, *pater noſter praepoſitus* (Franciſcus Borgia) *ſummum pontificem* (Pium V.) *adiiſſet, laudaretque ipſius ſanctum propoſitum de compoſitionibus non admittendis, & de conſanguineis moderate* (*ut fecerat*) *juvandis, nimium erga eoſdem affectum non oſtendendo, idque conſolationem maximam nobis afferre diceret, precareturque Deum, ut eam mtn-*

filium (*oo*), ea humanitate ac modeſtia puerum, ea etiam commendatione ingenii, ſtudii, probitatis ac religionis, ut non ſolum ore, ſed illa (*pp*) etiam indole & ſpe ſummae laudis, plane veſter eſſe videatur (*qq*). legit ille tuas ad me literas (vo- *oo* *pp* *qq*

mentem, quamdiu viveret, conſervaret; grato animo id pontifex accepit, ſeque a Deo vocatum eſſe ad pontificatum, ut eccleſiae, non ut conſanguineorum utilitati, inſerviret, teſtatus eſt. & ita revera videtur cum duobus nepotibus, germanici collegii noſtri alumnis, ſe geſſiſſe: quibus penſiunculas quaſdam aſſignavit, ex quibus ſobrie ſuo in ſtatu vivere poſſint. ſingulis enim quadringentos aureos annuae hujuſmodi penſionis dedit. Tertium habebat nepotem, qui ante aliquot annos ex eodem collegio germanico egreſſus religioni S. Dominici ſe addixerat. &c. Tertius hic erat Michaël ille Bonellus, quem Pius die 6. mart. an. 1566. cardinalem creavit.

(*oo*) Joannem hunc, Stanislai Hoſii noſtri, fratris filium, in germanorum contubernium admiſſum fuiſſe non multo ante, quam haec a Pogiano ſcriberentur, conjicio ex Laynii ad Hoſium litteris, die 24. ſuperioris menſis jun. Roma datis: *De nepote*, inquit, *ac Eraſmo Dialinio ſcribet plura fortaſſis pater Polancus. utrumque tamen nobis commendatiſſimum ſemper fore, non dubitet dominatio veſtra illuſtriſſima.* Joannes autem Franciſcus Lombardius die ejuſdem junii ſecundo ad eumdem Hoſium illa ſcripſerat: *Nepotem dominationis veſtrae illuſtriſſimae vidi cum domino Fraſmo. ambo, Dei munere, bene valent, & in literis proficiunt. legi quoſdam eorum partus literarios doctos & elegantes. ſervitutem meam ipſis, gratia illuſtriſſimae dominationis veſtrae, libentiſſime obtuli; &, ſi quando occaſio aderit, paratiſſimum me invenient.* Ejuſdem Joannis mentionem facit idem Lombardius in litteris ad Hoſium datis die 24. inſequentis menſis julii: *Dominus Joannes*, inquit, *nepos dominationis veſtrae illuſtriſſimae, cras prandebit cum illuſtriſſimo domino meo* (card. Amulio), *ut fruatur patrui imagine in nepote.* Sed omnium antiquiſſima Joannis hujus mentio eſt in Franciſci Torrenſis ad Hoſium litteris, die 17. apr. hujus ejuſdem anni Roma datis: in quibus, *Interim*, inquit, *precor dominationem veſtram reverendiſſ. ut ſcribat ad dominum Joannem nepotem, ut, ſi quid ei opus fuerit, mihi ea fiducia dicat, ut ſi dominationi veſtrae illuſtriſſimae diceret.* Ineunte igitur vere Romam Joannem hunc Hoſium veniſſe, & germanorum contubernio aggregatum, crediderim.

(*pp*) *etiam illa indole &c.* Edit. col.

(*qq*) Tanta indole & ſummae laudis ſpe adoleſcens paucis poſt menſibus exſtinctus eſt. Patruum in acerbo ſane ſubitoque caſu Laynius, Caniſius, alii, datis litteris conſolati ſunt. Laynius quidem die 10. nov. 1564. *De chariſſimo*, inquit, *noſtro Joanne Hoſio, qui in meliorem vitam a Deo translatus eſt, quia proximis litteris ſcripſimus, communem doloris ſenſum non renovandum, de re eadem ſcribendo, cenſeo.* Caniſius vero die 18. jan. 1565. Dilinga ſcribens, *Dolemus*, inquit, *interim vicem optimi adoleſcentis Joannis Hoſii, quem Romae ſuſtulit dominus in ſuum regnum, ne malitia mutaret illius intellectum, ſi longius hic ſupereſſet.* Jacturam hanc quam moderate chriſtianeque Hoſius tulerit, litteris ipſe ſuis ad card. Amulium die 19. jan. 1565. Heilſperga datis, oſtendit: *Agnoſco*, inquit, *ſingularem benevolentiam in me tuam, qui de morte nepotis mei, quem revera charum habui, me tam amanter conſolaris. verum, quo fuit mihi charior, hoc minus dolere debeo, quod ſit ad meliorem vitam translatus.*

lui enim ; ut intelligeret & quantum tu pro tua benignitate
rr me amares , & quam ego te (*rr*) colerem & obſervarem) .
quid quaeris ? ſtatim mihi illas reddidit , & capita epiſtolae dixit
ſſ bene memoriter . a quo cum quaeſiſſet gymnaſii moderator (*ſſ*),
an concionari vellet ? (quod ajunt , puerum illa exercitatione
delectari) , reſpondit , ſe prius , quam haberet concionem , modum & rationem ejus conſcribendae velle perdiſcere . Allata
tt ſunt Romam (*tt*) neſcio quot corpora polonicae confeſſionis
uu tuae (*uu*) , proxime , ut ajunt , impreſſa ; quae evanuerunt eádem

nam haec noſtra tot & tantis plena eſt calamitatibus , ut non fruſtra celebrari ſententiam illius a multis videam , qui dixit , Optimum eſſe non noſci , vel natum cito mori : cum in ea tempora inciderimus , quae ſummam animis noſtris perturbationem adferunt . ſit nomen domini benedictum .

(*rr*) *Amplitudinem tuam* Edit. col.

(*ſſ*) P. Joſephus Corteſonius : cui ſucceſſit P. Tarquinius Romanus, quem ipſo Pii V. pontificatus initio , hoc eſt anno 1566. ineunte , collegii germanici moderatorem reperio . Fuit uterque magna probitatis prudentiaeque laude ſpectatus . Utrique autem P. Franciſcus Turconius novocomenſis , qui eidem collegio , haec nobis ſcribentibus, praeeſt , nihil in utraque laude concedit , comitate vero , quae eſt homini ſingularis , fortaſſe antecellit .

(*tt*) Omittit Edit. col.

(*uu*) Inſigne illud Hoſii opus ſignificatur , inſcriptum *Confeſſio catholicae fidei chriſtiana , vel potius explicatio quaedam confeſſionis , in ſynodo petricovienſi a patribus provinciarum gneſnenſis & leopolienſis in regno Poloniae facta anno domini 1551.* Qua ex inſcriptione ſatis intelligitur , cur id opus Pogianus *polonicam confeſſionem* appellarit . de quo opere ſaepe a nobis , neque indiligenter , dictum eſt . vide epiſtolas *Quae malum* d.15. nov. 1561. & *Cum ſaepius* d.14. mart. 1562. & *Nihil* d.17. oct. ejuſdem anni . ſed operis praeſtantiam cognoſce etiam ex Staniſlai Reſcii teſtimonio in ſua hoſianorum operum ad Stephanum I. Poloniae regem nuncupatoria epiſtola , Romae Kal. ſept. an. 1582. data . *Ad libros autem eius* (Hoſii) *quod attinet , tam eſt omnium laudibus pervulgata & celebrata hoſianarum lucubrationum utilitas , ut , quod olim de quodam Gregorii thaumaturgi ſcripto creditum eſt , id quidem de Hoſii quoque noſtri libris exiſtimare non dubitent , quod eos ipſa mater Dei virgo Maria ſcribenti dictaverit , vel , quod de Baſilio ſuo Theologus ſcriptum reliquit , in pyxide ſpiritus ſancti calamum ſuum ſcribens intinxerit ; nec alia contra noſtri temporis haereticos ſcribendi materia ſcriptoribus ullis relicta poſt Hoſium eſſe videatur . neque etiam dubitavit vir quidam eruditus germanos ſuos admonere , ut Hoſii chriſtiana catholicae fidei Confeſſio in omnibus templis & cathedris ab omnibus parochis populo praelegeretur , & iterum atque iterum repeteretur : cum vix quiſquam iſto , ut ait, ſaeculo plenius , utilius , apertius , magis etiam ordinate totum corpus doctrinae chriſtianae , totamque illius vim & rationem complexus , nec efficacius Lutheri errores , & aliarum ſectarum vanitates refutaſſe videatur ; ita ut merito poſſit , propter admirabilem vitae ſanctitatem , & divinam pene eruditionem , rerumque maximarum uſum & experientiam , non pro qualibet eccleſiae Dei columna , ſed pro altero hujus temporis Auguſtino reputari . Cujus rei illud quoque maximum argumentum eſſe ſtatuo , quod ipſa etiam authore viven-*

te ,

dem illa hora, qua expoſita ſunt in taberna libraria. mirum eſt, quam multi eorum librorum deſiderio teneantur (xx). Archiepi- xx

te, bis & trigeſies in praecipuis chriſtiani orbis urbibus, latina, germanica, gallica, flandrica lingua omnes Hoſii libri typis excuſi in polonicam etiam & italicam tranſlati videbantur (& fortaſſe etiam in armenicam, ſicut ex ſermone viri cujuſdam, in hac urbe illuſtriſsimi, accepimus) Romae, Pariſiis, Venetiis, Lugduni, Antuerpiae, Coloniae, Moguntiae, Dilingae, Cracoviae, Viennae. tam facile per manus hominum diſtrahebantur, tam avide a doctis & indoctis legebantur, & aſſervabantur.

(xx) De hujus operis deſiderio, quo casd. Amulius inter caeteros flagrabat, dare poſſum Franciſci Lombardii teſtimonium in litteris ad Hoſium die 7. jan. an. 1564. *Expectat*, inquit, *idem illuſtriſſimus dominus* (Amulius) *librum Confeſſionis veſtrae. Itaque rogo dominationem veſtram illuſtriſſimam, ut, nacta opportunitatem, ad nos tranſmittere dignetur; nec mei obliviſcatur*. Rurſuſque in litteris die 2. jun. ejuſdem anni datis, *Neſcio*, inquit, *quid de literis illis factum ſit ... In illis duo ſignificaveram illuſtriſſimae D. V. alterum, quod illuſtriſſimus dominus ſatis optabat videre illuſtriſſimam D. V. & de facie agnoſcere, quem fama & ſcriptis ſatis probe noverat: alterum vero, quod expectabat librum, Antuerpiae excuſum. expectabam & ego anxie, & expecto adhuc. rogo & obſecro D. V. illuſtriſs. ne ſui ſervi obliviſcatur*. Denique die 24. aug. *Quod autem*, inquit, *attinet ad librum Confeſſionis, cardinalis meus caret hoc libro. ſed credo illum Eraſmum Diolinium non reperiſſe hic venalem. dominus ſecretarius dominationis veſtrae illuſtriſs. miſit ad me notulam typographiae Confeſſionis pluribus in locis, ſola excepta Italia; quod certe magnum dedecus eſt. ſed illuſtriſsimus dominus meus dixit mihi, ſe curaturum, ut omnino hic liber tam* ἀναγκαιότατος, καὶ χρησιμώτατος *imprimatur vel Romae, vel Venetiis apud Aldum: & ego, ut hoc propoſitum facile executioni praeſtet, fungar procuratorio munere*. Tandem allato Romam volumine, ejuſque copia Amulio facta, ita ad Hoſium idem Lombasdius die 5. dec. 1564. ſcripſit: *Menſis eſt jam elapſus, quod miſi litteras cardinalis mei, ſimul & meas illuſtriſſimae D.V. quibus ingentes gratias agebat cardinalis, agebam & ego, pro aureo dono tuae Confeſsionis catholicae. Nunc mihi ſeſe offert occaſio ſignificandi illuſtriſs. D. V. cardinalem meum adeo delectari lectione tuae Confeſsionis, ut non ſolum illi ſufficiat ſingulis noctibus (negotia enim diurna impediunt) reertari hac lectione, ſed nervis omnibus tentavit cum cardinale cameraria, hoc eſt Vitellio, ut Romae cuderetur typis Manutii. Perſuaſit etiam crebro hoc reverendiſſimus protanotarius Syrletus; qui apertiſsime confeſſus eſt, nullum librum his temporibus contra haereſes legiſſe, quod vere eſſet* ἀντίδοτον τῶν αἱρετικῶν, *niſi hunc librum D. V. illuſtriſsimae*. Obiter lectores admonebo, perperam a Lombasdio opus illud Hoſii *Confeſsionem catholicam* appellari. nam *Confeſsionem chriſtianam* appellari illud ipſum ſuus auctor voluit; atque ita inſcriptum jam ante multos annos primum ediderat. cogitaviſſe illum quidem de alio quodam opere, idque etiam inchoaſſe, verumtamen non perfeciſſe, quod *Confeſsio catholica* inſcribendum eſſet, ex Caniſii ad eum litteris, die 20. oct. 1562. Tridentum Auguſta datis, intelligimus, in quibus illa ſunt: *Accedat his* (tuis libris) *liber de Oppreſſo verbo; &, ſi pateſt aliquando & illud opus abſolvi, Confeſsio catholica, Confeſsioni auguſtanae oppoſita*. Caeterum, Hoſium aegre tuliſſe, in alio quodam opere vocabu-

yy zz chiepiſcopus ſipontinorum (*yy*) totus eſt tuus (*zz*); qui ſtudium
aaa & operam ſuam a me tibi deferri voluit. A Sirleto (*aaa*) tibi
ſalutem plurimam refero; quem eſſe ſcito in principibus iis,
bbb qui te & colunt & admirantur (quanquam (*bbb*) quis hujus
ccc officii non appetit principatum?). Torrenſem (*ccc*) audio &
valere & ſtudere ſic, ut abdat ſe in literas; quem ego multos
ddd dies non vidi, neque qui viderit (*ddd*), praeter unum aut ſum-
eee fff mum (*eee*) alterum, qui illi caſu occurrerit, reperire potui (*fff*).
conve-

cabulum *chriſtianum* in *catholicum* mutatum fuiſſe, comperi ex ejus epiſtola 140. ad Laurentium Magium, ſocietatis Jeſu, ut vocant, provincialem. ait enim: *Duos terniones ad me miſſos legi, quos non potui non probare ... Palinodias Quadrantini non diſplicere, gratum eſt; ſed illud moleſtum, quod in fronte libelli pro* Chriſtianus *ſcriptum eſt* Catholicus. *nam videbatur ea vox emphaſim eſſe majorem habitura, ſi diceretur, ſicut a Quadrantino dictum eſt „ Fui, proh dolor! lutheranus, factus ſum per Dei gratiam chriſtianus „. Qua de re expoſtulavi etiam cum Cholino. nam certum eſt, lutheranos non eſſe chriſtianos: quandoquidem aliunde, quam a Chriſto, nomen ducunt, & ab ejus corpore ſe per ſummum ſacrilegium praeciderunt. Sed Cholinus veſtram ſocietatem authorem ſibi fuiſſe ſcribit, ut pro* Chriſtianus *poneretur* Catholicus. Sed ejuſmodi mutationis auctores jeſuitas non fuiſſe, agnovit poſtea ipſe Hoſius, idque litteris, ad eumdem Magium die 31. maji an. 1572. Roma datis, ita eſſe, facile ſe credere profeſſus eſt: *Quod in Fabiani*, inquit, *Palinodiis nomen* Chriſtiani *mutatum eſt in* Catholici *nomen, facile credo nulla ſocietatis veſtrae culpa factum eſſe; quae intelligit procul dubio cum Cypriano, Chryſoſtomo, Tertulliano, caeteriſque doctoribus eccleſiae catholicae, haereticos, qui catholicam eccleſiam reliquerunt, chriſtianos non eſſe, nec vocari hoc nomine debere.* Eiuſdem operis venetam editionem vidi anni 1573. apud Franciſcum de Franciſcis hoc titulo: *Palinodiae ſive Recantationes Fabiani Quadrantini, cum factus eſſet ex Lutherano Chriſtianus, recitatae Brunſbergae in collegio Societatis Jeſu: juſſu & auctoritate illuſtriſs. & reverendiſs. cardinalis Staniſlai Hoſii editae.*

(*yy*) Ptolemaeus Gallius novocomenſis, ex martoranenſium epiſcopatu ad ſipontinorum archiepiſcopatum an. 1562. translatus. cardinalem deinde Pius IV. die 12. mart. an. 1565. creavit.

(*zz*) *Amplitudinis tuae* Edit. col.

(*aaa*) D. Guilhelmo Sirleto vide epiſt. *Edictum* d. 17. aug. 1561. & epiſt. *O gravem* d. 19. ſept. 1562. & alias paſſim. hunc quoque Pius IV. anno inſequente cardinalem creavit. de eo hoc ipſo anno 1564. haec ad Hoſium die hujus menſis julii 24. Lombardius ſcripſit: *Dominus Syrletus bene ſe habet ex valetudine, & ſe plurimum commendat orationibus D. V. illuſtriſſimae. itaque dignetur in ſuis precibus memoriam tanti viri facere. certe eſt vir ſingularis doctrinae & ſanctitatis, καὶ κοθολικώτατος.*

(*bbb*) *quemque* Edit. col. Mendoſiſſimé.

(*ccc*) De Franciſco Torrenſi, ſive Turriano, vide epiſt. *Praeclarum* d. 15. maji 1563.

(*ddd*) *vident* Edit. col.

(*eee*) *ad ſummum* Eadem.

(*fff*) Si in Lombardium Pogianus incidiſſet, aliquid ex eo de Torrenſi ſcire potuiſſet. quatriduo enim ante, quam hae ſcriptae ſunt litterae, id eſt die 24. julii, haec ad Hoſium Lombardius ſcripſerat. *Torrenſis bódit pranſus*

conveniam omnino hominem, & urgebo, te (*ggg*) ut faciat ipſe ggg
de ſuis rebus certiorem; cui commendationes tuae quanto ad
id, quod maxime & cupiebat & ei neceſſe erat (*hhh*), adjumen- hhh
to fuerint, & ipſe intelligit, nec ego ignoro. Deum precor,
ut te (*iii*) ſervet incolumem, mihique concedat, ut aliquando iii
prae-

ſus eſt apud dominum meum (*illum enim ſatis diligit*), *& dixit mihi, ſe binas litteras ad dominationem veſtram illuſtriſs. miſiſſe; quas credo nunc legiſſe.* Earum litterarum priores illae ſunt, opinor, quas in *Tabularium eccl. rom.* retulit Cyprianus pag. 355. Roma die 17. apr. 1564. datas, quarum initium eſt: *Quod non ſcripſerim prius ad dominationem veſtram reverendiſs. in cauſa fuit morbus ex renibus, in quem incidi ex itinere.*

(*ggg*) *ut amplitudinem tuam faciat ipſe de rebus ſuis certiorem &c.* Edit. col.

(*hhh*) Puto, ſignificari ſtipendium quoddam, ab illo, ob diligentem ac fidelem operam in concilio tridentino navatam, impetratum; de quo Torrenſis ipſe in ſuis illis ad Hoſium litteris agit. Operae pretium eſt ipſum Torrenſem audire, narrationis initio paullo altius repetito: *Audivi*, inquit, *ex Julio Pogiano, ſcripſiſſe iſthinc* (ex Polonia) *dominationem veſtram reverendiſs. ad reverendiſs. Borromaeum, ut admoneret pontificem, ne confirmaret decretum* (de matrimoniis clandeſtinis, quae concilii tridentini plerique patres ſeſſ. XXIV. irrita ac nulla, niſi certae, ab iiſdem praeſcriptae, conditiones ſervarentur, in poſterum fore decreverant, non paucis epiſcopis atque theologis, inter quos Laynius, Torrenſis, Hoſiusque in primis, fuerunt, in contrariam ſententiam euntibus). *quod quidem magna cum voluptate audivi: & hortamur ac precamur, ut non deſiſtat idem ſcribere & admonere. Crede mihi, multum profuturum eſſe ſperamus propter magnam tui apud pontificem & exiſtimationem & gratiam. Ego quia ſolus eram* (cum primum Romam Tridento veni. Non enim hoc dicit, quod perſpicue falſum eſſet, unum ſe fuiſſe, qui in concilio ſententiam illam de non tentanda ac convellenda ejuſmodi matrimoniorum firmitate defenderit, ſed hoc, nullos ex iis, qui Tridenti illam defenderant, praeter ſe, Romae tunc fuiſſe. nam Laynius, qui unus ex iis fuerat, Romae quidem erat, ſed aegrotabat) *ex Trident. nis, qui hanc ſententiam defenderem* (*aegrotabat enim pater Laynius*), *& quia invidia propter libellum illum meum, lite, ut iſti loquuntur, pendente, editum* (Venetiis de eadem controverſia illa), *laborabam, non potui aperte agere. immo erant, qui exiſtimarent, cum, poſt adventum meum, ad deoſculandum pedes pontificis irem, non fuiſſe me pontificem libenter viſurum. ſed fefellit eos opinio. dedit enim mihi Deus gratiam in conſpectu ejus. aderant octo aut novem cardinales; ex quibus me reverendiſſimus Moronus perbenigne deduxit. aderat proximus reverendiſſimus Borromaeus. tunc pontifex humaniſſimo & blandiſſimo vultu, & verbis item humaniſſimis me excepit. Jocundus, inquit, nobis eſt adventus veſter, & volumus vos remunerare. Reverendiſs. card. Borromaeus, qui meminerat, offenſum fuiſſe pontificem illa mea ſuperiore clandeſtinorum in publicum emiſſa defenſione, & ea de cauſa non audebat mihi multum gratiae oſtendere, coepit deinde liberiore & fidentiore animo erga me eſſe. itaque promittit, ſe velle de ſtipendio illo meo tridentino agere & perficere. adjuvat reverendiſs. card. Gonzaga, & quidem magno ſtudio. neſcio quorſum evaſura ſit res. ego bene ſpero. fiat tamen voluntas Dei.*

(*iii*) *Amplitudinem tuam* Edit. col.

kkk praeſenti (*kkk*) ſtudium & operam aliquam navare poſſim. Da lll mihi hoc pro tua benignitate, ut Commendonum epiſcopum (*lll*) meis verbis ſalvere & valere jubeas. Roma. v. Kal. auguſti. M.D.LXIV.

(*kkk*) Voti compos factus non eſt. Hoſius enim non niſi anno 1569. menſe novembri Romam reverſus eſt, cum jam Pogianus eodem menſe ſuperioris anni diem ſuum obiiſſet.

(*lll*) *epiſcopum & nuntium* Edit.col.

IX.

Julius Pogianus Mario Corrado. (*a*)

26. aug. 1564.

Amicitiam ſuam, cujus ſe eſſe cupidum Corradus litteris oſtenderat, omniaque amici officia prolixe defert.

b EGO ſi te, Corrade (*b*), ex aliis ingenii tui monimentis aut ex ſermone doctorum hominum ignorarem, tua ad me belliſſima epiſtola, pleniſſima etiam ſtudii tui erga literatos viros,

(*a*) Q. Marius Corradus Uriae in Sallentinis natus eſt anno 1508. De patriae ſuae antiquitate atque praeſtantia multis ipſemet ſuorum ſcriptorum locis commemorat, praeſertim in epiſtola ad card. Carolum Borromaeum, qua ſuarum epiſtolarum libros octo, Venetiis apud Joannem Andream Valvaſſorem anno 1565. editos, eidem nuncupat. *Ipſa vero*, inquit, *Uria, quod nemo ignorat, ab heroicis uſque temporibus, omnium antiquiſſima eſt urbium Japygiae, a cretenſibus condita; clara quondam opibus, armis & imperio, quod in caeteras peninſulae urbes tenuit, propriis literis & lingua, quam univerſae regioni dedit, & potentiſſima ſedes meſſapiorum.* In epiſtola autem 233. ad Aldum Manutium, *Quaedam*, inquit, *ad te miſi peregrina, quae, niſi plurimi ac doctiſſimi viri errant, ſcripta a meſſapiis, fortaſſe etiam ante bellum trajanum, fuerunt. meſſapios quum dico, niſi Herodoto nolumus credere, meos ὑριέας ἰήπυγας μεσσαπίους, cives antiquiſſimos, me dicere putabit. illi enim japyges meſſapii fuerunt, a quibus urbs noſtra, imperii ſedes, condita, & Apule Meſſapia cognominata eſt; quae univerſae peninſulae Japygiae nomen renovavit, novam linguam & leges dedit, caeteriſque a Tarento ad Leucam urbibus imperavit.*

(*b*) *Conrade* exempl. neque aliter fuit in inſcriptione. ſed malui editos ipſius non unos libros ſequi; in quibus ipſe *Corradum* ſe, non *Conradum*, appellat. De *Quinti* autem praenomine nonnullam dubitationem injicit particula illa Petri Perpiniani litterarum, ad eum Roma die 23. jan. 1564. datarum: *De Quincti praenomine legi neſcio quid, tua, credo, adſcriptum manu. a me ſi quid in eo peccatum eſt, in quo peccarat tuus puer, ejus tu peccati culpam omnem ſuſtineas oportet, cujus primae litterae, & item alterae, me imprudentem in errorem induxerunt.* ac Paullus quidem Manutius, cujus multae ad Corradum ſcriptae circumferuntur epiſtolae, numquam eum *Quintum* appellat. at vero *Quintum* ipſe ſe Corradus appellavit in fronte voluminis ſuarum epiſtolarum, & in omnium primae inſcriptione, quae eſt reliquarum ad card. Carolum Borromaeum nuncupatoria. eſt praeterea locus quidam in epiſtola 144. quae ad librum quin-

Digitized by Google

viros, ſatis mihi eſſet argumento, te in illis doctrinae principibus (c) numerandum eſſe, quos tecum ſcribis amicitia vel certe literarum officio eſſe conjunctos (*d*). ſed tua mihi jam antea c d

quintum pertinet, quo ex loco *Quinti* praenomine deſignari eum vulgo conſueviſſe, perſpicuum eſt. ſic enim ad Leonardum Clementem in ea ſcribit: *Ei, qui tibi de aegritudine mea, vitaeque periculo nunciavit, nihil eſt, quod iraſci debeat. fortaſſe enim deceptus eſt nomine Marii cujuſdam, cognomento Docti, qui tum morbo ſane gravi tenebatur. nam, quod etiam diſtincte* Quintum *nominaret, & Corradum adjungeret, profecto is mentiri noluit; ſed falſo audita, aut non plane percepta narravit. ego vero & valeo, & te valere cupio &c.*

(*c*) Multa Corradi ingenii monumenta exſtant. ſed hanc ad eum cum Pogianus epiſtolam ſcribebat, non niſi unum, quod ſciam, exſtabat, *Oratio* nempe ad *Vritanos cives* ſuos habita, & Venetiis apud Zilettum an.1561.edita. Poſt annum autem hunc 1564. haec ejus opera prodierunt: *Epiſtolarum* octo illi, quos diximus, libri, Venetiis an. 1565. *De dialectica* liber, Romae an.1567. *De lingua latina* libri XII. Venetiis an.1569. Atque haec quidem eo vivente. poſt ejus mortem, quae anno 1575. contigit, edita Venetiis eſt an.1581. ejuſdem *Ad concilium ſalernitanum oratio*, ſane luculenta: ibidemque an.1582. libri V. *De copia latini ſermonis*. Libros *de lingua latina* Bononiae etiam editos anno 1575. Dominicus de Angelis teſtificatur in opere, quod inſcripſit *Le vite de' Letterati ſalentini . . . in Napoli* (non vero, quod Niceronius in ſuis *Memoires pour ſervir a l'hiſtoire des hommes illuſtres . . . . A Paris* 1732. tomo 19. pag. 310. ait, *in Firenze*) MDCCXIII. De menſuris ſcripſiſſe eum aliquid, ex illo epiſtolae 94. ad Sergium Paſaoiſium loco intelligimus: *De menſuris Brunduſii habebam. quum reddetur, illum ad te mittam. ſed omnino doleo nimiam facilitatem meam, qui invitus illa etiam omnibus jam pene divulgavi, unde mihi apud doctos periclitari neceſſe eſt fama ingenii & literarum. tamen expectabimus; & ſpero, tuae quoque voluntati a me ſatisfactum iri.* In Corradi praeterea *Vita*, ejus *de Copia latini ſermonis* libris praefixa, quam Antonius Amantius conſcripſit, ad Baſiliumque Iſſapicam ſalertinanum, eumdemque caſſinatem monachum, miſit, de aliis tredecim Corradi epiſtolarum libris, nondum quidem tum editis, verumtamen quamprimum edendis, fit mentio. ſic enim legitur: *Extant & alii tredecim libri epiſtolarum, qui omnes, veneeis typis Franciſci Ziletti demandati, propediem expectantur.* Hos ego non vidi: vidi autem, ac valde probavi Corradi caetera; libros illos praeſertim *de copia latini ſermonis*, quibus mihi nihil ingenioſius, nihil eruditius, nihil aut eloquentius aut elegantius videri ſolet.

(*d*) Doctorum hominum amicitias paene ambitioſe expetivit Corradus. in quadam ad Petrum Perpinianum epiſtola, die 31. mart. an. 1563. Uria Romam data (quam in tertio Perpiniani operum tomo doctiſſimus ſodalis noſter Petrus Lazerus anno 1749. Paleariniorum fratrum typis Romae vulgavit) *Colere enim*, inquit, *ſoleo omnes doctiſſimos homines; ut nullos Romoe, pauciſſimos in Italia eſſe ſciam tui ſimiles, quibuſcum amicitia mihi non ſit aut uſus literarum.* & in epiſtola 74. ex editis, quae eſt ad Cornelium Muſſum, bituntinorum epiſcopum. *Nemo enim eſt*, inquit, *quem recte exiſtimem ſentire de literis, quem paulo humaniorem, ad conjungendaſque amicitias propenſiorem eſſe ſciam, quem per locorum intervalla non difficillimum ſit literis provocare, cujus benevolentiam non mihi putarim modis omnibus eſſe colligendam.*

Digitized by Google

e nota erat elegans eruditio, non ſolum ex Manutii (e), Perpi-
f nianique (f), ſocii jeſuitae; commendatione ſingulari, ſed etiam
ex unis & alteris tuis ad Perpinianum literis, quas ille a me
g ideo legi voluit (g), ut, quantus eſſes epiſtolarum ſcriptor, intelli-

(e) Corradum quanti Manutius fecerit, hujus ad illum epiſtolarum aliquot loci declarant. in duodecima libri II. *Debeo*, inquit, *tibi, mi Corrade, tot jam nominibus, prorſus ut non videam, qui ſolvendo eſſe poſſim ... Non ſoleo blandus eſſe, nec auribus dare, quod negari poſſit veritati. quare velim mibi credas affirmanti, neminem me tibi latina in oratione anteponere, conferre admodum paucos. hoc ego ita judico: nec tu meum judicium in dubium revocare debes; cum mibi jam in epiſtolis tuis tantum in hoc genere tribueris. unum doleo, tuam iſtam latere virtutem in extremo Italiae angulo, neque in hac luce verſari, ubi fructum caperes eam laudem, quae tibi debetur judicio ac teſtimonio praeſtantium virorum.* & epiſt. 33. lib. IV. *Mibi quidem*, inquit, *nihil ſcito eſſe jucundius epiſtolis tuis; quas cum lego, delector mirifice amore in me tuo; delector etiam ingenio & ſcribendi elegantia, in qua tibi (non loquor* [illegible]*) pauciſſimos comparo, antepono neminem. atque equidem, ſi per utriuſque fortunam liceret, nihil malim, quam aſſidue tecum eſſe, totoſque dies in tuo ſermone conſumere.*

(f) Corradi cum Perpiniano amicitiam quis, quo tempore, quaque occaſione conciliarit, docet ipſemet Corradus hiſce litteris ad eum pridie Kal. ſextil. an. 1562. Uria Romam datis: *Marcellus frater meus, qui ſuperioribus diebus Roma ad nos rediit, miros de te mecum ſermones agitat quotidie; & omnino tibi vix unum aut alterum confert plurimarum artium ſcientia, ſplendore orationis, & omnium elegantia & gravitate ſtudiorum. ventitare ſe ait conſueviſſe ad te, & frui ſuavitate caſtiſſimi ſermonis, optimi ingenii, & incomparabilis doctrinae tuae. narrat mibi ſaepius, meditari te & ſcribere de illa parte dialecticae, quae pertinet ad inveniendum, praeclara quaedam & admirabilia, quibus non ſperat unquam ſe viſurum eſſe meliora. denique me, bis in ſtudiis ab adoleſcentia verſatum, & nunc M. Tullii Ariſtoteliſque ea de re ſententiam recte conjungere cupientem, impulit, ut ad te ſcriberem. pollicetur enim, fore, ut, quae tua eſt humanitas atque doctrina, acutiſſime libentiſſimeque reſpondeas. &c.* Reſpondit vero Perpinianus, atque ita binis doctiſſimis uberrimiſque litteris (quas in eodem illo ejus operum tomo tertio habes) reſpondit, ut Corradus cumulatiſſime ſibi ab eo ſatisfactum eſſe magna cum gratiarum actione profeſſus fuerit, litteris ad illum ſexto nonas octobr. an. 1563. Uria datis, in quibus *Quae*, inquit, *proxime ſcripſiſti, ea mibi non jucunda ſolum, ſed etiam ad ea, quae cogito, vehementer neceſſaria fuerunt ... Quare tibi ago gratias, quod inertiae quoque meae conſulueris, & laborem detraxeris mibi vel quaerendi, vel iis de rebus amplius cogitandi. denique ſic ſtatuas velim, binis ex tuis literis, amantiſſime ſcriptis, fructum cepiſſe me illum, quem ego maxime cupiebam, ut, ſi quid recte unquam feci, hoc nomine certe mibi placeam, quod plurimi faciens doctrinam & ingenium tuum, jucundam eſſe mibi tecum amicitiam quamprimum putavi. cum vero ſummam quoque humanitatem, ſumma cum virtute conjunctam, in te eſſe perſpexerim, qui proxima epiſtola tua ultro me docueris, quae tibi praeterea in mentem venirent, ſpe non dubia ſum, te, ſi quid etiam poſthac acciderit hujuſmodi, libenter mibi eſſe reſponſurum.*

(g) Illam ipſam Corradi epiſtolam, cujus particulam proxime attulimus, alte-

telligerem. fuerat enim mihi cum eo ſermo de iis, quorum eſſet magnum in Italia nomen in hac ſcribendi facultate. quid quaeris? vidi cognitionem & uſum latinae linguae tuum, minime vulgarem, teque ex eo die ſemper feci plurimi (*b*). ac- *b*

alteram ex iis fuiſſe credibile eſt, quas a Pogiano legi Perpinianus voluerat; qui quidem de ipſa illa in ſuis ad Corradum litteris, die 23. jan. hujus anni 1564. datis, agens *Non me*, inquit, *continere potui, quin eam multis de noſtris, quibus tui ſermonis elegantiam perjucundam fore cognoveram, ultro legendam offerrem... Adulari me tibi crederes, ſi dicerem, quantum delectarit omnes, qui legerunt.*

(*b*) An non ſatis ex tota quidem hac epiſtola, ſed ex hoc potiſſimum hujus epiſtolae loco manifeſtum eſt, Pogiano numquam antea Romae cognitum fuiſſe Corradum? ſed, ne fuiſſe quidem ullo puncto temporis Corradum Romae toto Pii IV. pontificatu, jam jam oſtendam. nunc audi, ac mecum mirare, quid Dominicus ille de Angelis, cujus opus *de Salentinis ſcriptoribus* ſupra laudavi, in ejuſdem Corradi *Vita* pag. 77. nihil ſane haeſitans narret: *Venuto*, inquit, *anche a notizia di papa Pio IV. zio per parte di madre del cardinal Borromeo, ed informato pienamente della gran virtù e dell' incomparabile erudizione di Q. Mario, lo chiamò in Roma iſtantemente per maeſtro de' ſuoi nipoti. al che egli acconſentì, indottovi dalle perſuaſioni degli amici e dalle preghiere de' parenti, i quali caldamente a ciò fare lo conſigliarono, con la ſperanza di qualche ſuo notabile avvanzamento. giunto in quella corte, è incredibile la ſtima, colla quale fu ricevuto dal papa, e da tutto il ſacro collegio de' cardinali; a' molti i de' quali era ben nota la virtù del Corrado ſin da quel tempo, ch'egli ſerviva da ſegretario i cardinali Girolamo Aleandro e Tommaſo Badia. onde poſtoſi ad erudire i nipoti del pontefice, ſi trattenne molti anni con quell' impiego, pieno di grandiſſime ſperanze, ma lantano affatto da ogni premio. ma o ad iſtanza di alcuni cortigiani di palazzo, invidioſi della gloria e della buona ſama del Corrado, o per deſiderio venutone al pontefice, gli fu aggiunto per compagno ne l'inſegnare a quei principi Guglielmo Sirleto, prete calabreſe, uomo anch'egli aſſai dotto, e molto verſato nella cognizione delle lettere grecbe e latine. e tanto ſi avvanzò queſti nella grazia del pontefice, e nella benevolenza e ſervitù de' ſuoi nipoti... che finalmente, non ſenza ammirazione della corte di Roma, fu promoſſo e ſollevato alla dignità cardinalizia. a l' incontro il Corrado, ſchietto egli ed ingenuo in tutte le ſue operazioni, e poco curante d' ingrandirſi, rimaſe tale, quale andò a Roma, e della ſteſſa maniera gli fu d' uopo di ritornarſene alla patria.* Eadem Niceronius tradit: quae ipſa totidem verbis in ſuum *Dictionarium* Morerius tranſtulit. neque tamen ſemel ab Angelio, ſive ab alio neſcio quo, unde Angelius acceperit, falſo primum prodita, poſtea vera novorum teſtium acceſſione evadere potuerunt. omuino commenticius eſt Corradi adventus ille Romam, caeteraque illa omnia, quae homini, Pio IV. pontifice maximo, Romae contigiſſe narrantur. ſex haud amplius annis Pii IV. pontificatus circumſcriptus eſt; quorum primus fuit 1560. extremus 1565. quibus totis longe ab urbe Roma Corradus abfuit. ſunt in omnium manibus ejus epiſtolarum libri octo; quorum ſextus, ſeptimus & octavus litteras, ab eo primis quattuor Pii IV. pontificatus annis datas, complectitur. nulla ex urbe Roma, nulla non aut Uria, aut Brunduſio, aut Aſtuneo ſingulis deinceps menſibus ad quemquam data, reperitur. rurſus,

ceſſit vero nunc haec humanitas epiſtolae tuae, quae me etiam proprie tibi devinxit, tantum ut doleam, me doctrinae nomine in

ſus, plurimae qnum exſtent aliorum, ut Manutii, Peepiniani, Pogiani, ad Corradum per eoſdem annos epiſtolae, nulla earum Romam data conſpicitur. neque vero in utriſque, ſive Corradi ad alios, ſive aliorum ad Corradum litteris, nlla uſquam eſt ejus in urbe proxime ſive praeteritae, ſive futurae pee illa ipſa tempora commorationis ſignificatio. eeliqui ſunt duo Pii pontificatus poſtremi anni, nempe 1564. & 1565. at ne his quidem Romae Corradua fuit. etenim iis duobus annis, itsmque proxime ſupeeioribus totidem, Manutium, Coeeadi jam inde a Paulli III. pontificatu amiciſſimum (id quod utriuſque epiſtolarum libri declarant), Romae aſſiduum vixiſſe conſtat. atqui idem in epiſtola 9. libri VIII. ad illum die 22. ſept. an. 1567. indidem data (neque enim Roma Manutius ante ſeptembrem anni 1570. hoc eſt toto, poſtqnam Pii IV. arceſſitu venerat, decennio, diſceſſit), nuſquam vixiſſe ſecum Corradum affirmat. ait enim: *Quod ſi tu ſecus exiſtimas, & ſi me vulgari quadam regula metiris, vel quia ſenſus meos, cum longe a me vixeris, ignoras, vel quia &c.* Quod ſi etiam eeliquas vel ipſius Manutii, vel aliorum ad Corradum datas per eoſdem annos 1564. & 1565. litteras, quae aliis atque aliis eorumdem annoeum menſibus ſcriptae ſunt, attenderimus, nullas non ad abſentem ab urbe Roma datas reperiemus. ſi igitur neque prioribus quattuor neque poſterioribus duobus Pii IV. pontificatus annis fuit Romae Corradus, commenticiam eſſe Angelii, Niceronii, Moeerii narrationem illam, confitendum eſt. Quid? ejuſdem Angelii illa de eodem Corrado pag. 73. vera ſunt? *Eſſendo ſtato deſtinato dal papa, altri dicono per ſecretaria del concilio di Trento, onde in ſuo luogo rifiutandolo egli, fu eletto Angelo Maſſarella, che ne ottenne in premio il veſcovado di Toloſa, o, come altri vollero, per diſtendere il concilio in buona lingua latina, al che egli ne anche acconſentì, ſupplendo a ciò Paolo Manuzio: rifiutò l'uno e l'altro onoratiſſimo impiego coſtantemente ... Tutto queſto fu nobilmente avvertito da Antonio Amanzio nella breve vita, ch' egli ſcriſſe in latino di Q. Mario.* Amantii autem haec verba affert: *Ad ipſum ſacroſanctum oecumenicum tridentinum concilium Q. Morius a ſummae auctoritatis patribus vocatus fuit, ut ejuſdem ſynodi decreta venuſto ſermone ſcriberet; ſed ipſe propriis negotiis praepeditus cum Tridentum petere moraretur, aliis provincia demandata fuit.* An ſunt eadem, quae Amantius narrat, atque ea, quae ex ejus narratione ſumſiſſe ſe, Angelius profitetur? Amantius, non niſi ad tridentinae *ſynodi decreta venuſto ſermone ſcribenda* vocatum fuiſſe Coeradum, ipſoque Tridentum *petere* cunctante, *aliis eam provinciam demandatam* tradit. Angelius minime certam arceſſendi Tridentum Corradi cauſam ſtatuit, qui diverſam ab aliis memoriae proditam, indicet; neque hominis cunctatione ac mora factum eſſe, ut non alterutrum ex iis muneribus Corradus aſſequeretur, ſed quod ipſe *utrumque conſtanter repudiarit*, affirmat. quid neceſſe fuit, Amantii auctoritatem ab Angelio ad fidem ſuae narrationi faciendam advocari, ſi & pleraque ipſe de ſuo, ab illo non tradita, attulit, & in iis, quae ille tradiderat, neſcio quid ipſe aliud ſequutus eſt? ſed de Angelio paullo poſt; nunc breviter de Amantio dicam, falſam arceſſendi ad concilium Coeradi cauſam ab eo quoque afferri. concilii *decreta* non niſi ab ipſis concilii patribus componi ac *ſcribi* debebant; neque, ubi ſemel ſcripta ipſi inter ſe contuliſſent, ſententiaſque eorum omnes ac ſingula verba privatim ac publice ſumma cum diligentia expen-

Digitized by Google

in eorum numerum venire non poſſe, quorum benevolentiam te ſummo ſtudio colligere video. quare, ut omnis tollatur error

pendiſſent, locus cujuſquam ſtilo aut operae relinquebatur. neque vero valde de *ſermonis venuſtate*, in rebus graviſſimis atque ſanctiſſimis, laborandum patribus illis tuit; &, ſi eam quoque curam ſibi ſuſcipiendam duxiſſent, minime aut Corradi aut cujuſquam extra ſuum ipſorum coetum latine ſcribendi praeſtanti facultate indigebant. omitto caeteros, qui permulti tuerunt, quoſque, hac ipſa de re in adnotationibus ad epiſtolam *Perturbatum* d. 14. jul. 1562. agens, nominavi: unus Joannes Carolus Bovius, aſtuneenſium epiſcopus, quem tum praeterii, Corradi amiciſſimus, eque patribus tridentinis unus, quidvis in eo genere praeſtare, vel ipſius Corradi teſtimonio, potuiſſet: de quo homine ad Paullum Manutium epiſtolam 173. Coreadus ſcribens, *Nunc mibi*, inquit, *venit in mentem, ut te bominis, amantiſſimi tui, nomine ſalutarem. Joannes enim Carolus Bovius eſt bic, pontifex aſtuneenſium. Boviorum eſſe Bononiae valde boneſtam familiam, non fortaſſe ignoras. Aſtuneum, ut ipſius nomen indicat, non vetus quidem, ſed clara & opulenta boc tempore civitas eſt. verum boc ridiculum ſic nunc ſcribere. Bovius ergo ad ſinguiarem ebeologiae, peripatet'corum, & rerum omnium abditiſſimarum ſcientiam, ſumma cum laude adjunxit bumaniores quoque diſciplinas, itoque prorſus adjunxit, ut in bis excellat: graecis in iitteris & latina lingua nec parer quidem babet multos*. Non igitur ad concilii *decreta venuſto ſermone ſcribenda* Corradus Tridentum *vocatur* eſt, quod Amantius ait, neque, quod Angelius addit, Corradi illas partes Manutius, qui ne interfuit quidem concilio, ſuſcepit. Alterum, quod ab aliis traditum Angelius dicit, *vocotum*, ſive, ut ego interpretor, invitatum ad ſecretarii, ut appellant, in ipſo concilio obeundum munus Corradum fuiſſe, eſt ſortaſſe verum. idque, niſi fallor, ſignificat in epiſtola 206. ad Paullum Manutium kalendis maji an. 1561. Venetias Brunduſio data, ipſe Corradus his verbis: *Superioribus diebus non voluntas mea, ſed caſus tulit quidam, ut Venetiis ad te non fuerim. miſſis enim Roma literis, accerſebar Tridentum ad munus, quod tu ſcilicet mibi gratulatus eſſes. literae vero mibi redditae non fuiſſent unquam, niſi ante ad alium res delata eſſet. Quare nunc, ut caetera non doleam, quid principes viros de me credam exiſtimare?* Vellem, paullo haec planius ac dilucidius Corradus ſcripſiſſet. nunc hoc mihi videtur voluiſſe dicere, litteras eas, quibus a principibus viris (puta a cardinalibus Hercule Gonzaga, Jacobo Puteo, Ludovico Simoneta, ac potiſſimum Hieronymo Seripando, quorum priores duo die 14. febr. poſteriores die 10. mart. an. 1561. concilii tridentini praeſides deſignati a Pio IV. fuerant), ſive eorum nomine ab aſtuneenſium epiſcopo (quem Romae tum fuiſſe, *ſumma illa, de quibus in concilio tridentino deliberandum erat, meditantem*, Corradus in epiſtola 207., ad Sigonium poſtridie data, ſcribit), Tridentum ad munus, Manutii gratulatione dignum, arceſſebatur, tam ſero ſibi redditas fuiſſe, ut res interea ad alium delata fuerit, quum mature ac tempori ad eas reſpondere ipſe non potuiſſet: qua ex reſponſionis tarditate vereri ſe, ne, praeter illius muneris amiſſionem, locum etiam ſecus de ſe exiſtimandi viris illis principibus dediſſe videatur. nulla vero heic delati muneris recuſatio, multoque minus *conſtans illa repudiatio*, quam Angelius commentus eſt, declaratur. dolendum potius aliquid in illa romanarum litterarum tanta mora ſibi accidiſſe, Corradus ſignificat illis verbis, *ut caetera non doleam*. Delatam autem rem ad Ange-

i ror, tibi & me totum patefaciam, & Julium Conſtantinum (*i*), perveterem amicum & familiarem meum, indicabo. ſcito igitur, ipſum eſſe Conſtantinum illuſtribus animi & ingenii praeditum ornamentis, prudentem, pium, plenum officii, ſed ita, ut in hac parte labatur interdum humanitate quadam & ambitione, ſic, ut vel ſuas laudes cum amicis communicet, vel etiam, quae in illis optet, dilaudet. ſervavit igitur conſuetudinem ſuam Julius meus, cum apud te mihi laudem tribuit literarum: provectus eſt amore, quem parum acrem rerum aeſtimatorem eſſe, non ignoras. itaque monendum te eſſe duxi, nihil ut a me hujus generis expectes; cui, in hac ne mediocritate quidem ingenii, otium ac ſtudium, caeterae etiam ad diſcendum facultates maxime defuerunt. amore quidem certe erga te certabo cum praeſtantibus illis viris, quos tibi excellens tua virtus adjunxit. quicquid autem in omni praeterea officii gene-

Angelum Maſſarellium fuiſſe, ſiquidem de ſecretarii illo munere agebatur, id ſane verum ab Angelio proditam eſt. nam, teſte Pallavicinio lib. XV. *Hiſt. concil. trid.* c. 11. n. 2. in adſcripta margini adnotatinncula, ad id munus a pontifice max. delectus ille fuerat die 3. februarii an. 1561. & Tridentum die 26. mart. pervenerat. Sed caetera Angelii illa de Maſſarellio *ne ottenne in premio il veſcovado di Toloſa* ſunt mendoſiſſima. erat enim Maſſarellius jam, ante concilii tridentini ſub Pio IV. inſtaurationem, a Paullo IV. anno 1559 creatus, non quidem aut *toloſatium* in Occitania ſuperiore, aut *toloſanorum* in Cantabria, ſed *theleſienſium* in Campania *epiſcopus*. Dolendum eſt, Angelium, hominem patriae, ſuorumque ſallentinorum amantiſſimum, atque eorum laudis non ſine ingenti ſua laude ſtudioſiſſimum, non parem facultatem aut certe diligentiam ad illos ſuos de iis commentarios ſcribendos attuliſſe; optandumque, ut ex eadem illa ingenioſiſſima atque omni doctrinarum genere exculta gente exſiſtat aliquis, qui non modo Corradi *Vitam*, ſed univerſam hiſtoriam illam retractet, caſtiget, emendet: ne tam multa falſa, quae in ea ineſſe quivis vel mediocriter, nt nos, eruditus animadvertit, fidem hiſtorico, etiam vera narranti, apud eruditiores abrogent.

(*i*) De hoc Julio Conſtantino, Pogiani amiciſſimo, illa ſunt in Corradi litteris ad card. Borromaeum ſuarum epiſtolarum nuncupatoriis, anno 1565. datis: *Julius Conſtantinus, familiaris tuus, Uriam proficiſcens, unde aberam dici iter, mihi de voluntate ſumma in te Philippi regis, & mandatis, quae a te haberet, nunciavit ... homo prudens, amantiſſimuſque noſtri, & ſtudio ac fide in te ſingulari*. De eodem Pogianus ad eumdem Corradum die 23. jul. ejuſdem anni 1565. *Julio*, inquit, *Conſtantino commode impendet alterum iter hiſpanienſe, ut ſcriba ſit & miniſter conſiliorum cardinalis legati* (Hugonis Boncompagnii). Pogiani in card. Roberti Nobilii adoleſcentia inſtituenda collegam fuiſſe ſub Julio III. hunc Conſtantinum puto, iſque mihi deſignari in quodam codicillo videtur, quem ad Nobilium Pogianus ſcripſit his verbis: *Venimus in tuum cubiculum Julius & ego, viſendi & ſalutandi tui cauſa; quo tempore rei divinae te intereſſe dicebant. quare, quoniam nobis apud amicum communem Romae prandendum eſt, petimus a te, ut id nobis tua voluntate facere liceat: neque enim te a prandio morabimur. &c.*

genere tibi de me pollicitus eſt Conſtantinus, equidem ejus fidem ſemper libentiſſime praeſtabo. ita commendationem, operam ac diligentiam meam (quod me facturum Pagano, propinquo tuo (*k*), coram promiſi) neque apud Borromaeum cardinalem, neque apud quenquam deſiderabis. ignoſces vero occupationibus meis (*l*), quae (mihi crede) ſunt ejus generis, ut vel acutiſſimos homines reddere hebetes poſſint, nedum me, qui ſum tardior, obtundere. quo tamen in ſtatu malui a te facultatem meam requiri, quam ſignificationem propenſae in te voluntatis. Vale. Roma. VII. Kal. ſept. M. D. LXIV. (*m*)

(*k*) Non niſi ſemel factam de Pagano mentionem a Corrado animadverti, idque in epiſtola 33. in qua ipſa non eſt ulla propinquitatis hujus, de qua Pogianus teſtificatur, ſignificatio.

(*l*) Pogiani quae tantae fuerint per haec tempora occupationes, habes in epiſtola *Si pluribus* d.25. dec.1564. paullo poſt recenſenda. quibus ex occupationibus factum credibile eſt, ut pauciſſimas litteras hoc anno ab eo ſcriptas habeamus. & certe ocioſorum ferme eſt ſcribendarum litterarum, crebrarum praeſertim, occupatio.

(*m*) Diei, menſis, atque anni haec tota notatio codici barberiniano debetur; quae in noſtro exemplari ac in codice vaticano praeterita fuerat.

X.

Pius IIII. Pontifex Max. Cardinali Lotharingo. (*a*)

Binis ejus litteris reſpondet. 24. oct. 1564.

GRatum erga nos animum eximiumque ſtudium & obſervantiam tuam libenter recognovimus ex binis literis, pridie Kal. ſeptembris datis; quarum alteris de noſtra in te voluntate te cognoviſſe ſcribis ex Britonio tuo (*b*). eſt vero noſtra in te propenſa voluntas eritque propter egregiam virtutem ac pietatem tuam, & antea ſpectatam in tuenda ac propaganda religione, & ſperatam atque adeo certam in reliquum tempus. cui ſtudio & officio tuo & ſemper aderit divina benignitas, neque nos unquam, Deo adjutore, deerimus. De poſtulatis, quae re ipſa aſſiduitatem ac diligentiam ſacri iſtius muneris tuam declarant, rebus accurate ac ſtudioſe cogitatis, cum Muſo-

(*a*) De card. Carolo Lotharingo vide epiſtolas *Ea eſt* d. 2. mart. 1560. *Non ſunt homines* d.16. dec. 1562. & alias.

(*b*) Non alium hunc eſſe puto, quam eum, de quo Pallavicinius lib. XIX. *Hiſt. concil. trid.* c.5. n.2. *Il cardinal*, inquit, *di Loreno mandò in quel tempo al pontefice il Bertone, ſuo ſegretario*. & cap.16. n.6. *Ei* (il cardinal di Loreno) *quella ſera ſcriſſe una lunga lettera al Bertone, ſuo agente, perchè la moſtraſſe al papa e al cardinal Borromeo*.

Digitized by Google

c Muſoto (*c*) tuo pluribus egimus: a quo accipies ad omnia. Alteris literis laudas noſtram hanc aedificationem ac deſcriptio-
d nem urbanam (*d*). de quo gaudemus tibi cognitam & probatam eſſe conſilii noſtri rationem. nos enim cum unum illud maxime ſtudeamus, ut, quantum, Deo adjutore, poſſumus, ejus eccleſiam remque publicam aedificemus eo materiae ac caementi genere, quod irruentibus daemonum ventis hoſtilibus poſſit obſiſtere (cujus cogitationis & curae te pro tua parte confidimus eſſe participem), ne hoc quidem contemnendum duximus, ut hanc urbem auctam & ornatam publicis operibus relinqueremus; quo ſpecies & aliquis in ea decor appareat, non indignus arce ac domicilio ſacroſanctae religionis. Deum precor, ut ſummam cupiditatem noſtram publicae utilitatis ac ſalutis ſua gratia proſequatur, & tuis optatis atque conſiliis propitius benignuſque reſpondeat. Roma. XXIV. octobris .M.D.LXIV.

(*c*) Idem Pallavicinius lib.XX. c.11. n.7. *Era*, inquit, *paſſato il Muſotto* (Filippo) *a' ſervigi di lui* (del cardinal di Loreno) *dopo la morte del legato Seripando, in vita del quale gli era accaduto più volte di dover ſeco trattare, e ne havea guadagnato l'animo; sì che non prima rimaſe privo dell'antico padrone, che quegli invitollo ad eſſer quivi* (in concilio) *ſuo ſegretaria; e di poi, terminato il concilio, ad eſercitare in Roma la perſona di ſuo agente*.

(*d*) De Pii IV. ornandae urbis ſtudio vide epiſt. *Memini* d.6. nov.1563.

X I.

Julius Pogianus Hannibali Minali.

25. decembris 1564. *Quibus occupationibus ſuis factum ſit, ut ad eum aliquot menſibus litteras nullas dederit.*

a SI pluribus verbis mearum ad te literarum intermiſſionem excuſare voluero, vereor, ne peracre ingenium tuum (*a*) & humaniſſimos mores videar ignorare; quem cum ex ſilentio meo aliquot menſium conjeciſſe confidam, quam fuerim impeditus, facile etiam adducor, ut ſperem, ignoviſſe te occupationibus meis. quare tantum tibi exponam, quid conſuetudinem ſcribendi ad te meam interpellarit. Datum eſt negotium a pon-
b tifice max. tribus epiſcopis (*b*), ut ex decreto tridentini concilii

(*a*) Homini acuto atque ingenioſo, qualis Minalis erat, facile fuit ex Pogiani, hominis amiciſſimi, aliquot menſium ſilentio, ejus magnas quaſdam occupationes conjicere.

(*b*) Mutio Calinio, jadrenſium archiepiſcopo, Leonardo Marinio, lancianenſium item archiepiſcopo, & Aegidio Fuſcarario, mutinenſium epiſcopo, Pius IV. ex concilii tridentini prae-

ciliі commentarios componerent chriſtianae diſciplinae, ex quibus paratam & promptam habere poſſent ſacerdotes materiam ac rationem inſtituendi eos, qui ipſorum fidei prudentiaeque commiſſi eſſent. ad haec conſcribenda ſum ego etiam adhibitus. qua in ſcriptione quatuor ipſos menſes poſui, ſic, ut ab eo munere mihi nihil reliquum fuerit vacui temporis. quare, etſi illa confecta re, premor praeterea onere ſcribendarum epiſtolarum octo cardinalium (*e*) nomine, quibus pontifex max. e
tridentini concilii cognitionem dedit, tamen diutius hoc ad te literarum officio ſuperſedere non potui; quibus tibi chriſtiano atque adeo romano more anniverſarium hunc natalis (*d*) Chri- d
ſti diei feſtum diem ſalutarem & jucundum precarer. is autem eſt virtutis & ſtudiorum tuorum curſus ad omnem laudem, ut cohortatione non egeas. cum vero me etiam beneficio devinctum habeas, & ego meum in te ſtudium & amorem tibi ſaepius detulerim, reliquum modo videtur, ut maturum tuum ad urbem adventum exoptem, ubi ampliſſimorum ornamentorum tuorum, quae tibi reſervantur, praeſenti laetitia frui poſſim. Vale. Roma.

praeſcripto negocium dedit ejus libri, qui *Catechiſmus romanus* inſcribitur, componendi. ii materiem operis compararunt, Pogianus latinis litteris digeſſit ac perpolivit. de qua tota re vide adnotat.34. ad Gratiani nuncupatoriam.

(*e*) Scilicet, Joannis Moroni, Joannis Michaëlis Saraceni, Joannis Baptiſtae Cicadae, Michaëlis Ghislierii, Clementis Dolerae, Ludovici Simonetae, Caroli Borromaei, Vitellotii Vitellii. Vide Pii IV. diploma, die 2. aug. hujus anni datum: in quo cardinales illi octo, concilii conſultationibus praepoſiti, eodem ordine recenſentur. Operam autem ſuam iiſdem cardinalibus dare Pogianum coepiſſe menſe octobri, conjicio ex epiſtola ad *epiſcopum Salamantinum* die ejuſdem menſis ſeptimo data, quae antiquiſſima eſt omnium, quas illum eorum nomine ſcripſiſſe, repererim.

(*d*) Hic locus, non autem epiſtolae adſcriptio, omni temporis notatione vacans, ejus datae diem menſemque prodit. nam annum 1564. & illa *de negotio tribus epiſcopis dato*, & *de concilii tridentini cognitione, octo cardinalibus* demandata, ſatis declarant.

Nunc quamdam Pogiani orationem ſubjiciam: de qua in prima ad eam adnotatione pluribus agam.

De Chriſti Domini Aſcenſione Oratio, in ſacris pontificiis a ab Julio Pogiano habita. (*a*)

CUM in omnibus domini noſtri Jeſu Chriſti feſtis ac ſolemnibus diebus admirabilem ejus in nos amorem meritorumque magnitudinem juſto ſemper ac debito laudum & gratiarum honore celebremus, tum ejuſdem hodierno die cumulatae memoriam benignitatis, gratiis immortalibus agendis, & ſingula-
b ribus laudibus proſequendis (*b*), pie colere atque uſurpare debemus. quandiu enim ſempiterni verbi divina majeſtas, hominis humilitate veſtita, mortali fuit in corpore, tanquam ſub nube ſol, multis mortalibus fuit obſcurior, cujus actiones in terris aegrotam & abjectam naturam hominum per quoſdam, infirmitati noſtrae accommodatos, medicinae & honorum gradus ad ſalutem ſummamque amplitudinem provexerunt; ut divino

(*a*) Depromſi hanc orationem ex ms. barberinianae bibliothecae codice 3389. ita tamen mendoſe plurimis locis, librarii certe culpa, ſcriptam, ut diu multumque, ederem ne eam an compiimerem, dubitarim. ad extremum edendam ſtatui; ne, in hac Pogiani epiſtolarum & orationum editione, quidquam ejus generis, quod quidem in meas manus veniſſet, a me praetermiſſum videretur: quam mihi praetermiſſionem vitio qui olim daturi eſſent, non drfuturos intelligebam. mendorum autem, quae levi mutatione tolli poſſe exiſtimavi, ea ſuſtuli; meum tamen ſollemne illud rrtinens, ut de codicis mendoſis ipſis lectionibus lrctorem deinceps admonerem. quorum vero corrigendorum ratio ſive mihi non ſuccurrebat, ſive magna atque inſigni verborum aut mutatione aut additione indigebat, ea non attigi, ac ne de meis quidem ſuſpicionibus aut conjecturis quemquam admonendum putavi. animadverſuros enim alios, aeque ac me, ejus generis menda, videbam, & certiorem, quam ego poſſem, eorum corrigendorum rationem pervidere per ſe ipſos poſſe, cenſebam. De anno, quo ſcripta atque habita ſit haec eadem oratio, quum mihi plane non conſtet, hyc non reclamantem, non omnino nihil tamen ſequutus, conjeci.

(*b*) Cicero lib.II. *de legib.* c.62. *Honoratorum*, inquit, *virorum laudes in concione memorentur, eaſque etiam cantu ad tibicinem proſequantur*. Hunc Ciceronis locum, multis illum quidem partibus mendoſum, prae oculis Pogianum habuiſſe puto, cum hoc ſuum *laudibus proſequendis* ſcriberet. ſed aliud hoc, atque illud. *laudes* Pogianus dixit laudationem, praedicationem, praeconium, verba denique, quibus laus alicui ſive rei ſive perſonae tribuitur: quorum nihil *proſequi* quiſquam ſatis latine dicitur. at vero *proſequi laudes cantu* uſitatiſſime Cicero dixit, qui *laudes* non pro verbis, quibus ſive res ſive homines laudari ſolent, ſed pro rebus ipſis, quibus laus debetur, uſurpavit. quo ex genere eſt illud ejuſdem libro I. *Offic.* c.78. *Vir* BELLICIS LAUDIBUS *abundans Cn. Pompeius*, & illud lib.II. *ad Attic.* epiſt.25. *Is* LAUDES NOSTRAS *in aſtra ſuſtulit*.

Digitized by Google

vino conſilio, divina magis beneficiorum vis, quam Chriſti divinitas eluceret. cum vero pretio noſtri generis, Chriſti laboribus & ſanguine perſoluto, mortale corpus, e ſepulchri clauſtris mortiſque faucibus ereptum, in ſuum gremiumque immortalitatis illatum eſt, tum, quae in obſcura humilitate latuerant, ſic aperta atque elata ſunt, ut omnium oculis cernerentur. aſcendit enim in caelum, qui de caelo deſcenderat, filius hominis; duoque miracula, in comparatione difficilia ad judicandum, eodem tempore patuerunt, & Deum in homine verſatum in terris, & in Deo hominem ad caelum aſcendere. quare, quoniam tantum id beneficium chriſtiano nomini datum eſt, ut Chriſti in caelum aſcenſu in ſpem maximam veriſſimamque adducti ſimus, eo venturum eſſe reliquum corpus, quo caput ante pervénit, eſſe apud nos ſummo in honore debet is dies, quo ſingularis ac divini facti memoria renovatur. neque enim ſanctior aut illuſtrior humano generi dies illuxit. quod etſi per ſe ſe facile poſſit intelligi, tamen facilius ex aliorum contentione cognoſcetur, ſi ab illo exorſa principio, unde ſalutis initia profecta ſunt, quibus gradibus ea ratio proceſſit, eiſdem feſtos ſalvatoris dies ordine percurrens, in altiſſimum hunc divinae virtutis locum, veſtra omnium nixa (c) benignitate, mea conſcendet (d) oratio. eſt vero haec inquiſitio propria chriſtianae pietatis, in qua ſuppeditet fides, quod deficit ingenio, ut, cum tot tantaque Deo beneficia debeamus, habeat aliquam referendae gratiae vim divinorum grata confeſſio & commemoratio meritorum.

Natalis igitur Chriſti dies feſtorum ejus dierum origo atque initium fuit. primos enim eos honores primis & immortalibus ejuſdem erga ſe meritis tribuit chriſtiana religio. quid enim majus aut in amore cogitari poſſit ardentius, quam ex illa infinitate caeleſtis gloriae eum ad terreſtrem hanc ignobilitatem ſe ſe demittere? quam complexu dexterae continentem & coërcentem mundum, inopem virginem, ex qua naſceretur, deligere? quam ſervi formam induere rerum omnium dominum? ſed, quoniam, quae nobis cum ſalvatore nata ſunt, cum eodem creverunt, atque iiſdem incrementi gradibus in caelum aſcenderunt, natalem illum ſalutis noſtrae diem, hunc colimus triumphalem. Sequitur ordo Chriſti myſteriorum; & eam habeat procedendi viam, ut actionum atque operum progreſſionem majora & expreſſiora in dies ſigna divinitatis illuſtrent. quod enim natum Dei Verbum clariſſima ſua luce ſidus oſten-

Lll 2 derat,

(c) *niſa* ms. (d) *conſendet* ms.

c d

e derat, id ipſum & Joannes ſub illo mitiſſimae hoſtiae nomine (e) mundi peccata expiaturum perpetua praedicatione teſtatus eſt, & Deus pater ſibi chariſſimum eſſe & probatiſſimum filium caeleſti
f voce declaravit (f). magnum ſane eo die jucunditatis fructum tulit hominum genus, magnam ſpem habuit divinae gratiae reſtitutae. verum illa mortalis Chriſti conditio, & communis
g fragilitatis (g) morbo, ſi peccatum exceperis, propoſita vita & fidem interdum labefactabat & viam laetitiae retardabat. quam-
h obrem ſalutari paſſioni (h) pignora mortis abjecit, & illuſtri reditu ad vitam fidem corroboravit, ſpem aluit, triſtitiam laetificavit; ut, quaſi exoriens nitidus ſol, caelo ac terrae hilaritatem attuliſſe videretur. ita praecipuam utilitatem ac voluptatem, ſi cum ſuperioribus conferantur, myſteria reſurrectionis habuerunt; quae mortalibus, undique Chriſti ſanguinis baptiſmo collucentibus, & aqua ac ſpiritu ſancto renatis, caeleſtem & immortalem vitam dederunt. manavit enim ea tum vitalis ſanguinis vis per univerſum terrarum orbem, perque ejus omnes diffuſa partes collapſum & plane jacentem erexit. tum princeps noſtri & generis & ſceleris Adam a reviviſcente Chriſto ab inferis eſt ad vitam aeternam revocatus. tum denique illa rerum humanarum domina mors, morte Chriſti propriis confecta armis, interiit; & glorioſo ejuſdem reditu ad vitam mortalitas eſt immortalitatem conſecuta. Verum habitabat Chriſtus adhuc in oculis apoſtolorum; ut in ſumma ſenſuum jucunditate quiddam praeterea humana ratio ad ſui expletionem deſiderare videretur. nam ortus ex virgine, angelorum famulatus, ſtellae obſequium, Joannis praeconium, teſtimonium Dei patris, divinae vis ſapientiae, mirabiles ſupra hominum & facultatem & cogitationem verbo effectae res, voluntaria & prodigiis nobilitata mors, praedictus & inſignis reditus ad vitam, maximam quidem habebant caeleſtis virtutis poteſtatiſque declarationem: expletam vero atque perfectam laetitiam non habebant.

(e) Joann. *Euang.* c.1. v.29. *Altera die vidit Joannes Jeſum venientem ad ſe, & ait: „ Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi „.* Et v.35. *Altera die iterum ſtabat Joannes, & ex diſcipulis ejus duo. & reſpiciens Jeſum ambulantem, dicit: „ Ecce Agnus Dei „.*

(f) Matth. *Euang.* c.17. v.5. *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos: & ecce vox de nube dicens: „ Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite „.*

(g) Sic locum mendoſiſſimum emendare conatus ſum. manuſcripti lectio haec eſt: *& communi fragilitati, ſi morbum, ſi peccatum acceperis, propoſita vita.*

(h) Loci hujus mendum nemo non videt. ego ne emendandi quidem rationem video.

bebant. reliquus enim erat actus extremus, Chriſti gloriae conſentaneus, nobis ad caeli poſſeſſionem, & ad ſpiritus ſancti miſſionem neceſſarius; &, tanquam corpori, ſic feſtis Chriſti diebus quaedam capitis dignitas atque ornamentum deeſſe videbatur. ergo, quadrageſimo poſt reſurrectionem die, certiſſimis omnibus ſignis & argumentis reſurrectione comprobata, apertis ac diſtributis (*i*) chriſtianae ſapientiae theſauris, ſummaque eccleſiae ratione & auctoritate conſtituta, confirmatis ac benedictis apoſtolis, illis ipſis aliiſque permultis inſpectantibus, reique novitatem admirantibus, non, ut olim Helias, quaſi in caelum ſublatus eſt, ſed omnino ſe ſe ipſe ſuſtulit in caelum. quo die omnem omnium deſiderii expectationem explevit, omnia Dei opera plena atque perpetua voluptate perfudit. beatiſſimos illos, qui luculentorum vulnerum purpureo ſplendore decoratum, opimis naturae noſtrae potitum ſpoliis, praeclare tum & glorioſe captivam ducentem captivitatem, Deum in homine in caelum evectum viderunt! qui decimo die caeleſtium munerum ab eo promiſſa exegerunt, pro dignitate tantummodo ardentibus illis enarranda linguis, quibus ad fidem, ad ſpem, ad charitatem, terrarum orbis exarſit! ſed, dum ſe ſe clariſſima caeli templa ad celebrandum Chriſti triumphum effuderunt, tum incredibili gaudio exultantes omnes angelorum ordines eum, cujus corpus ſepulchrum paulo ante contexerat, in ſplendidiſſima nube, ipſius teſte divinitatis, aëream inanitatem ambulantem, gradientem per tenuiſſimas caeli plagas, eum, qui ſolus deſcenderat, tanto hominum comitatu aſcendentem obſtupuerunt, & ad dexteram virtutis & gloriae Dei ſedentem venerati ſunt. Cum igitur ſalutari peregrinatione perfunctus in illum caeli verticem, unde, novem & nonaginta relictis ovibus, noſtra cauſa deſcenderat, illis humeris, quibus antea crucem tulerat, amiſſam ovem paſtor praeſtantiſſimus ſuſtuliſſet, oblatum aeterno parenti donum divinae naturae conſentanea eſt oratione proſecutus. „ Inveni, pater, perditam ovem, quam falſa Deorum perſuaſione, doloſis artificiis ſerpens abduxerat a cultu & contemplatione divini numinis, & averſam a caeleſtibus itineribus in praecipites inferorum vias induxerat. hanc ego, volutantem (*k*) ſe ſe atque haerentem in luto impietatis, inde meae dexterae divinitatis eripui. hanc, ſalutaribus Jordanis aquis ablutam, excitatus a mortuis proprii ſpiritus ſuavitate perfudi (*l*). hanc ego nunc compotem rationis atque virtutis ad te detuli, ſempi-

(*i*) *deſtributis* ms. (*k*) *voluntatem atque &c.* ms. (*l*) *perfudit* ms.

ſempiterne pater, digniſſimum munus tuae divinitatis „. Habeat oratio mea excuſationem humanitatis, quam in hàc libertate verborum pietas ac timor animi moderatur. Exultavit divina laetitia ſempiternus parens, cum in illa voce, in illo filii aſpectu, ſuorum vim oraculorum declaratam, promiſſorum humano generi praeſtitam fidem, infinitam ſibi filiorum ſobolem reſtitutam cognovit. ex eo die, quod aſpectabile fuit in Chriſto, in ſacramenta converſum eſt, &, quem hominem minus jam homines cernere oculis poterant, eum mente atque animo Deum clarius intueri coeperunt: cujus viſioni ſucceſſit doctrinae ratio, quae, brevi complexa terrarum orbem, paucorum ore atque opera virorum, incredibilem omnium aetatum ac generum virtutem atque conſtantiam excitavit. Nam ex eo die innumerabilium hominum fides, depulſis deſperatis morbis, ejectis daemonibus, mortuis ad vitam revocatis, de naturae cupiditate, de mundi illecebris, de tyrannorum immanitate triumphavit: ex eo die, peccati diſcuſſa caligine, diluxit. eo die, qui penitus antea non noſſet (*m*) in hominis ſpecie abditum ac latentem Deum, ſublatum intuens humanum corpus in caelum, & apertum illum ac celeberrimum curſum, teterrimus noſtri generis hoſtis ſuam deploravit calamitatem. ſe enim e caelo jactum in terras, ſe, quaerentem latibula aquarum, Jordanis gurgitibus extractum & afflictum, ſe, terrenum appetentem domicilium, una illa omnium voce repulſum eſſe, miſerabiliter conqueſtus eſt, *Domini eſt terra & plenitudo ejus*, quae, caeleſtibus irrigata fontibus, perpetua triplicis fructus ubertate floreſcit. & terrae quidem motus & fremitus terram Chriſti poſſeſſionem comprobavit tum, cum, impotenti tremore perculſa propter nefaria hominum ſcelera, domini non tulit aſpectum, ſed, ingenti labe facta, vim inde effundens incluſi doloris maternum in modum pro nocentibus filiis deprecabatur. naturae & creatae res omnes, & genibus & capitibus ad terram ſuppliciter inflexis, debitum piae majeſtati praeconium Jeſu Chriſto tribuerunt. Sanctiſſimum vero ac celeberrimum diem! quo pietas aucta eſt, firmata fides, corroborata ſpes, ſalutis humanae ratio conſtituta; quo divinitas notior hominibus, divinitati eſt hominum natura facta familiarior; quo caeleſtis Chriſtus, catholicae Petrus, Chriſti vicarius, vel potius uterque utriuſque eccleſiae poſſeſſionem adivit; quo caelum ac terra, gemini triumphi gloria copulata, ſummam miraculorum vim pari munerum largitate conjunctam viderunt.

Quae

(*m*) *noſcet* ms.

Digitized by Google

Quae cum ita ſint, agamus Deo gratias, quantas animo ma-
ximas capere poſſumus, & oratione complecti, animumque ac
ſtudia noſtra referamus ad caelum, Chriſtique aſcenſum cogi-
tationum & actionum aſſenſu proſequamur. caput enim exceſſit
in altiſſimum illum locum, quo niſi membra contenderint, di-
ſtracta deſertaque vitali ſenſu interire neceſſe eſt. utantur igitur
illo duce caeleſtis itineris, qui clauſam nobis atque obſtructam
viam & aperuit & munivit, & tritam (*n*) ſuis veſtigiis atque im- n
preſſam reliquit; qui, cum Deus ac dominus omnium altius,
quo progrederetur, non haberet, naſci voluit homo, ut ſibi no-
biſque aſcenſum animi ſummiſſione compararet. fulcienda erat
humilitate ruina ſuperbiae, tollendumque illud tanquam in ina-
nitate poſitum elati animi fundamentum; ſupponendum vero
hoc ſtabile firmamentum chriſtianae ſummiſſionis, ex quo ſub-
jectarum adminiculo cupiditatum, gradum aditumque ad ſu-
pera ac caeleſtia jaceremus (*o*). His itaque poſitis initiis, exer- o
ceamus animi, corporis, externa bona, ſic (*p*) ut, cum Chri- p
ſtus a nobis vitae rationem repoſcet, uberes ſuorum munerum
fructus capere poſſit. erit enim in exigendo acerrimus, qui
in dando munificentiſſimus fuit: repetet, quae ſingulis talenta
credita commendavit, & in illorum uſum tractationemque ſub-
tiliter inquiret. tum lucentes ſponſo lampades, tum ſementis,
tum vineae fructus, tum requiret omnia, quaecunque nobis
multiplici comparatione ſignificavit. cujus judicii dies, quo eſt
incertior, eo certiſſimum judicium magis timendum eſt, prae-
ſertim cum, ſeneſcentibus jam ſaeculorum (*q*) aetatibus, lon- q
gius abeſſe non poſſe videatur. quod ſi longiſſime etiam, Dei
providentia, proferatur, tamen quotidiana morte, quaſi pri-
vato quodam communis judicii praejudicio, commoveri debe-
mus. & quidem hujus acerrimae cogitationis hodierno die a
caeleſtibus nunciis admonemur (*r*). venturum enim illi Chri- r
ſtum, mundi judicem, praedicant, clariſſima nube circumda-
tum, eadem gloria circumfluentem, eodem habitu, quo aſcen-
dit in caelum. ac duo (*ſ*) quidem illi ſunt, ut eorum fidem ſ
habeat oratio, & viri, ut excitent ad animi magnitudinem,
& can-

(*n*) *tutam* ms.

(*o*) Cicero orat. II. *in Rullum* c.38. *Hunc quaſi gradum quendam atque adi-tum ad caetera quaſi jactum intelligetis.*

(*p*) *ſicut cum &c.* ms.

(*q*) *ſecutorum* ms.

(*r*) *Act. apoſt.* cap.I. v.10. *Cumque intuerentur in caelum euntem illum, ecce duo viri aſtiterunt juxta illos in veſtibus albis, qui & dixerunt: „ Viri Galilaei, quid ſtatis aſpicientes in caelum? hic Jeſus, qui aſſumptus eſt a vobis in caelum, ſic veniet quemad-modum vidiſtis eum euntem in caelum „.*

(*ſ*) *Ecce*, inquit S. Lucas, DUO VIRI . . . *in veſtibus* ALBIS.

& candido & illuſtri ornatu, ut audientium mentibus praeferant lumina. Quamobrem muniamus nos ad illud tempus extremum, fungamurque iis miſericordiae muneribus, quibus ſeveriſſimum judicem ad miſericordiam flectere poſſimus. &, quoniam omnis omnium ſceleris injuria vel ad Deum pertinet, vel ſpectat ad eos, qui nobiſcum natura conjuncti ſunt, vel in nos ipſos refertur, precibus ac votis placemus divinum numen, miſericordia ac benignitate redimamus hominum offenſiones, ſuſceptas in nobis flagitiorum maculas continentia ac temperantia deleamus. his enim officiis & actionibus praeparatis & expiatis nobis, neque horribilem illum judicii diem quotidie impendentem (*t*) timere, & aliquando, Dei filio noſtrae & fidei approbatore, & ſalutis auctore, fidenter obire praeſentem (*u*) licebit.

(*t*) *impendente* ms. (*u*) *praeſente* ms.

FINIS TERTII VOLUMINIS:

INDEX

Digitized by Google

INDEX I.

Quis cui ſcripſerit.

CARAFFA *Alphonſus cardinalis* Bavariae duci. pag. 57. 58.

HIPPOLYTUS *card. Ferrarienſis* Fardinando imperatori. 347. Maximiliano regi. 348. Bavariae duci. 351.

NN. NN. 113. Truchſeſio Othoni card. 193.

PIUS IV. *pont. max.* Lotharingo card. Carolo. 447.

POGIANUS *Julius* Caraffae Alphonſo card. 55. 56. 89. 90. 351. 398. Corrado Q. Mario. 441. Gratiano Antonio Mariae. 63. 72. Hoſio Stanislao card. 375. 415. Lotharingo cardinali Carolo. 268. Minali Hannibali. 396. 397. 400. 410. 448. Torrentio Laevino. 327. 331. Truchſeſio Othoni card. 24. 353. 361. 367. 393. 405.

TRUCHSESIUS *Otho cardinalis* Atrebatenſi cardinali. 37. 85. 119. Epiſcopo. 48. Bavariae principi Guilhelmo. 309. a Bergea Roberto, leodienſium epiſcopo. 45. 283. Beſſamero Adriano. 288. 315. Borbonio Carolo card. 203. Camaracenſium archiepiſcopo. 116. 309. Carthuſianae familiae magiſtro. 248. Cracovienſium epiſcopo. 213. Palatino. 88. 103. Cromaro Martino. 172. 195. 314. Cytardo Matthiae. 117. Diasbachio Mauritio. 49. Dilingenſis gymnaſii profeſſoribus. 325. Ractori. 209. Dulſchio Joanni. 236. ab Edan Martino. 237. Erhurto Valantino. 185. Fardinando imper. 94. 97. 115. 157. 211. 342. Galliae regi. 201. Reginae. 202. Groesbechio Gherardo. 5. 71. 114. 265. 284. Guiſae duci Franciſco. 205. Heroldo Baſilio. 149. ab Hoja Joanni. 60. Hoſio Stanislao card. 2. 3. 14. 19. 35. 38. 47. 52. 59. 65. 66. 69. 75. 77. 86. 93. 98. 105. 110. 113. 118. 110. 122. 127. 131. 144. 148. 151. 153. 157. 158. 159. 170. 177. 180. 185. 186. 187. 189. 197. 199. 208. 214. 219. 226. 241. 257. 263. 281. 285. 291. 302. 318. 323. Lotharingo cardinali Carolo. 253. 267. Magdaburgenſium archiepiſcopo. 184. Maximiliano regi. 49. 191. 342. Metenſi decano & capitulo. 51. Miſcovio Patro. 235. N.N. 107. 232. 280. Pio IV. pont. max. 198. Poloniae regi. 95. 239. Reginae. 95. Pragenſium archiepiſcopo. 54. Praeceptori fratris filiorum. 322. Quinqueccleſienſium epiſcopo. 18. 20. 44. 83. Rithovio Martino, ipreuſium epiſcopo. 243. a Ruogſech Udalrico. 6. Sotomayori Ludovico. 288. 293. Tarnovio comiti Joanni Chriſtophoro. 96. 223. 292. Stanislao. 104. Torrentio Laevino. 46. 282. Turriano Franciſco. 274. Truchſeſio Friderico. 321. Gabhardo & Chriſtophoro. 10. Germano fratri & fratris filiis. 108. Vicelio Georgio. 7. Wladiſlavianſium epiſcopo. 112. Zuchemo Vigilio. 86.

INDEX II.

Cui quis ſcripſerit.

ATREBATENSI *cardinali* Otho Truchſeſius pag. 37. 85. 119. *Epiſcopo* idem. 48.

BAVARIAE *duci* Alphonſus Caraffa card. 57. 58. Hippolytus card. Ferrarienſis. 351. *Principi Guilhelmo* Otho Truchſes. 309.

a BERGEI *Roberto* idem. 45. 283.

BESSAMERO *Adriano* id. 288. 315.

BORBONIO *Carolo card.* id. 203.

CAMERACENSIUM *archiepiſcopo* id. 116. 309.

CARAFFAE *Alphonſo card.* Julius Pogianus. 55. 56. 89. 90. 351. 398.

CARTHUSIANAE *familiae magiſtro* Otho Truchſes. 248.

CORRADO *Q. Mario* Julius Pogianus. 441.

CRACOVIENSIUM *epiſcopo* Otho Truchſes. 213. *Palatino* id. 88. 103.

CROMERO *Martino* id. 172. 195. 314.

CYTARDO *Matthiae* id. 117.

DIESBACHIO *Mauritio* id. 49.

DILINGENSIS *gymnaſii profeſſoribus* id. 325. *Rectori* id. 209.

DULSCHIO *Joanni* id. 236.

ab EDEN MARTINO id. 237.

ERHURTO *Valentino* id. 185.

FERDINANDO *imper.* id. 94. 97. 115. 157. 211. 342. Hippolytus card. ferrarienſis. 347.

GALLIAE *regi* Otho Truchſes. 201. *Reginae* id. 202.

Gratiano *Antonio Mariae* Julius Pogianus. 63. 78.
Grosbechio *Gherardo* Otho Truchſes. 5. 71. 114. 265. 284.
Guisae *duci Franciſco* id. 205.
Heroldo *Baſilio Joanni* id. 149.
ab Hoja *Joanni* id. 60.
Hosio *Stanislao card.* Julius Pogianus. 375. 415. Otho Truchſes. 1. 3. 24. 19. 35. 38. 47. 52. 59. 65. 66. 69. 75. 77. 86. 93. 98. 105. 110. 113. 118. 120. 122. 127. 131. 144. 148. 151. 153. 157. 158. 159. 170. 177. 180. 185. 186. 187. 189. 197. 199. 208. 214. 219. 226. 241. 257. 263. 281. 285. 291. 302. 318. 333.
Lotharingo *card. Carolo* Julius Pogianus. 268. Otho Truchſes. 253. 267. Pius IV. pont. max. 447.
Magdeburgensium *archiepiſcopo* Otho Truchſes. 124.
Maximiliano *regi* Hippolytus card. ferrarienſis. 348. Otho Truchſes. 49. 191. 342.
Metensi *decano & capitulo* id. 51.
Minali *Hannibali* Julius Pogianus. 396. 397. 400. 410. 448.
Miscovio *Petro* Otho Truchſes. 235.
NN. NN. 113. Otho Truchſes. 107. 232. 280.
Pio IV. *pont. max.* id. 198.
Poloniae *regi* id. 95. 239. *Reginae* id. 95.
Pragensium *archiepiſcopo* id. 54.
Praeceptori *fratris filiorum* id. 322.
Quinquecclesiensium *epiſcopo* id. 18. 20. 44. 83.
Ritnovio *Martino*, *iprenſium epiſcopo* id. 341.
a Rungsech *Udalrico* id. 6.
Sotomayori *Ludovico* id. 288. 293.
Tarnovio *comiti Joanni Chriſtophoro* id. 96. 121. 292. *Stanislao* id. 104.
Torrentio *Laevino* Julius Pogianus. 327. 333. Otho Truchſes. 46. 282.
Truchsesio *fratri germano*, *ac fratris filiis* id. 108. *Friderico* id. 331. *Gebhardo & Chriſtophoro* id. 10. *Othoni* Julius Pogianus. 24. 353. 361. 367. 393. 405. NN. 393.
Turriano *Franciſco* Otho Truchſes. 294.
Vicrlio *Georgio* id. 7.
Wladislaviensium *epiſcopo* id. 112.
Zuchemo *Vigilio* id. 86.

ORATIONES.

Pogiani in funere Franciſci Guiſii. 269.
Pii IV. ad cardinales. 378.
Ejuſdem ad eoſdem. 381.
Ejuſdem ad eoſdem. 411.
Pogiani De Aſcenſione Domini. 450.

INDEX III.

RERUM ET NOMINUM.

A

ACademia Caroli Borromaei card. 395.
Accoltus Benedictus. 383.
Ad pro *a. d.* in menſium diebus notandis perperam uſurpatum. 48.
Adramyttenorum epiſcopus. 345.
Aelbuſii marchio. 256.
Aequalibus ſcriptoribus aliquando minor, quam poſterioribus habenda fides. 94.
Aeſchinis quaedam a Pogiano latine converſa. 89.
Agni divini cereae imagines. 108. 109.
Agricola Ignatius. 209. 326. 344.
Ala fluvius. 487.
Albenenſi epiſcopatu Otho Truchſeſius card. auctus. 97.
Albanius Joannes Franciſcus card. 390.
Albenſis dux. 133. 134. 279.
Albertus, Bavariae dux, Pragae Maximiliani, Bohemiae regis, coronationi intereſt. 50. Oratorem ſuum ad concilium tridentinum mittit. 58. Uſum calicis euchariſtici ſuis populis concedi a Pio IV. poſtulat & impetrat. 161.
Albertus vienoenſis. 344.
Alciatus. 367. 395.
Alcinius Mnus. 2.
Aleander Hieronymus card. 443.
Alegambius Philippus. 294. 296.
Alexandrius Natalis. 134.
Algarbiorum epiſcopus. 481.
Aliſanorum epiſcopi nimia in concilio trid. libertas. 188.
Alleſtein. 437. 438.
de Alſatia Thomas Philippus card. 389.
Altaempſius M. Sitieus card. quintus in concilio trid. pontificius legatus Conſtantiam proficiſcitur. 83. A Pio IV. ad reip. conſultationes adhiberi coeptus. 370.
de Alva Julianus. 320.
Alverius apoſtata. 304.
Amalphia urbs. 157.
Amalphitani alii a Melphitanis. 419. Eorum archiepiſcopus. *ibid.*
Amantius Antonius. 441. Notatus. 444.
Ambiani (gall. *Amiens*) religionis turbae. 9.
S. Ambroſii ad Nemus Societas. 200.
Ammiralius. Vide *Celinius* Gaſpar.
Amulius M. Antonius card. 24. 38. 116. 118. 171. 309. Reatinorum epiſcopus primi clericorum ſeminarii inſtitutor. 39. 389.
Staniſlai Hoſii card. operum lectione delectatur. *ibid.* 437. De ejus inopinato cardinalatu binae Aloyſii Cornelii card. litterae. 416. 417.
Analogiae in latina lingua ratio. 337. & ſeqq.
Anathemata a doctrina non ſeparanda. 98. 99.
Angelica bibliotheca. 267.
S. Angeli cardinalis Ranutius Farnaſius. 374.
Angelicus papa commenticius. 384.
Angelius Sebaſtianus. 291. Dominicus Sallentinorum litteratorum Vitas ſcribit. 441. Notatus. 443. & ſeqq.
Angliae ſub Maria regina cum romana eccleſia reconciliatio. 31.
Anonymi defenſio. 132. & ſeqq.
Apoſtoli quando ſacerdotes a Chriſto inſtituti. 140.
Aquilejenſi patriarchae Jo. Grimano Pii V. litterae, quibus Pii IV. conceſſio calicis euchariſtici abrogatur. 116. De ejus cardinalatu actum. 416.
Aquiſgrani corona argentea romanorum imperatores coronandi. 184.
Aracelius card. 384. 415.
de Arco Proſper. 211. Scipio. 264.
Arias Montanus Benedictus. 187.
Arctos. 379.
Aſinius Gallus. 335. Pollio. *ibid.*
Aſtunecenſium epiſcopus. Vide *Bovius* Jo. Carolus.
Ateſtius Aloyſius card. 353. & ſeqq. 362. 388. Hippolytus card. 347. De eo quaedam memorabilia. 348. & ſeqq. Pogiani operam expetit. 352. Ab obtrectatione defenſus. 356. & ſeqq. 370. Ejus animi aequitas. 362.
Atrebatenſis card. Vide *Perenottus* Antonius. Epiſcopus. Vide *Richardetus* Franciſcus.
Auguſtani canonici Ferdinando imper. Petrum Caniſium de concilio trid. legatum mittere volenti, hominis apud ſe retinendi cauſa repugnant ac vehementer obſiſtunt. 2. Eorum ex ejuſdem Caniſii abſentia deſiderium. 70. 75. & ſeqq. Canonicatus Udalrico baroni a Raugſech collatus. 6.
Auguſtinianorum Prior generalis. Vide *Patavinus* Chriſtophorus. Eorum laus. 115.
Auguſtinius Antonius, ilerdenſium epiſcopus. 100. 299.
S. Auguſtinus. 144.
Auguſtobonae Tricaſſium (gall. *Troyes*) epiſcopus ad haereticos transfuga. 9.

Avunionem adverſus haereticos Pius IV. tutatur . 186.
Aumaliae dux , Franciſci , Guiſae ducis , frater . 215. 256.
ab Auria Andreas, & Joannes Andreas.361. 368.
Auriensis in Hiſpania epiſcopatus . 415.
Acajolius Jacobus . 84.
Aeymorum uſus aliquando interdictus . 138.

B

B Acchenalia . 395.
Badia Thomas card. 443.
Bagnaria villa . 354.
Bajus Michaël Tridentum venit . 303. De eo , deque novis ejus opinionibus binae Commendoni litterae . *ibid.* & ſeqq.
Balbinius epitomes rerum bohemicarum auctor . 164.
Baldaſſarius Antonius . 108.
Balguerius Franciſcus . 419. Joannes . *ibid.*
Banchierius Jo. Franciſcus card. 390.
Barboſa Auguſtinus . 159.
Bardius Thomas . 28. Hippolytus . 187.
Bariense Sigiſmundi Auguſti , Poloniae regis , negocium . 176.
Baronius Caeſar . 295.
Baſileenſe concilium . 132.
Bavariae dux Albertus . 50. Ejus conſiliarius & procurator Viecheuſerus a concilii trid. praeſidibus Pio IV. commendatus . 57. Oratorem ſuum & unum theologum ad concilium mittit . 58. Ad eum Hoſii litterae . 152. Ejus filius Guilhelmus virtuti & litteris deditus . 309. & ſeqq. Catholicae religionis ſtudium . 310. & ſeqq. Guilhelmum Eiſengreinium Sirlero per litteras impenſe commendat . 311. & ſeqq.
Baylii Dictionarium . 150. 154.
Belgarum epiſcoporum & theologorum Tridentum adventus . 303.
de Belgicis tumultibus Annalium ſcriptor Franciſcus Haraeus . 37.
Belgium gubernat Parmae duciſſa . 46.
Bullayus Euſtachius pariſienſium epiſcopus . 99. 419.
Belli contra proteſtantes commenticium catholicorum foedus . 36.
Beltraminus Franciſcus , terracinenſium epiſcopus . 418.
Bembus Petrus card. 333.
Benedictus XIV. pont. max. 109.
a Berges Robertus , leodienſium epiſcopus , periculoſe aegrotat . 5. Melius habet . 45. 46. Truchſeſium card. muneratur . *ibid.* Gherardum Grosbechium epiſcopatus adjutorem deligit . 71. & ſucceſſorem deſignandum curat . 265. 282. 284.
Bertonius . 447.
Beſoecius Albertus . 200.
Beſſemerus Adrianus . 315.
Beza Theodorus . 9. 253. 275.
Billius Jacobus Gregorii Nazianzeni interpres & editor . 227.
Bipontinus dux Joannes Palatinus . 12.
Biſinianum . 371.
Biſpurg . 407.
Biſtein . 427. 428.
Bituntinorum epiſcopus Cornelius Muſſus. 441.
Blanchinius Joſephus . 408. Jo. Baptiſta . 409.
Blancus Franciſcus, orenſium epiſcopus. 99.118.
Bohemiae rex coronandus Maximilianus . 49. Maria ejus uxor coronatur . 50. Coronationis tempus , locus , ac ritus *ibid.* Provinciae ſtatus , & in ea catholicae religionis reſtituendae ratio . 251.
Bohemicarum rerum Epitomes auctor Balbinius . 264.
Bolognettius Marius card. 190.
Bompilius Camillus . 157.
Bona Joannes . 118.
Bonardus Vincentius , hieracenſium epiſcopus . 108.
S. Bonaventurae collegium . 389.
Boncompagnius Hugo , veſtanenſium epiſcopus . 99. 446.
Bonellus Michaël card. 435.
Bonfadius Jacobus . 162.
Bonhomius Franciſcus , vercellenſium epiſcopus , Gregorii XIII. ad colonienſium archiepiſcopum nuncius . 12.
Bonna a bavaris ac farneſianis obſeſſa & capta . 12.
Bonum opus cur epiſcopatus dicatur . 430. 431.
Borbonius Carolus card. 303.
Bordiſiera card 66.
S.Borgia Franciſcus Jacobi Laynii vicarius.210. Succeſſor . 434.
S. Borromaeus Carolus litteras dat ad concilii praeſides de Alphonſo Salmeronio , Jacobo Laynio , Petro Soto . 79. 80. 81. Ei operam in ſcribendis epiſtolis Pogianus locat . 358. 359. 360. Ejus vitae ſanctitas . 363. Aegrotanti Pio IV. avunculo aſſiſtit . 369. Academiam ſuam colit . 395. Fridericus card. 403. Joannes Baptiſta . 367.
Bovillana Alphonſi Caraffae card. ruſticatio. 89.
Bovius Jo.Carolus , aſtunenſium epiſcopus.99. 119. 445.
Bracarenſium archiepiſcopus Bartholomaeus de Martyribus . 140. 147. 290.
Brandeburgenſis marchio & S.R.I. elector Joachimus ſuos ad concilium miſſurus . 4. 36. Ejus uxor Eduviges . 124. Non omnino lutheranus . 127.

Braunſ-

Digitized by Google

Brunſvicenſis dux Henricus. Hoſii ad eum litterae. 47. 93. 158. Ejuſdem ad Hoſium. 103.
Bremenſia negocia. 113.
Brentius. 80.
Brixonius. 447.
Bromatus Carolus eraneuſis pſeudonymus confutatus. 133. & ſeqq.
Broniccius Joannes. 95. 104. 105.
Brunſperga. 426. 427. Collegium ab Hoſio fundatum. 342. 427.
Brunna. 834.
Budoënſium epiſcopus. Vide *Ciurtlis* Antonius.
Bulla aurea Caroli IV. imper. 175.
Bullionius Gothofridus. 207.
Buſſottus Bartholomaeus. 395.

C

CAbaſilla Nicolaus. 140.
Caeſaree qui appellentur. 191. 841.
de Calicis eucharistici uſu etiam non ſacerdotibus concedendo quae fuerit Truchſeſii atque Hoſii cardd. ſententia. 110. & ſeqq. 121. 123. 160. Interdictus in concilio conſtantienſi ſub Martino V. 112. 138. Permiſſus Germaniae populis a Paullo III. ſub certis conditionibus. 123. ab epheſino concilio interdictus. 118. a Leone & Gelaſio praeſcriptus. *ibid.* A conſtantienſi, baſileenſi, tridentino conciliis prohibitus. 139. Num aliquibus concedendus eſſet, rejectum a patribus concilii trid. ad ſummum pontificem. 139. 144. Concedi petunt ſuis populis Ferdinandus imper. & Albertus, Bavariae dux, & impetrant a Pio IV. 160. 408. itemque Carolus, Ferdinandi filius, Carinthiae, Stiriae, Carniolae populis. 162. Pii IV. conceſſio quando Viennae & Pragae promulgata. 164. Multiplex ex conceſſione incommodum conſequutum. *ibid.* & ſeqq. Pii IV. conceſſionem Pius V. in Caroli archiducis provinciis abrogat. 166. & ſeqq. In Germania ejuſmodi uſus epiſcoporum deinceps obitu, quibus eam facultatem Pius IV. delegarat, abolitus. 169.
Calinius Aloyſius. 73. Mutius, jadrenſium archiepiſcopus. 100. 118. 448.
Calvinianae haereſis in Galliis propagatio. 8. 9. 10. 230.
Cameracenſium archiepiſcopus. 116.
Camerarius S.R.E. Aſcanius Sfortia card. 420. 483. Vitellotius Vitellius. 437.
Campeggius Camillus. 390.
Camplum urbs in Brutiis. 37.
Canales Antonius & Chriſtophorus. 413.
Caniſius Petrus Tridentum a concilii pontificiis legatis arceſſitus. 1. 75. Ejus utilis ac neceſſaria Auguſtae opera. 1. 70. 75. & ſeqq. Tridentum quando profectus. 1. 70. Quamdiu in concilio fuerit. *ibid.* Preces edi curat, & ad Hoſium mittit, in publicis litaniis recitandas. 75. Hoſium morbo liberat. 67. Proprius auguſtanae meſſis operarius. 68. 70. 75. & ſeqq. Ad eum Pii IV. honorificentiſſimae litterae. 76. De ejus ſanctitate binae Urbani VIII. litterae. *ibid.* Tridento diſcedit. 79. 87. 93. Ejus ratio de docendo prius quam de execrando. 98. Hoſii obtrectatori non reſpondendum cenſet. 154. De magdeburgenſium centuriarum editione Hoſium deinceps monet. 155. Calicis eucharistici conceſſionem fore inutilem atque adeo pernicioſam praedicit. 164. Oenipontum Ferdinandi imper. arceſſitu venit. 838. Ejus piae ac doctae de quibuſdam quaeſtionibus ſententiae. 833. Magno in honore a Gallis habitus. 834. Ejus egregia Oeniponti opera. 845. Ex Pruſſia redux dilinganae academiae poſſeſſionem capit. 845. Ab Hoſio ejus in Pruſſiam adventus expetitus. 438.
Cannbius Franciſcus. 405.
Canonum informatores in concilio trid. qui fuerint. 99. Eorumdem condendorum ratio. *ibid.* De aliqua doctrina iis praemittenda deliberatum. 118.
Capetius Joannes. 395.
Caprulenſium epiſcopus. Vide *Falcetta* Aegidius.
de Capua Petrus Antonius hidruntinorum archiepiſcopus. 218.
Capucinorum inſtitutum retinendae ac propagandae in Bohemia catholicae religioni accommodatum. 251.
Caraccioli Jo. Antonii, Auguſtobonae tricaſſium epiſcopi, nefanda a catholica religione defectio. 9.
Caraffa Alphonſus card. 55. 56. 57. 58. 85. 90. 91. S.R.E. bibliothecarius. 301. Ejus ad Sirletum epiſtola. *ibid.* Ei operam dandi Pogiani voluntas. 351. & ſeqq. 398. Moritur. 400.
Caraffa Antonius, Paulli IV. fratris filius, Alphonſi cardinalis pater. 56. 89. Joannes Alphonſus, Antonii pater. *ibid.*
Caraffa Stiliani princeps. 367.
ad Carbonariam S. Joannis Congregatio & bibliotheca. 34.
Cardinalium gradus & ordo. 77.
Carinthiae, Stiriae, & Carniolae uſus calicis eucharistici conceſſus, & abrogatus. 161. 166. 167.
Carolus, Ferdinandi imper. filius, archidux Auſtriae, uſum calicis eucharistici ſuis populis concedi a Pio IV. poſtulat & impetrat. 162. Ad eum Pii V. litterae, quibus illa conceſſio abrogatur. 167.
Carolus IV. imper. bullam auream promulgat. 175.

Caro-

Criſpus card. 157. 419.
Criticorum canon. 94.
Crivallius Alexander. 200.
Crocſalius Joannes. 195.
Cromarus Martinus. 172. Legatione Sigiſmundi Augusti, Poloniae regis, apud Ferdinandum imper. defunctus. 176. Custodionato auctus. 178. Varmienſis apiſcopatus adjutor. 179. Tridentum venit. 220.
Cromerus Nicolaus, pragenſium archiepiſcopi ſecretarius, deinde vicarius. 52. 54.
Cruciatae abolendae Pii IV. conſilium. 84. 85.
Cusvii card. mors. 94. 104.
Culmenſium epiſcopus. 151. 152. 158. 159. 178. 186.
Custodionatas officium. 178.
Cynoſura. 179.
Cyprianus Ernestus Salomon. 159.
Cyrilli homiliae. 300.

D

DAndinius Hieronymus card. 56.
Daotiſcani. 281. 437.
Delphinius Joannes Petrus. 214. 215. Zacharias. 210. 211. 246.
Daorum appellatio translata ad homines. 333.
Deſidiae, ſive Biſinianum. 371.
Deſinere artem. 260.
Deſſelii *Bibliotheca belgica*. 46.
Dialinius Eraſmus. 435. 437.
Diesbachii Mauritii vicaria opera in auguſtano apiſcopatu non amplius neceſſaria. 48. 49.
Dietrichſwolt. 418.
Dilens Lucas. 116.
Dilingani collegii rector Cornelius Roſandalius. 209. Adminiſtratio jeſuitis demandata. *ibid.* 210. 238. 226. Ei ſubſidia a card. Truchſeſio conquiruntur. 235. & ſeqq. 281. 284. A Gregorio XIII. non fundatam, ſed ſubſidio adjutum. 238. Joannis Moroni card. liberalitate ſublevatam. *ibid.* Ejus ſtatuta. 317. Antiquis profeſſoribus miſſio datur. 325. 326.
Dionyſius Henricus. 345. 431.
Doctrinae, canonibus praemiſſae, informatores in concilio trid. qui fuerint. 99. Ejuſdam condendae ratio. *ibid.* De ea variae patrum ſententiae. 118. 120. 121. Qua auctoritate polleat. 119.
Dolera Clemens card. 384. 449.
Domi naſci quae dicantur. 4.
Dominicanorum magiſter generalis Vincentius Juſtinianus. 99.
Dominicius Joannes. 344.
Donatiſtarum haereſis. 131.
Dorovogelius Michael, adramyttenſium apiſcopus. 345.
Draſcovicius Georgius, quinqueeccleſienſium apiſcopus Tridentum venit. 17. 18. Ferdinandi caeſaris, tamquam Hungariae regis, orator. 21. 44. 83. 107. 118. 131. Oenipontum ad Ferdinandum impar. ſe confert. 220. 245.
Druzunm. 416.
Dubitandi verbum quomodo latine adhibendum. 130. 425.
Duditius Andreas, tininienſium epiſcopos, hungarici cleri in concilio trid. procurator. 2. 100.
Dulſchius Joannes. 236.
Duodecimviri ſacrae Rotae. 97.
Durazzius Joannes Lucas. 136.
Durinius Carolus Franciſcus card. 390.

E

EBionitarum haereſis. 132.
ab Edeo Martinus. 235. & ſeqq.
Eiſengrainii Martini ad card. Sirletum litterae. 310. Ejus frater patruelis Wilhelmus. 311. Eam Albertus, Bavariae dux, card. Sirleto magna cum laude commendat. *ibid.* & ſeqq.
Elbioga. 416. Elbinganſes. 381.
Elborenſium apiſcopatus. 410.
de Eleemoſyna monaſterium. 419.
Elſeſtainius comes, Maximiliani, romanorum regis, ad Pium IV. orator. 184 406.
Eliſabetha Henrici II. Galliarum regis, & Catharinae Mediciae filia, Philippi II. Hiſpaniarum regis uxor. 202.
Elwanganſe oppidum in Suevia. 97.
Epheſinum concilium uſum eucharistici calicis laicis interdicit. 132.
Epiphanius Aegidius, nivernenſium apiſcopus. 196.
Epiſcopalis muneris difficultas. 280. 430. 431.
Epiſcoporum conſecratio. 62. De eorum inſtitutione in concilio trid. quaeſtiones. 170. 218. 219. Presbyteris ſuperiores. 170. Num jure divino inſtituti, nunquam definitum. *ibid.* De reſidentia quaeſtiones. 218. 219. De electione. 302.
Epo Boetius. 295.
Eraſmi latinitas a M. Antonio Flaminio improbata. 72.
Erburtus Valentinus, praemiſlienſium apiſcopus, Poloniae regis in concilio trid. orator. 185.
Ernestus bavarus, friſingenſium & leodienſium apiſcopus, colonienſium archiepiſcopus, & S. R. I. ſeptemvir. 12.
Ernestus Maximiliani, regis romanorum, filius. 345.
in Eſaiam Hieronymi Oſorii paraphraſis. 422.
Eſſe ad aliquem fortaſſe non latinum. 84.
Eſtenſis. Vide *Ateſtius*.

Faber

F

FAber Baſilius, unus ex auctoribus centuriarum magdeburgenſium. 154.
Fabricii liber adverſus ſynodum trid. 156.
Fabricius romanus imperator. 274.
Facciolatus Jacobus. 323.
Faërnus Gabriel. 6. 150.
Falcetta Aegidius, capruleuſium epiſcopus. 339.
Falenſcius Stanislaus, abbas ſulcovisoſis, theodoſienſium epiſcopus. 47.
Farneſiano templo fundando primum lapidem card. Truchſeſius jacit. 346.
Farnaſius Alexander card. Poloniae patronus. 151. 171.
Farneſius Ranutius card. 374.
Fatum a S. Auguſtino rejectum. 334.
de Felicitate liber Flaminii Nobilii. 402.
Ferdinandi imperatoris in concilio trid. oratores poſtulatorum volumen patribus exhibent. 98. Uſum calicis euchariſtici ſuis populis a Pio IV. concedi poſtulat, & impetrat. 161. Oenipontum venit. 215. 220. Ejus ad Pium IV. de concilii rebus epiſtola. 223. Quae Commendonus, eo convento, concilii praeſidibus renunciarit. 242. & ſeqq. Trium ſocietatis Jeſu collegiorum fundator. 252.
Ferrarienſium dux Hercules II. 362.
Ferrerius, Galliarum regis in concilio trid. orator. 180.
S. Firmani abbatis hiſtoria. 136.
Flacius, ſive Flaccus, Francovvitzius Matthias, gente illyricus. 65. unus ex magdeburgenſium centuriarum auctoribus. 154. Ejus & Galli ſcriptum card. Hoſio a Petro Caniſio miſſum. 156.
Flaminii M. Antonii de praeſtantis latinitatis difficultate ſententia. 73. Ad Octavium Pantagathum carmen. 310. De litterariis cenſoris quid ſenſerit. 318. quid de analogia. 318. & ſeqq.
Fortaſſe aliud, ac *forte*. 19. 130.
Franciſcanorum lovanienſium, Michaëlis Baji novarum opinionum cauſa, diſſidium. 304.
Franciſcus I. Galliarum rex haereticos plectit. 182. Quamdiu regnarit. 202.
Franciſcus II. Galliarum rex. 201.
Franckfordienſis conventus. 172. 179. 182.
Franck Gaſparus. 318.
Franconiae dux harbipolenſium epiſcopus. 173.
Franconicum foedus. 61.
Frauvanburgum. 426.
Fuſius Andreas. 118.
Fuſcararius Aegidius, mutinenſium epiſcopus. 99. 319. Unus ex catechiſmi romani auctoribus. 449.

G

GAbutius. 108.
Galeſinius Petrus S. Gregorii Nyſſeni librum *de virginitate* ex graeco in latinum convertit. 24.
Gelaſius. Vide *Regardius*.
Galliae ab haereſi calviniana vexatae. 8. 9. 10. 204. 218. A Pio IV. pecuniae ſubſidio adjutae. 386.
Galliarum regis in concilio trid. oratores. 146.
Gallia ſola monſtra non habuit. 274.
Galli epiſcopi & theologi ad concilium trid. quamprimum venturi. 146. Inanes de eorum adventu timores. *ibid.* 171. Adveniunt. 180. Valde concilii patribus ſatisfaciunt. 189. Abſolvendi concilii auctores ac principes. 365. 366.
Galli & Illyrici ſcriptum. 156.
Gallius Antonius Andreas card. 399.
Gallius Ptolemaeus, ſipontinorum archiepiſcopus, deinde card. 113. 438.
Gandávum, urbs Belgii, Caroli V. imper. ortu nobilitata. 46.
Gámbara Joannes Franciſcus card. 393.
Gambara Laurentius. 331.
Gaſtelù Martinus, Lutenſis comitia a ſecretis. 226. 227.
Galaſius I. 159.
Gellius Alexander. 94.
Genevenſium epiſcopus. 157. Ejus inopia. 158.
Genua, philoſophiae in patavio gymnaſio profeſſor. 313.
Genuenſium annales. 168.
Georgius, legati Luſitaniae regis propinquus. 291.
Garius Philippus ab Aenariae epiſcopatu ad aſſiſinatem translatus. 274.
Germaniae epiſcopi cur minus frequentes ad concilium trid. venerint. 61.
Germanici Romae collegii inſtitutio ac dignitas. 433. 434.
S. Germanus. 140.
Ghisliarius Michael card. 449.
Gioaennaius Vitus Maria. 34.
Gonſolatus Joannes. 51.
Gonzaga Franciſcus card. 374. 393. 410. Fridericus card. 198. Hercules card. primus concilii trid. legatus. 82. 84. Ejus morbus & obitus. 258. & ſeqq.
Gonzalius ſummus imperator. 272.
Goritia urbs. 94.
Graecae litterae addiſcendae. 318.
Grammaticae artis obſcuritas ac difficultas. 425.
Granatenſium archiepiſcopus. Vide *Guerrerius* Petrus.
Greuaellanus. Vide *Perenottus* Antonius.
Gratiani decretum. 6.

Gratia-

Gratianus Aloyſius. 64. Antonius Maria. 58. 256. Patavium a Germania redux. 63. Ejus epiſtolarum latinarum duo mss. volumina. *ibid.* Patavina commoratio. 72. Itinerarium ms. 124. Carolo card. Lotharingo iniquior. 215. Ejus ad Nicolaum Thomiakium litteras. 434.
Gratiam *habere* ac *referre*, gratias autem *agere* Latinis uſitatum. 315.
Gravado quid ſit. 69.
Graveſonius Hyacinthus. 343.
Gregorii Nazianzeni ad Procopium epiſtola. 227. Ejus ſententiam card. Hoſius interpretatur. 228.
Gregorius V. legem de romanorum imperatore a Germanis creando fert. 191. 241.
Gregorius XIII. 12. Dilingani collegii opitulator, non fundator. 239. Ejus ad Gabhardum Truchſeſium, colonienſium archiepiſcopum, qui a catholica religione deſciverat, epiſtola. 316.
Gratſerus Jacobus. 108.
Grimanus Joannes, aquilejenſium patriarcha. 416.
Gropperus Gaſpar. 211. 212.
Groesbechius Gherardus, leodienſis eccleſiae decanus, in patriam Roma reverſus. 5. Leodienſium epiſcopi adjutor renunciatus. 71. 214. Succeſſor deſignatus. 265. 282. 284.
Guadagnius Joannes Antonius card. 389.
Guerrerius Petrus, granatenſium archiepiſcopus. 21. 22. 105. 140. 147. 177. 219. 287.
Guiſae dux Franciſcus, egregius ab adoleſcentia miles. 205. Hugonotos praelio vincit. 206. & ſeqq. Per proditionem occiditur. 253. Ejus fratres. 256. Ab eo Roma obſidione olim liberata. *ibid.* In ejus funere oratio, a Pogiano habita. 267. & ſeqq.
Guiſius Aloyſius card. 256.
Gurcenſium epiſcopus, herbipolenſium epiſcopi ſuffraganeus. 166.
Gutſlat. 417. 428.

H

HAgenſis comitatus Alberto, Bavariae duci, Ladiſlai comitis obitu cedit. 310.
Halla, Saxoniae urbs. 184.
Haraeus Franciſcus *Annalium de belgicis tumultibus* ſcriptor. 27. 253. 356. 362.
Harlemius. Vide *Roſendalius* Cornelius.
Hartamannus Henricus, Matthiae Citardi fratris filius. 18. 19. 85. 86. 117. 129. 427.
Havetius Antonius, namurcenſium epiſcopus, Tridentum venit. 303.
Hailſperga. 427.
Helfeſteinius comes. Vide *Elfeſteinius*.
Helice. 179.

Helvidii haereſis. 336.
Henriciani haeretici. 40.
Henricus card. Luſitanus. 420. Sebaſtiano regi ſuccedit. 424.
Henricus II. Galliarum rex. 201. 202.
Herbipolis, vulgo *Virtzburg*. 173. Ejus epiſcopus Fridericus. *ibid.*
Hermelandus monachus. 433.
Heroldus Baſilius Joannes. 149.
Herrera Chriſtophorus. 344.
Hervagius Joannes. 149.
Heſiodus. 193.
Heſſelius Joannes Tridentum venit. 303. De eo, deque novis ejus opinionibus binas Commendoni, nuncii pontificii, litterae. *ibid.* & ſeqq.
Hidruntinorum archiepiſcopus Petrus Antonius de Capua. 218.
Hieracenſium epiſcopus, Vincentius Bonardus. 108.
Hieremias propheta. 145.
S. Hieronymi contra Vigilantium locus. 274. alter ad Paulinum. 335. tertius de epiſcopatus labore. 430. Dilingani collegii patronus. 217. 385.
Hieronymus peripateticus philoſophus. 3.
Hinc inde ſatis latine num dicatur. 336. 317.
Hiſpalenſium archiepiſcopus. 105.
Hiſpanorum naufragium. 367. 372.
Hittorpius. 108.
ab Hoja Joannes, oſnaburgenſium epiſcopus. 60.
Homerus. 337.
Horoſcius Joannes. 108.
Hoſii Staniſlai card. ad Othonem card. de tridentinarum actionum initio litteras. 15. Liber *Confeſſionis* a cardd. Amulio & Sirleto mire laudatus, & Romae imprimi coeptus. 39. & ſeqq. Ad Sirletum epiſtola. 42. Ad Henricum ducem braunſvicenſem litterae. 47. S. Laurentii in Paniſperna ſacris virginibus praeeſt. 59. 122. Aegrotat. 68. Convaleſcit. 69. 86. Doctrinam, tridentinis canonibus praemiſſam, informat. 99. Latine ſcribendi gnarus. 102. Ejus de epiſcoporum reſidentia ſententia. 106. & de uſu euchariſtici calicis laicis concedendo. 110. 111. 160. Ruſticatio. 114. S. Pancratii titulo ornatur. 122. 200. Ejus opus *de expreſſo Dei verbo*. 132. Morum ſuavitas. 134. Scripturum praeſtantia. 135. In eum ab haereticis ſcripta. 152. 257. Falſi de eo rumores. 160. Varmienſis epiſcopatus ſibi ſucceſſorem deſignat. 179. Ad Martinum Sborovium epiſtola. 213. altera ad Sirletum. 296. Abſoluto concilio trid. redeundi in Poloniam facultatem a Pio IV. petit & impetrat. 375. & ſeqq. In viam ſe dat. 378. Ejus ad Pogianum e Polo-

Polonia epiſtola. 379. Commendonum, pontificium ad Poloniae regem nuncium, excipit. 426. & ſeqq. Ejus epiſcopales curae. 428. 430. Societatis Jeſu homines peramanter excipit. 431. Romam quando redierit. 439.
Hoſius Joannes, Stanislai fratris filius. 435. 436.
Hugonotorum Catalauni (gall. *Chalons-ſur Marne*) turbae. 9. 10. Clades in Gallia. 196. 200. 201. 206. 207. 218. Odium ac crudelitas in catholicos. 273. Nominis etymologia. 356.
Hungarici cleri in concilio trid. procuratores Joannes Coloſuarius, & Andreas Dudithius epiſcopi. 8.
Hungarorum rex Maximilianus, Ferdinandi imper. filius, coronatur. 48. & ſeqq.
Hydruntinorum archiepiſcopus. 141.

I

Jadrenſium archiepiſcopus. Vide *Calinius Mutius*.
Jagellonicae ſtirpis ultimus Sigiſmundus Auguſtus, Poloniae rex. 95. Ex ea ſtirpe reges. 240.
Japygia. 440.
Jeſu ſocietatis homines a concilii trid. pontificiis legatis publico teſtimonio commendati. 82. Adhibiti, Pii IV. juſſu, ad promulgationem conceſſi calicis euchariſtici. 163. In eorum S. Clementia ſedulitas valentibus praebitus. 164. De fructu, qui ex ejuſmodi conceſſione ſperari poſſet, a Pio V. conſulti. 168. Eorum collegium Moguntinum. 173. Dilinganum. 209. 210. Brunſpergenſe. 345. 427. 438. Elborenſe. 420. A card. Truchſeſſio multis per litteras de meliore nota commendati. 237. & ſeqq. Eorum utilis catholicae religioni opera. 245. 250. & ſeqq. 286. 307. 344. & ſeqq. 423. A Laevino Torrentio carmine compellati. 387. Dilingensis academiae poſſeſſionem capiunt. 344. & ſeqq. Cum iis frequens S. Caroli Borromaei conſuetudo. 363. Ab iis Pii IV. animus paullisper abalienatus, quamque ob cauſam. *ibid.* & ſeqq. Eorum precibus catholicam in Polonia rem commendari card. Hoſius vult. 381. De iis Pii IV. ad moguntinorum archiepiſcopum commendatitiae litterae. 390. 391. In Pruſſiam ab Hoſio miſſi. 423. Brunſpergam evocati. 417. 438. Heilſpergam veniunt, ab Hoſio peramanter excepti. 433.
Ilcinius, ſive Ilicinius, Mons. 2.
de Ilcio Philippus. 363. Reynerius card. *ibid.*
Ilerdenſium epiſcopus. Vide *Auguſtinius* Antonius.
Illyricus. Vide *Flacius*.
Ilſungus, Ferdinandi imper. conſiliarius. 30.
Imperator romanorum a germanis creandus ex Gregorii V. conceſſione. 191. 241.
Imperialius Coſmas card. 390.
Indulgentiae a concilii trid. praeſidibus concedi ſolitae. 134.
Indulti jus quid ſit. 19.
Interpretandi ex una in aliam linguam quae ſit optima ratio. 29.
Intimelienſium epiſcopus. Vide *Vicecomes* Carolus.
Jovius Paullus, nucerinorum epiſcopus. 119.
Iſabella, Ferdinandi I. imper. filia, Catharinae ſoror, Sigiſmundi Auguſti, Poloniae regis, uxor. 95.
in Iſaiam Hieronymi Oſorii paraphraſis. 482.
Iſepica Baſilius. 441.
Iſembergius ſalentinus dux. 18.
Iſidorus Peluſiota. 431.
Iſocratis in oratione verſus ab Hieronymo peripatetico deprehenſi. 3.
Iſychius presbyter. 140.
Judicis Matthaei contra concilium trid. peſtilens liber. 14. 19.
Julia villa. 359.
Julius III. pont. max. 31.
Ivonis decretum univerſum in Belgio primum editum. 6. Ejus editor Joannes Molinaeus. 46.
Juriſjurandi formula in electione imperatoris romanorum. 175.
Juſtinianius Vincentius, magiſter generalis Ord. Praed. 99.
Juvenalis. 406.

L

Laderchii Jacobi *Annales eccleſiaſtici*. 250.
Ladiſlaus hegenſis in Bavaria comes. 310.
Lambinus Dionyſius. 83.
Lancianenſium archiepiſcopus. Vide *Marinius* Leonardus.
Langius Petri Bembi reprehenſor. 333.
Lanſacus Ludovicus, Galliarum regis in concilio trid. orator. 146. 180.
Lantius Fridericus Marcellus card. 390.
Latinitas quorumdam improbata. 73. 74.
Latinius Latinus de Guilhelmo Sirleto honorifice ſentit. 28. Ejus ad Andream Maſium de proſcriptis a Paullo IV. libris epiſtola. 149.
Laudunenſis dioeceſis (gall. *Laon*) ab haereticis corrupta. 8. 9.
S. Laurentii in Paniſperna aedes. 59.
Laus dupliciter ſignificat. 450.
Laynius Jacobus Tridentum venit, card. Borromaei litteris concilii praeſidibus commendatus. 80. Ejus cum antiquiorum ordinum magiſtris de ſedendi & ſententiae dicendae loco controverſia. 81. ab iiſdem praeſidibus compoſita, & homini modeſtiae laus tributa.

bata. 82. Ejus ſociorumque precibus catholicam in Polonia rem commendari card. Hoſius exoptat. 381. 431. 432.
Lacerae Petrus. 441.
Legati pontificii ad concilium trid. novi mittendi. 66.
Lentulus pro *lentus* apud Ciceronem. 264.
Lercarios Nicolaus Maria card. 389.
Leodienſis decanus & adjutor. Vide *Groesbechius* Ghərardus.
Leodienſium epiſcopus. Vide *a Berges* Robertus.
ad Leopoldum, Auſtriae archiducem, Urbani VIII. pont. max. de Petri Caniſii ſanctitate litterae. 76.
Leo I. pont. max. 34.
Ley Joannes, treverenſium archiepiſcopus. 174.
Lindanus Guilhelmus. 140. 295. 306. 307.
Lipao ſylv-. 94.
Lipomenos Aloyſius, veronenſium epiſcopus, ad Poloniae regem noncius pontificius. 154.
in Litaniis publicis Petri Caniſii preces recitandae. 35.
Lithuania Poloniae contribuit. 240.
Livinajus Joannes. 28. 29.
Lombardius Jo. Franciſcus, Seripandi card. familiaris, de Hoſii operum romane editione laborat. 39. De Salmeronii neapolitanis concionibus Hoſium docet. 82. deque Turriani contra centuriatores opere. 299. denique de reatino ſeminario. 389.
Lomſium, Poloniea urbs. 379.
Loricius Jodocus. 108.
Lotharingi cardinalis Caroli Tridentum adventus, & oratio. 180. 204. 215. Laudes. 183. 189. 216. & ſeqq. Oenipontum ad Ferdinandum imper. ſe co-ſert. een. Tridentum redit. 221. 285. in Franciſci fratris morte conſtantia. 255. Familiae vetuſtas & claritas. 270.
Lotharingus Gotifredus. 271. Fridericus. *ibid.*
Lovanii, novarum Michaelis Beji opinionum cauſa, turbae. 204.
Lubaois. 428.
de Luca Jo. Baptiſta notatus. 100.
Lunemburgenſia negocia. 813.
Lunenſis comes. Vide *Quignonius* Claudius.
Luſitaniae rex Sebaſtianus. 420. 421. 424. Henricus. *ibid.*
Luſitanorum naves ex India redeuntes a piratis captae. 412.
Luſitanus card. Henricus. 420. Sebaſtiani regis ſucceſſor. 424.
Lutheriani rectius quem *Lutherani* appellandi. 856.
Madruccius Chriſtophorus card. 35. 129. 177. Ludovicus card. 35. 319.
Magdeburgenſium archiepiſcopus Sigiſmundus, marchionis magdeburgenſis filius, ad confeſſioniſtas cum primario clero deficit. 36. 124. 825.
Magdeburgenſium eccleſiaſtica hiſtoria. 154. & ſeqq. 296. 298. A Franciſco Turriano, & a Wilhelmo Eiſengreinio confutata. 298. 315.
Magiſtrorum nomina ſuprami ſacrorum familiarum praeſides deſignari ſoliti. 248.
Magius Laurentius. 438.
Maguntia, ſive Moguntia. 373. Ejus archiepiſcopus. *ibid.*
Magnaanum coenobium. 31.
Meldoaarus Joannes notatus. 243. laudatus. *ibid.* 309.
Maleſpina Leonardus. 398. 399.
Manichaeorum haereſis. 132.
Manefeldia Agnes. 31.
Manefeldius Carolus, Agnetis frater. 32.
Manutius Paullus Romae typographiam inſtituit. 38. Ejus nullas partes in concilii trid. voluminae ſcribendo fuerunt. 99. & ſeqq. 444. ſed dumtaxat in edendo. 102. Megnas occupationes. 330. Ciceronis imitandi ratio. 402. Q. Marii Corradi amicus & laudator. 440.
Marcellus nomine nullus a cardinalibus ſub Pio IV. nuncupatus. 383.
Marcellus, Octaviae filius. 30.
Marcellus II. pont. max. 27. 28. 30. 35. In ejus funera orationem Pogianus haber. 267.
S. Marci aedes a Pio IV. reip. venetae dono datas. 414. 416.
Margerita auſtriaca, Philippi II. ſoror, parmenſis ducis uxor. 37.
Maria Henrici VIII. & Catharinae auſtriacae filia, Angliae regina. 31. 32.
Maria, Maximiliani uxor, Bohemiae regina conſecratur. 30.
S. Mariae majoris canonicatum Georgius Ticinius petit. 47.
S. Mariae ſupra Minervam aedes. 374.
Marienburgum. 426.
Marignani marchio. 363. 365.
Marinius Leonardus, lanciaoenſium archiepiſcopus, Tridentum Roma cum mandatis Pii IV. reverſus. 98. Granatenſium archiepiſcopo contradicit. 177. Unus ex auctoribus *Catechiſmi romani*. 448.
Martinus V. 112.
Maſſarellius Angelus, theleſienſium in Campania epiſcopus. 99. Latine ſcribendi gnarus. 101. Concilii trid. ſecretarius. 446.
S. Maternus primus colonienſium apoſtolus. 183.
Matrimonia clandeſtina. 439.

Matthias, Maximiliani filius. 345.

Meurttianum bellum. 368.

Meximilianus Buhemiae & Hungariae rex coronandus, & utriuſque coronationis tempus, locus, ac ritus. 48. 49. 50. Rex romenorum renunciatus. 172. Renunciationis vitia a Piu IV. ſanctu. 184. 191. Catholicae fidei profeſſio. 190. 350. Ejus filii in Hiſpaniem ad Philippum regem a card. Truchſeſio deducendi. 319. 367. Tridentum quando venerint. *ibid.* In Hiſpaniem deducti. 345.

de Meximis Maximus, emalphitanorum archiepiſcopus. 157. 419.

Mechlinienſium archiepiſcupus. Vide *Perenottus* Antonius.

S. Medardi Pariſiis aedes. 9.

Medicii Ferdinandi card. creatio. 198. Juanne cerd. more. *ibid.*

Medicius Coſmus ſenior. 358.

Mediomatrices. Vide Metae.

Mednicienſis epiſcopatus. 415.

Melánchthonis latinitas a M. Antonio Flaminio improbata. 73.

de Mello Joannes. 430.

Melphitani alii ab Amelphitanie. 419.

Melphitum, ſive Melphictum, urbs, ital. *Melfetta.* 157.

Melſacum. 427.

Mendoza Rudericus. 367.

Mercatura bonarum artium apud Ciceronem. 378.

Mercurianus Evererdus. 305.

Meſſapii. 440.

Merſpurgenſis eccleſiae bona Saxoniae dux occupat. 10. 16.

Marſpurgenſium epiſcopus Michaël Sidonius. 10. In ejus locum Gaſper Grupperus e catholicis expetitus. 211.

Meſſenenſium archiepiſcopus Gaſpar Cervantes. 147.

Metee, ſive Motae, ſive Mediomatrices (vulgo *Metz*) urbs Lotharingiae ad Moſem. 51.

Metellus Joannes. 6.

Meuleus Vandee. Vide *Melinaeus* Joannes.

Mielnicenſis epiſcopatus. 415.

Milenſius Felix, Hieronymi Seripandi card. vitae ſcriptor. 34.

Millarus Georgius. 210.

Minalis Donatus, Hannibalis pater, quaeſtor urbanus. 395.

Mingarellius Joannes Aluyſius. 399.

Miraeus Aubertus. 29.

Mirandenſium epiſcopus. 420.

Miskowuskius Petrus. 235. Stanislaus. 88.

Moguntia, ſive Meguntia. 173. Ejus archiepiſcopus Daniel. *ibid.*

Moguntinorum archiepiſcopo Georgio Friderico Urbani VIII. de Petri Caniſii ſanctitate epiſtola. 76.

Moguntinum ſocietatis Jeſu collegium. 173.

Molinaeus Joannes Ivonis carnotenſis *decreti* editor. 46.

Montelcinenſium epiſcopus Franciſcus Maria Piccolhomineus. 2.

de Monte Innocentius card. a Balduino, Julii III. fratre, adoptatus. 354.

Montfauconius Bernardus. 29.

Muratius notatus. 443.

Murgeguius Jo. Baptiſta. 323.

Morunae Joannes card. 38. a Paulo IV. in carcerem conjectus. 133. Societatis Jeſu collegium dilinganum pecunia juvat. 238. Ad concilium trid. in card. Herculis Gonzagae demortui locum legatus mittitur. 265. Oenipontum ad Ferdinandum imper. venit. 308. Romam rediturus. 374. Servandis concilii trid. decretis a Pio IV. praeficitur. 282. 291. 449.

Musae. Vide *Metae*.

Mucantius Franciſcus. 193.

Muglitius Antonius, pragenſium archiepiſcopus. 52. 54.

Muſicae praeſtantia. 193.

Muſuttus. 448.

Muſſus Cornelius, bituntinorum epiſcopus. 441.

Mutinenſium epiſcopus. Vide *Fuſcorarius* Aegidius.

N

NAechiantius Jacubus chioggienſium epiſcopus. 99. 118.

Nanus e Polonia. 96.

Narcuſſius, ſive Harcuſſius, Stanislaus. 415.

Navagerius Bernardus card. ad concilium trid. legendus. 66. In demortui card. Seripandi locum legatur. 265. Card. Truchſeſium Veronae excipit. 368. Ad veronenſem epiſcopatum ſuum abſoluto concilio recta ſe confert. 391.

Navarrae rex. 36. In Rothomagi oppugnatione accepto vulnere moritur. 206. Ejus uxor Joanna. 356.

Naumburgenſium epiſcopus. Vide *Pflugius* Julius.

Neapolitani regni prorex Paraſanius de Rivera. 237.

Neapolitanum, ſive Barienſe, Sigiſmundi Auguſti, Poloniae regis, negocium. 176. 237.

Negociis attributae quae dicantur. 160.

Nepos pro *fratris* aut *ſororis filius* non latinum. 18. 19.

Neque ſive *nec* iterata quemadmodum cum alia negante particula latine uſurpentur. 14.

Neſtorii haereſis. 132.

Niceronius notatus. 441. 443.

Nico-

Nicolinius Angelus. 418.
Nicetnarius comes. 12.
Nobilius Flaminius. 402. 403. Robertus card. 56. 446.
Noguera Jacobus, aliſanorum epiſcopus. 100.
Nucerinorum epiſcopus. Vide *Javius* Paullus.
Nyſſeni Gregorii *de virginitate* liber. 84. De Chriſti in coena oblatione locus. 40. & ſeqq 129.

O

OBerſtenius canonicus ſpirenſis. 312. 313. de Oblatione Chriſti in noviſſima coena variae patrum tridentinorum ſententiae. 40. 120. 129. & ſeqq. 140. 142. S. Gregorii Nyſſeni locus. 40. & ſeqq. 129.
Oecomenii locus. 128.
Olavius Martinus dilingauae academiae cum Petro Soto praeficitur. 238.
Oldoinus Auguſtinus. 21. Notatus. 22. 238.
Olympiadis thermae in colle viminali. 59.
Oranum defenſum. 412.
Ordinationum ſacrarum celebrandarum tempora. 159.
Ordinis ſacramenti abuſus tollendi. 302.
Ordo romanus de officio Miſſae. 6.
Oſius Jo. Baptiſta, reatinorum epiſcopus. 118. 119. Conceſſioni calicis euchariſtici repugnat. 131. 132. Paulli IV. datarius, & ab eo in carcerem conjectus 133.
Oſnaburgenſium epiſcopus. Vide *ab Heja* Joannes.
Oſorius Hieronymus. 421. & ſeqq.

P

PAcecchus card. 412. 415.
Padmeuskius Philippus. 213.
Padnevius, cracovienſium epiſcopus. 213.
Paduanus epiſcopus. 419.
Paganus. 447.
Pagnanus Hercules, marchionis Piſcariae a ſecretis. 226. 227.
Pallavicinius Sfortia notatus. 21. 80. 294. Contra pſeudonymum defenſus. 132. & ſeqq. Ejus epiſtolarum volumen. 136. Hiſtoria concilii trid. laudata. 138.
Pallium archiepiſcoporum & patriarcharum. 53.
Pamphilus Cynthius, concilii trid. notarius. 202.
Pancirolus. 323.
S. Pancratii aedes & titulus. 123. 200.
in Paniſperna S. Laurentii aedes. 59.
Panormitanorum archiepiſcopus. Vide *Preconius* Octavianus.
Pantagathus Octavius. 330.
Panvinius Onuphrius. 30. 133.
in Papatum ambientes Paulli IV. conſtitutio. 385.
Papebrochius Daniel. 150.
Pariſienſium epiſcopus Euſtachius Bellajus. 419. Archiepiſcopatus quando primum inſtitutus. 424.
Pariſiis res catholica a calvinianis vexata. 9.
Parmae ducifſa Belgii gubernatrix. 46.
Parmenſium epiſcopus. Vide *Sfortia* Alexander.
de Parre Joſephus. 50.
Partus pluraliter quod Sannazarius dixerit, a Scaligero reprehenſus. 336.
Paſanifius Sergius. 441.
Paſchaſius epiſcopus. 431.
Paſqua medicus. 259.
Paſſionejus Dominicus card. 301.
Patavini gymnaſii dignitas. 74. 331.
Patavinus Chriſtophorus, auguſtinianae familiae Prior generalis. 99. 115. 342.
Paulli IV. doctrina & eloquentia. 56. 89. Bellum cum Carolo V. 256. 279. Contra ambientes papatum conſtitutio. 385.
S. Paullus *bonum opus* quid dixerit. 430. 431.
Paullus III. uſum calicis euchariſtici Germaniae populis ſub certis conditionibus permittit. 122. Ejus itinera. 386.
Paungatnet Auguſtinus Alberti, Bavariae ducis, in concilio trid. orator. 58.
Peluſiota Iſidorus. 431.
Pendaſius. 84.
Perterebrui rectius, quam *perterebui*. 70.
Peregrinus Antonius concilii trid. notarius. 202.
Perenottus Antonius Granvellanus, mechlinienſium archiepiſcopus, cardinalis atrebatenſis. 37. 85. 117. 119. 306. 337.
Perettius Alexander card. 402.
Perpinianus Petrus. 440. & ſeqq.
Peruſcius Io. Baptiſta, primus ſeminarii romani rector. 389.
Peſtilentiae fugandae ſuperſtitioſa ratio. 428.
a Petra Jo. treverenſium archiepiſcopus. 174.
Petraſancta Antonius. 200.
S. Petri cathedrae feſtus dies quando agi coeptus. 16. 17. Fabrica. 84.
Petrobruſſiani haeretici. 40.
Pettonius. 265. 282. 290. 308.
Petrus Martyr Vermilius. 358.
Pflugius Julius naumburgenſium epiſcopus. 37. 92. Ad eum Pii IV. litterae de uſu calicis euchariſtici. 161. Ejus ad Hoſium epiſtola de eccleſiarum reformatione. 229. De adjutore ſui epiſcopatus agit. 257.
Philippus II. rex Hiſpaniarum, Mariam Angliae reginam uxorem ducit. 31. Belgium Margaretae ſorori adminiſtrandum tradit. 37. Ex eccleſiaſticis vectigalibus multa aureorum millia a Pio IV. ei conceſſa. 411.
Phoebejus Franciſcus Antonius. 53. 62. 77.
Piarum ſcholarum appellatio. 252.
Piccolhomineus Franciſcus Maria, montalcinenſium epiſcopus, Othonis card. Auguſtani in concilio trid. procurator. 2. 37.

Pii V. comitia. 7. Erga ſocietatem Jeſu benignitas. 250. Sororis nepotes tres. 434.
Pinheirus Antonius. 430.
Piſenoium archiepiſcopatus. 424.
Pius IV. pontificium aerarium neceſſariis ſumtibus paene exhaurit. 8. Ejus de revocanda veteri eccleſiae diſcipline cura. 32. 98. Honorifica ad Petrum Caniſium epiſtola. 76. Tridentinis actionibus Romae cum delecto cardinalium conſilio moderatur. 118. Uſum calicis euchariſtici Germaniae populis ſub certis conditionibus concedit. 161. & ſeqq. Societatis Jeſu collegia inſtituit. 250. Franciſco Guiſio Romae parentari jubet. 269. 278. Urbem aedificiis auget atque ornat. 358. 359. 394. Ad portum centumcellenſem ſe confert. 361 Ab jeſuitis aliquamdiu, quamque ob cauſam, abalienatus. 363. & ſeqq. In periculoſum morbum incidit, ex quo brevi convaleſcit. 369. Primum ſenatum, abſoluto concilio tridentino, habet. 371. & ſeqq. Secundum. 381. & ſeqq. In eum conjuratio. 383. 384. Ingentes pontificatus ſumtus. 386. Ejus affines cardinales. *ibid.* Societatis Jeſu patrocinium ſuſcipit. 390. 391. Tertium ſenatum habet, quo tridentinae ſynodi acta confirmet. 392. Epiſcoporum reſidentiam triplici lege ſancit. 394. Quartum ſenatum habet. 411. & ſeqq. In venetam remp. propenſus. 414. & ſeqq. Octo cardinalibus concilii tridentini cognitionem dat. 449.
Platonis de ſapientia dictum. 314.
Pogianus Julius quando cardinali Truchſeſio operam dare deſiiterit. 7. Notatus. 18. 19. 84. 93. 112. 114. 117. 130. 137. 276. 290. 314. 337. 403. 407. 419. 429. 430. S. Joannis Chryſoſtomi libellum *de virginitate* latine convertit. 24. & Aeſchinis quaedam. 29. Ejus ad card. Seripandum epiſtola. 34. Litterarum volumen Bononiae edendum. 74. Orationem habet in funere Franciſci Guiſii. 267. & ſeqq. Laevini Torrentii carmina recognoſcit. 327. & ſeqq. Card. Truchſeſium, relinquentem urbem, comitari recuſat. 338. Alphonſo Careſſae card. operam ſuam deſtinat, ſed card. Borromaeo dare cogitur. 351. & ſeqq. 359. 360. Ad eum Hoſii e Polonia litterae. 379. Academiae vaticanae adſcribi renuit. 395. Ciceronis imitandi praeclaram rationem tradit. 447. Ad catechiſmi romani ſcriptionem, & ad litteras cardinalium concilii tridentini interpretum nomine ſcribendas adhibitus. 449.
Polaacus Joannes. 7. 318. 434.
Polenus Joannes. 321.
Poloniae rex Sigiſmundus Auguſtus, jagellonicae ſtirpis ultimus, Iſabellae prius, deinde Catharinae, Ferdinandi I. imper. filiarum, maritus. 95. Ejus majores. 240.
Poltrotus Joannes Franciſcum Guiſium per proditionem occidit. 253. 275.
Polus Reginaldus card. 30. 31. Ejus *de concilio & de reformatione* libri Romae editi. 32.
Pontedera Julius. 383.
Poſonium, al. *Presburgum*, Hungariae regum coronandorum locus. 50.
Praga regum Bohemiae coronandorum locus. 50. In ea ſocietatis Jeſu collegium. 251. Ejus archiepiſcopus. Vide *Meglitius* Antonius.
de Praedeſtinatione liber Flaminii Nobilii. 402.
Praeſtinguere. 83.
Preconius Octavianus, panormitanorum archiepiſcopus. 99. 177.
Premislienſium epiſcopus Philippus Padnewskius ad cracovienſem eccleſiam translatus. 213.
Presburgum. Vide *Poſonium*.
Profeſſorum romana domus. 433.
Proſcripti a Paullo IV. libri. 149.
Pruſſiae dux Albertus. Ad eum Hoſii litterae. 152.
Pſeudonymus confutatus. 132. & ſeqq.
Pumilio e Polonia. 96.
Puſtulae. 360.
Puteus Jacobus card. concilii trid. legatus, Tridentum, adverſae valetudinis cauſa, numquam profectus. 118.
Pyrrhus rex. 274.

Q

Quadrantini Fabiani Palinodiae. 438.
Quignonii Franciſci card. breviarii romani formula. 17.
Quignonius Claudius, comes lunenſis, Philippi II. Hiſpaniarum regis orator. 85. 171. 197. Tridentum venit. 285. A card. Borromaeo laudatus. 287.
Quinqueeccleſienſium epiſcopus. Vide *Draſcovicius* Georgius.
Quintilianus. 337.
Quirinius Angelus Maria card. 301. 331.

R

Raynaldus Odericus. 289.
Raynaudius Theophilus. 308.
Reatinorum epiſcopus. Vide *Oſius* Jo. Baptiſta.
Reatinum ſeminarium. 39. 380.
Rebiba Proſper, trojenſium epiſcopus. 119.
Recinetenſis Jo. Paullus. 115.
Recinetum, Piceni urbs. 115.
Referendariorum collegium. 212.
Reformationis negocium Pius IV. ſerio urget. 84.
Regardius Galeſius. 283. 284. 367. 385.
de Regia diſciplina liber Hieronymi Oſorii. 422.
Reomanus card. 165.

Reſcius

Digitized by Google

Reſcius Staniſlaus. 79. 135. 153. 154.
de Reſidentia epiſcoporum in concilio trid. quaeſtiones. 65. 68. 105. 106. 146. 147. Decretum. 387. Pii IV. conſtitutiones. 394.
Reſſel. 428.
Rhemenſium archiepiſcopus. 215.
Ribera Jo. Baptiſta. 363. & ſeqq.
Riccius Barptolomaeus. 84. 370.
Richardotus Franciſcus, atrebatenſium epiſcopus. 48. 100. Tridentum venit. 303.
Richeomus Ludovicus. 295.
Riala. 437.
Rithovius Martinus, iprenſium epiſcopus, Tridentum venit. 303. 343.
de Rivera Paraſanius, neapolitani regni prorex. 337. 399.
Rivi-ficci comites. 405.
Roboreus, ſenogallienſium epiſcopus. 118.
Rocca Angelus. 267.
Rocillous Ludovicus. 114.
Rodulphus Maximiliani filius. 345.
Rogoſnenſis capitaneus Jo. Dulſchius. 236.
Romam Tridento nuncii quot diebus afferri ſoliti. 144.
Romanae eccleſiae in Chriſti coenae commemoratione ritus & oeconomia. 43.
Romanorum regis creatio. 184. 191.
Romanum ſocietatis Jeſu collegium a Pio IV. commendatum. 390. 391. Ejus pro ſalute Poloniae preces. 433.
Romanus Tarquinius. 436.
Romphilius Camillus. 157.
Roſendalius Cornelius, dilingani collegii rector, Romam evocatus. 209. Academiae poſſeſſionem Petro Caniſio tradit. 345. 346.
Rotae tribunal. 97. 212.
Rothomagum a catholicis expugnatum. 206.
Rotina Carolus. 338.
Roverellus, Moroni cardinalis a ſecretis. 308.
Ruaeus Carolus. 335.
Rubeus Barptolomaeus. 363.
Rugerius Fulvius. 74.
a Rungſeck baro Udalricus auguſtano canonicatu auctus. 6.

S

SAbellus Jacobus card. 158. 171.
Sacchinius Franciſcus. 81.
Sacerdotes quando conſtituti a Chriſto apoſtoli. 40. 140. & ſeqq.
Saeculares presbyteri appellati, qui monaſticam vivendi rationem non profitentur. 81.
Sagittarius Gaſpar. 154.
Salco villa. 94.
Sallentinorum litteratorum vitae a Dominico de Angelis ſcriptae. 441.
Salmeronius Alphonſus Tridentum venit, card. Borromaei honorificis litteris commendatus. 79. Ejus ſanctitas, doctrina, ac ſacra praeſertim eloquentia. ibid. In prima theologorum claſſe princeps ſententiam dicit. 227. Sacras conciones Tridenti, Romae, Venetiis, Neapoli habet. 292.
Saloninus C. Aſinii Pollionis non filius, ſed nepos. 335.
S. Salvatoris canonici regulares. 399.
Salzpurgenſium archiepiſcopus. 165.
Sambucus Antonius. 362.
Sandomirienſis Palatinus. Vide *Tarnovius* Staniſlaus.
Sanazarius Actius Syncerus. 329. 336.
de vera Sapientia liber Hieronymi Oſorii. 428. 482.
Saracenus Jo. Michaël card. 449.
Savellus Jacobus card. 388.
Saul inter prophetas. 146.
Savorgnanus Julius. 434.
Saxoniae elector ſuos ad concilium trid. miſſurus. 4. Merſpurgenſium epiſcopi defuncti bona invadit. 10. 36.
Sborovius Andreas. 213. Martinus. ibid.
Scaliger Julius Caeſar Sannazarii reprehenſor. 336.
Schardius Simon auctor Epitomes rerum geſtarum ſub Ferdinando I. imper. 50.
Scholarum piarum appellatio. 252.
Schottus Andreas. 400.
Schultingius Cornelius. 108.
Scotinus notum per malas artes nomen. 12.
Scottus Jo. Bernardinus card. tranenſium archiepiſcopus. 38.
Sebaſtianus Luſitaniae rex. 420. 421. Ejus in africana expeditione interitus. 424.
Seburgum. 427.
Sedinius Staniſlaus. 185. 213.
Segovienſis doctor concilii trid. auctoritatem contra Fabricium defendit. 156.
Segovienſium epiſcopus. 147. 170. 171.
Seldius Ferdinandi imper. conſiliarius. 106. 245.
Seminarii romani hiſtoria ms. 363. Inſtitutio ac dignitas. 383. & ſeqq.
de Seminariis inſtituendis concilii trid. decretum. 387.
Seminarium ſextinum. 39. 389.
Senogallienſium epiſcopus. Vide *Roboreus*.
Sententiarum in concilio trid. dicendarum ordo. 226. 227.
Serbellonius Fabricius. 386.
Seripandus Hieronymus card. bibliothecam S. Joannis ad Carbonariam inſtituit. 34. Ad eum Pogiani litterae. *ibid.* Doctrinae, canonibus tridd. praemiſſae, informator. 99. Latine ſcribendi gnarus. 101. Ejus binae ad Sirletum litterae. 127. 128. Notatus *ibid.*

Ad

Ad Sirletum epiſtola de celebrata ſeſſione nunt. 242. Falſo rumore deceptos quiddam minus vere card. Amulio ſignificat . 171. Morbus & obitus . 258. & ſeqq.
Servius notatus . 335.
Sfortia Alexander , parmenſium epiſcopus 118. 319. Aſcanius card. camerarius . 420. 423. Bona , Sigiſmundi Auguſti , Poloniae regis , mater . 175.
Sibylla Cumaea . 334. 335.
Sidonius Michaël , merſpurgenſium epiſcopus . 10.
Sigiſmundus Auguſtus , Poloniae rex . 95. 124. 275. Erga eum card. Truchſeſſi ſtudium . 175. Ejus neapolitanum , ſive barienſe negocium . 176. 237. 239. Regum , majorum ſuorum , ſeries . 240.
Sigonius Carolus . 323.
Simonetae Ludovici card. ad Sirletum epiſtola . 17. 18. De novis legatis ad concilium trid. mittendis Pio IV. auctor eſt . 66. Concilli pontificius legatus . 82. 83. Canonum informator . 99. Poſt abſolutum concilium ejus decretorum executioni praeficitur . 383. 391.
Sipontinorum archiepiſcopus . Vide *Gallius* Ptolemaeus .
Sirletus Guilhelmus Herennii & Alexandri Cervinorum inſtitutor . 27. S. Joannis Chryſoſtomi libellum *de virginitate* Marcello II. curat . 28. Ei laudes a Latinio & Victorio tributae . *ibid.* De Hoſii libro *Confeſſionis* praeclare ſentit . 39. Ad eum card. Seripandi litterae . 127. 128. 142. Quam utilis concilio trid. vel abſens fuerit . 142. Ad eum card. Hoſii epiſtola . 296. Ejus ad Hoſium reſponſio . 297. Turriani ad eum epiſtola . 299. Lombardii de eo . 338.
Sixtus V. Laelium Urſinium in Bohemiam legat de catholicae religionis in ea ſtatu cogniturum . 250. 251.
Soldonerius Alphonſus . 405.
Sophianus Michaël . 323.
Sophronii in Petrum & Paullum apoſtolos homilia . 300.
Sotomayor Ludovicus . 288. 290. 293.
Sotus Petrus Tridentum quamprimum venturus . 67. Venit . 79. 87. Ab Hoſio diſſenſit . 127. 130. Eidem reconciliatur . 148. Collegii dilingani ſocietatis Jeſu hominibus committendi card. Truchſeſio auctor eſt . 209. Contra eum Brentius haereticus ſcribit . 228. Dilinganae academiae cum Martino Olavio praeficitur . 238. Ejus mortua . 288. Mors . 289. 29 . Ad Pium IV. epiſtola . *ibid.*
Spinellius Joſephus card. 389.
Spondanus Henricus . 94. 154.
Staphylus Fridericus . 152. 197. 308. Ejus morbus . 324. Mora . *ibid.*
Stella epiſcopus . 119.
Stephanus IX. pont. max. 372.
Stiltani princeps Caraffa . 367.
Stiriae populis uſus calicis euchariſtici a Pio IV. conceſſus. 162. A Pio V. abrogatus . 166. 167.
Stoppanius Jo. Franciſcus card. 390.
Strada Famianus . 11.
Strotius Carolus . 550.
Sueſſionenſes (gall. *Soiſſons*) haereſi calviniana infecti . 9.
Superſtitio Reſſelſoſium . 428.
Swagerius Conradus . 344.
Sylvenſis epiſcopatus . 421.

T

TApperus Ruardus , theologus lovanienſis . 304.
Tarentinorum archiepiſcopus . Vide *Columnius* M. Antonius .
Tarnovius Joannes . 96. 304. Joannes Chriſtophorus . 96. 104. 123. 292. Stanislaus . 104.
Tempius Lucas Melchior card. 390.
Terentius . 381.
Terracinaoſium epiſcopus . 418.
Theodoſienſium epiſcopus . Vide *Falenſcius* Stanislaus .
Thienenſis Baptiſta . 405.
Thomaſonius Antonius interamnas , ſtrenuus copiarum dux . 386.
Thomiakius Nicolaus . 434.
Thuanus Jacobus Auguſtus notatus . 37. Franciſci Turriani laudator . 295.
Thumius Albertus . 124.
Thyreus Petrus . 108.
Ticinius Georgius . 39. 173. Romae vivere conſtituit . 47. S. Petri canonicatum petit . 77. A card. Truchſeſio laudatus . 112. 185.
Tileſienſium epiſcopus . Vide *Maſſarellius* Angelus .
Tiletanus , theologus lovanienſis . 304. 306.
Tininienſis epiſcopus . Vide *Duditius* Andreas .
Tiphernatium epiſcopus , Conſtantinus Bonnellius . 118.
Toletus Ferdinandus . 256.
da Ton Sigiſmundus . 131.
Torrenſis Hieronymus . 344. Franciſcus . Vide *Turrianus* .
Torrentius Laevinus , leodienſis archidiaconus . 5. Ejus ad Sirletum epiſtola . 6. Liber ad card. Truchſeſium miſſus . 46. Ejus patria Gandávum . *ibid.* Opera poëtica . 327. Sua carmina Pogiani cenſurae ſubjicit . 328. & ſeqq.
Torres Ludovicus card. 201. Franciſcus . Vide *Turrianus* .

Turri-

Torrigianius Aloyſius Maria card. 390.
Trajectum ad Moſam (vulgo *Maſtrich*) . 85. 117. ad Rhenum (vulgo *Utrech*) *ibid.*
Trenenſis cardinalis . Vide *Scottus* Jo. Barnardinus .
Translationes bonorum ex una ad aliam religioſorum hominum familiam . 250. & ſeqq.
Trebia . 405.
Treverenſium archiepiſcopus Joannes a Petra, ſiva Ley . 274.
Triceſſium (gall. *Troyes*) archiepiſcopus ad haereticos tranſfuga . 9.
Tridentini concilii ſub Pio IV. initium . 15. 17. 98. ſeſſio tI. 19. Continuatio , non de integro inſtauratio. 21. 22. Turbae. 65. 78. 177. 187. 189. 218. 226. 310. Continuationis mentio Ferdinando imper. improbata . 78. De eo ſaepius inſtaurato , tamquam de pluribus ſcriptores loquutos . 99. 120. Volumen , quo ejus decrata continentur , non niſi tridentinorum patrum ſententiis ac verbis conflare . 100. & ſeqq. 4 4. 445. Quanta cum religione editum . 102. 103. Nonnullorum patrum protervia . 139. ſeſſionis xxIII. prorogationes . 220. 228. 285. 302. 303. Certa ajuſdem ſeſſionis indictio . 303. 324. Ultimae ſeſſionis celebratio . 361. 367. Actorum confirmatio . 407.
Tridentinus cardinalis . Vide *Madruccius* Chriſtophorus .
Tridanto Romam quot diebus nuncii efferri ſoliti . 144.
Trojenſium epiſcopus . Vide *Rebiba* Proſper .
Trombellius Jo. Chryſoſtomus . 199.
Truchſeſii Chriſtophori ad cardinalium collegium litteras . 13.
Truchſeſii Gebhardi miſerandus atque horribilis exitus . 11. 12. 316.
Truchſeſii Othonis card. auguſtani reditus in urbem Pii V. comitiorum cauſa . 7. Ei dicatus a Pogiano S. Joannis Chryſoſtomi *de virginitate* liber . 24. & ſeqq. Ad concilium tridentinum cur non acceſſerit . 61. Germaniae patronus . *ibid.* 116. 211. In cardinalium epiſcoporum ordinem cooptatur . 77. 97. Ad conſultationes tridentinarum actionum non adhiberi ſe , queritur . 106. 118. 144. 145. Conceſſioni calicis euchariſtici repugnat . 110. 111. 112. Ad conſultationes aliquando adhibitus . 121. Sigiſmundo Auguſto , Poloniae regi , ſevet . 175. 195. 237. Sacris caeremoniis delectetur . 191. Subſidia dilingano collegio conquirit . 135. & ſeqq. 281. 285. Oenipontum ad Ferdinandum imper. profecturus . 318. 321. Ejus itinerum ratio . 319. 367. 368 Romam quando redierit. *ibid.* 361. Quando ex Hiſpaniis Dilingam . 345. Academiam dilinganam ſocietati Jeſu tradit. *ibid.* Farneſiani templi primum lapidem Romae ponit . 346. Ejus in mauritiano bello opera Carolo V. navata . 368.
Truchſeſius Carolus , Gebhardi frater , nefarii belli ſocius . 12. Petavium ſtudiorum cauſa cum Friderico fratre venit . 281. & ſeqq. Georgius Lovanium cum Gebhardo fratre ob eamdem cauſam ſe confert . 288. 315.
Turconius Franciſcus collegii germanici & hungarici Romae moderatur . 436.
Turrianus Franciſcus in ſocietatem Jeſu quando cooptatus . 294. Ejus opera . *ibid.* Elogia , & contra Caſaubonum vindiciae . 295. 296. Ad Sirletum epiſtola . 229. 300. Ad Hoſium . 407. & ſeqq. 439.
Typographia Romae a Paullo Manutio inſtituta . 38. & ſeqq. Ei qui cardinales praeeſſent. *ibid.*

V

de VAlentibus Ludovicus . 405.
Valenticus Hadrianus . 290.
Valerius S. Auguſtini coëpiſcopus . 144.
Vander Heer Florentius . 4.
Vargas Ferdinandi imper. ad Pium IV. orator . 78.
Varmia . 426.
Vermuthe . 427.
Veſtavilleuius Philippus . 402.
Ubyts Jodocus . 116. 309.
Vel ſi pro *etiam ſi* . 421.
Venetis a Pio IV. eccleſiaſticae decimae conceſſae . 414. Romanae aedes ad S. Marci donatae . *ibid.* 416.
Vardizaotius Franciſcus . 413.
Vergerius Petrus Paulus in Hoſium ſcriptis invehitur . 153. 200. 219. 257. 281.
Vermilius Petrus Martyr . 158.
Veronenſium epiſcopus Bernardus Navegerius card. 391.
Verſus in oratione per imprudentiam dicti . 30.
Veſtales virgines . 59.
Veſtanenſium epiſcopus . Vide *Boncompagnius* Hugo .
Vicecomes Carolus , intimelienſium epiſcopus , orationem in ſynodo trid. habet . 141. Ejus ad card. Borromaeum de Patri Soti litteris epiſtola . 290. Joſephus . 108.
Victorii Petri ad Sirletum litterae . 28.
Viechenſerus Sigiſmundus . 57. 59.
Vigendus Joannes . 154.
Vigilentius haereticus . 274.
Villalpanda . 290.
Villa-nuva portimanenſis . 421. 422.
Vindeliciae provincia . 48.
Viola Guilhelmus . 419.
Virgilius Maro . 30. 334. 335.

de Virgi.

de Virginitate ms. bibliothecae vaticanae liber auctorem non habet, quem in inſcriptione praefert, Xiſtum martyrem. 298.
Vitellius Vitellotius card. operam Pogiani expetit. 352. Ei tridentini concilii cognitio a Pio IV. detur. 449.
Viterbienſium epiſcopus. 285. 286. Aquae ſalubres. 330.
S. Viti praepoſitura elwangenſis in Suevia. 97.
Ulisbonenſium epiſcopatus. 423.
Voechius Joannes. 6. 71.
Urbani VIII. binae de Petri Caniſii ſanctitate litterae. 76.
Urie, ſallentinorum urbs. 440.
Urſinius Laelius in Bohemiam legatus, Sixto V. legationem ſuam renunciat. 250. 251.
Werteburgum. 427.
Wicelius Georgius. 7. 8.
Wintonienſis epiſcopus, Angliae cancellarius. 31.
Valpius M. Antonius, muſicae artis peritiſſimus. 293.

X

Xiſti manuſcriptus bibliothecae vaticanae liber. 298.

Z

Zacynthiorum epiſcopus. 63. 214.
Zenchius Beſilius. 328.
Zuchemus Vigilius. 86.

ERRA-

ERRATA	*CORRIGE.*
Pag. 10. v. *6.* vehementer	vehementes
253. v.14. col.1. *tollendo*	*toll...*
256. v. 3. eodom	eodem
275. v. 8. col.1. *domnandas*	*damn...*
276. v.13. col.1. Pars ciores	Parciores
v.14. col.1. enarrationibuſu-mus	enarrationibus ſumus
357. v.37. col.2. Mantuani	Ferrarienſis
446. v. 3. col.1. proditam	proditum

Reliqua, ſi qua exciderunt, in calce totius operis, adhibita diligentiore hujus voluminis recognitione, corrigentur. Interea in Volumine II. haec quoqde corrigito.

28. v.13. col.2. non heic	nuhc h...
160. v. 7. col.1. duabus	in d...
210. v.penult. col.1. argumenta-doque	argumentandoque
216. v.31. col.2. fraudulanter	frandulenter
293. v.12. col.1. tamen ad	tamen anno 1561. ad
313. v. 7. col.4. veniſſe, eum	veniſſe eum,
379. v.14. col.1. habetes	heb...
v. 9. col.1. Iucurri	Inc...
391. v.47. col.1. *non incunte*	non *in...*

Digitized by Google

EPISTOLAE

Digitized by Google

Digitized by Google